This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

B 1,362,280

PRESENTED BY
THE HEIRS OF
ELISHA JONES
ASSOCIATE PROFESSOR
OF LATIN 1881-88



SOPHOCLIS
DRAMATA

QVAE SVPERSVNT

ET

DEPERDITORVM

FRAGMENTA

GRAECE ET LATINE

DENVO RECENSVIT

ET

RICH. FRANC. PHIL. BRVNCKII

ANNOTATIONE INTEGRA

ALIORVM ET SVA SELECTA

ILLVSTRAVIT

FRIDERICVS HENRICVS BOTHE

MAGDEBVRGENSIS

TOMVS POSTERIOR

LIPSIAE 1806

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

LONDINI APVD J. PAYNE ET MACKINLAY

ET W. H. LYNN

888
S5
B9
1806
V.2

Gen. Lab. - Tromsø
1-21-60

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

ΔΡΑΜΑΤΩΝ ΛΕΙΨΑΝΑ.

SOPHOCLIS
DEPERDITORUM DRAMATUM
FRAGMENTA.

ΑΘΑΜΑΣ Α. καὶ Β.

Duas hoc titulo fabulas edidit Sophocles. In priore, quantum coniicere licet, exhibebatur Athamas in furorem a Iunone actus, filiumque Learchum interficiens, cuius casus dolore, postquam mentis compos factus est, solum vertit, exsilio se ipsum multans. Vide Apollodorum I. 9. 2. Posterioris vero hypothesin declaratam habemus ad Comici Nubes, ubi rusticus quum a Socrate iubetur capiti coronam imponere, ait:

Ἐπὶ τί στέφανον; οἴμοί, Σώκρατες,
ὥςτερ με τὸν Ἀθάμανθ' ἕως μὴ θύσετε.

ad quem locum in scholiis inter alia haec leguntur: Ἀθάμαντα δὲ ἡ Νεφέλη δίκην αὐτῇ δώσειν διὰ τοὺς παῖδας πεποίηκε. προσαχθεὶς οὖν στεφανηφορῶν ἐν τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σφαγησόμενος, ὑπὸ Ἡρακλέους σέσωσται. οὕτω γὰρ Σοφοκλῆς ἐν δράματι πεποίηκε. Alius: Ἐν Ἀθάμαντι Σοφοκλέους ὑπόκειται Ἀθάμας στεφανηφορῶν, ὥςτερ ἱερεῖον, δίκας εἰςπραττόμενος παρὰ Φρίξου. Tertius: Τοῦτο πρὸς τὸν ἕτερον Ἀθάμαντα Σοφοκλέους ἀποτεινόμενος λέγει. ὁ γάρ τοι Σοφοκλῆς πεποίηκε τὸν Ἀθάμαντα ἐστεφανωμένον καὶ παρεστῶτα τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σφαγιασθησόμενον. μέλλοντα δὲ ἀποσφάττεσθαι αὐτὸν, παραγενόμενον Ἡρακλέα, καὶ τοῦ θανάτου ῥυόμενον, λέγοντα ὡς σώζοιτο ὁ Φρίξος, δι' ὃν ἔμελλεν ἐκεῖνος τεθνήξεσθαι. Cum istis comparentur, quae congessit Apostolius ad Prover-

bium Μὴ θεᾶς ἄνθρωπον, ὡς Ἀθάμας: facile quivis sentiet quem ille descripsit, et Comici enarratores idem Sophoclis drama innuisse, Heathiumque nugari, quum ait *Prioris Athamantis argumentum haberi apud Apostolium Prov. XIII. 46. de posterioris vero argumento videnda esse scholia ad Aristoph. Nub.* 256. Utroque in loco una eademque res narratur; recentiorque Apostolius veteres criticos paene ad verbum exscripsit.

Vide Lexicon in Ἀγχήρης. Βρυαζούσης. Ἐπικλα. Ἐπισίγματα. Ἔρκεσι. Ἐχρωματίσθη. Ἐψία. Καταγνῶναι. Λευκὴν ἡμέραν.

ΑΙΑΣ ΛΟΚΡΟΣ.

I. Stobaeus Ecl. p. 127. Theophilus ad Autolycum L. II. cap. 37.

Εἰ δεῖν' ἔδρασας, δεινὰ καὶ παθεῖν σε δεῖ·
Δίκης γὰρ ἐξέλαμψε νῦν ὅσιον φάος.

Hunc qui patravit dira, tantumdem pati
aequum est, sacratum iuris ut fulsit iubar.

II. Idem Floril. Tit. XLVIII. p. 183.

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ.

Dat sapere regi turba sapientum comes.

Senarium hunc Sophoclis esse ex Aiace Locro testantur Aristides T. II. p. 228. Libanius Epist. XXXIII. Zenobius Prov. V 98. Agellius XIII. 18. Platonis errorem, aliis iam antea notatum, ostendit Gatakerus, qui de hoc senario copiose agit T. I. p. 173. Operam perdidit Wolfius, quum eum quaereret in superstitibus Sophoclis fabulis.

III. Idem Tit. XCVIII. p. 409.

Ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον.

Homo flatus est et umbra; praeterea nihil.

In edito Stobaeo tributus hic senarius Sophocli, sed omisso dramatis titulo. Adscriptum in Reg. cod. lemma Σοφοκλ. Αἴαντι. Similis est sententia in Flagellifero v. 125.

IV. Idem Tit. CXV. p. 473.

Τοὺς δ' αὖ μεγίστους καὶ σοφωτάτους φρενὶ
τοιούσδ' ἴδοις ἄν, οἷός ἐστι νῦν ὅδε,
καλῶς κακῶς πράσσοντι συμπαραινέσαι·
ὅταν δὲ δαίμων ἀνδρὸς εὐτυχοῦς τὸ πρὶν

μάστιγ' ἐρείσῃ τοῦ βίου παλίντροπον,
τὰ πολλὰ ῥᾳστὰ καὶ καλῶς εἰρημένα.

Vetera exemplaria adscriptum habent lemma Σοφοκλ. Οἰδίποδι, falso. Manifestus error Grotium permovit, ut dramatis titulum mutaret, Oïleumque sufficeret Oedipodi, e Cicerone, cuius locum inox proferemus. Sed fefellit eum coniectura. Oïleum nec Sophocles docuit, nec Euripides, cuius tamen inter fragmenta hos versus retulit in quemvis lapsum proclivis Barnesius, ut et duos alios senarios, quos exhibet Stobaeus initio Tit. XLVI. qui sunt ex Euripidis Syleo. Hominem seduxit Grotii ipsius error in Excerptis p. 396. ubi hi versus designantur tamquam ex Euripidis Oïleo, quos in Florilegio tamen Sophocli adscripserat. Sobrie ista accuravit Musgravius. E Sophoclis Aiace Locro versus hos desumtos esse inter eruditos constat, quo in dramate recitabantur e Chori vel alius personae Oïleum increpantis, quod filii mortem haud ferret moderate. Hoc ostendit Cicero Tuscul. III. 29. „Itaque Oïleus ille apud Sophoclem, qui Telamonem „antea de Aiacis morte consolatus esset, is quum audisset de „sui, fractus est. De cuius commutata mente sic dicitur:

„Nec vero tanta praeditus sapientia
„quisquam est, qui aliorum aerumnam dictis adlevans,
„non idem, quum fortuna mutata impetum
„convertat, clade subita frangatur sua;
„ut illa ad alios dicta et praecepta excidant."

Sententiae summam reddidit Cicero: formam ipsam expressit Grotius strictiori versione:

Plerumque magna praeditos sapientia
tales reperias, iste se qualem gerit.
consilia bene dant rebus aliorum malis:
at ubi levis fortuna mutato impetu
crudeli in ipsos verbere intonaverit,
ibi illa cuncta pulcra praecepta excidunt.

V. Schol. Euripidis ad Alcestin 453. Καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἴαντι Λοκρῷ·

Καὶ πεξὰ καὶ Φορμικτά.

καὶ πέξαι δέ τινες ἕτεραι λέγονται, αἱ χωρὶς ὀργάνου εἰς τὰ συμπόσια φοιτῶσι.

[Haec nihili sunt, quod miror Brunckium aut non advertisse, aut celasse lectores. Locus Euripidis sic se habet:

Πολλά σε μουσοπάλοι
Μέλψουσι, καθ' ἑπτάτονόν τ' ὀρείαν
Χέλυν, ἔν τ' ἀλύροις κλείοντες ὕμνοις, etc.

Quorum haec v. explicatio habetur depravata. Ὀρείαν χέλυν. τὴν λύραν. ἀπὸ γὰρ χελώνης ὀρεινῆς ἡ λύρα ἐστίν. εἰσὶ δὲ καὶ ἄνυδροι· διὸ ὀρείαν εἶπε, τουτέστι λύραν. Καὶ παρὰ etc. Legendum puto: Ὀρείαν χέλυν — τουτ. λ. Καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἴαντι Λοκρῷ·

Καὶ πεζὰ καὶ φορμικτά.

Καὶ πεζαὶ δέ τινες ἑταῖραι λέγονται, αἳ χωρὶς ὀργάνου εἰς τὰ συμπόσια φοιτῶσι. Iam vides, Scholiasten τὸ πεζὸν accipere ἄλυρον, hisque opponere τὸ φορμικτόν. recte quidem. Et ingeniose Noster cantus ἀλύρους dixerit πεζούς. Ἑταῖραι pro ἕτεραι Heathius rescribi iussit, qui et ἐνύδροι pro ἄνυδροι satis inepte reponebat. Pedestria haec scorta alibi non memini me reperire, sed verum vidisse Heathium nullus dubito, ut eiusmodi quasi merae meretrices opponantur fidicinis aliusque huius generis mulieribus, quae arte honesta et iucunda homines alliciebant.]

VI. Schol. Comici ad Aves 934. Στολάς, διφθέρα ὁποιαοῦν. Σοφ. Αἴαντι Λοκρῷ·

καταστίκτου κυνὸς
στολὰς Λίβυσσα, παρδαληφόρον δέρος.

τὸ δὲ Σοφόκλειον ἐπὶ τοῦ δέρματος εἴρηται, τοῦ κρεμαμένου πρὸς τῇ τοῦ ἀντήνορος οἰκίᾳ. Pollux VII. 70. στολὰς δὲ, θώραξ ἐκ δέρματος, κατὰ τοὺς ὤμους ἐφαπτόμενος, ὡς Ξενοφῶν ἔφη, καὶ στολὰς ἀντὶ θώρακος. Σοφοκλῆς δ' αὐτὴν Λίβυσσαν ὀνομάζει· Στολὰς Λίβυσσα, παρδαληφόρον δέρος.

[Libyci monstri pellis varia, pantheram referens.]

VII. Vide Lexicon in Ελλάς.

ΑΙΓΕΤΣ.

I. Strabo L. IX. p. 601.

Πατὴρ δ' ἀπελθεῖν ὥρισ' εἰς ἀκτὴν ἐμοὶ
πρεσβεῖα ναίμας τῆσδε γῆς· τῷ δ' αὖ Λύκῳ

τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμειν·
Νίσῳ δὲ τὴν ἀνώμαλον ἐξαιρεῖ χθόνα
Σκείρωνος ἀκτῆς· τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότου
ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων
ἔλαχε Πάλλας.

De divisione regni Attici inter Pandionis filios vide Meursium Regni Attici II. 15. In tertio versu νέμειν, quod *habitare, possidere* significat, pendet ab ὥρισε. Male vulgo legitur νέμων.

[Pater litus incolere me iussit, principatu huius terrae mihi tributo; Lyco vero e regione situm dedit hortum Euboeae, Nisoque inaequalem eligit Scironis actam; terras autem meridianas durus hic gigantasque educans nactus est, Pallas.]

II. Scholiastes Comici ad Equites 84.

Ἐμοὶ δὲ λῷστον πῶμα ταύριον πιεῖν,
καὶ μή γε πλείω τῶνδ' ἐχειν δυσφημίας.

Hos quidem versus laudat Scholiastes ex Helena Sophoclis, legitque in priore αἷμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν. Utrumque male. Sunt ex Aegeo. Vide Casaubonum ad Athenaeum p. 234. et Hesychii interpretes ad glossam Ταύρειον πόμα. Eustathius p. 881. l. 21. ἦν δὲ καὶ ποταμοῦ ὄνομα Τροιζηνίου, Ταῦρος· ἐξ οὗ καὶ ὕδωρ Ταύριον παρὰ Σοφοκλεῖ, παρ' ᾧ, φασὶ, καὶ κρήνη τις Τόσσσκ καλεῖται. Lectionem enarratoris Comici secutus Grotius, hos versus sic reddidit:

Potare tauri sanguinem melius mihi,
maledicta quam tot tantaque istorum pati.

Observat vetus interpres, Comici e Symmacho, opinionem de epoto taurino sanguine, quo sibi mortem consciverit Themistocles, e male intellecto Sophoclis loco ortam esse. Nempe πῶμα ταύριον pro taurino sanguine acceperunt, unde αἷμα ex glossa intrusum fuisse videtur. De Themistoclis morte vide Thucydidem p. 90. et Dukeri notam 87.

[Vertendum igitur potius:

Potare laticem satius est me Taurium,
Maledicta etc.

Ceterum vox Ταύριον ne in thesi lateat, locus, retenta Scholiastae lectione ἐκπιεῖν, sic fortasse constituendus est:

Ἐμοὶ δὲ λῷστα, Ταύριον τῶμ' ἐκπιεῖν,
Καὶ etc.

Λῷστα dedi, ut homoeoteleuta vitarentur. Ἐκπιεῖν, etiamsi proprie accipias, non dedecet drama Satyricum, quale hoc fuit.]

III. Pollux X. 160. καὶ κέστρα δὲ, σφύρας τινὸς εἶδος σιδηρᾶς, ὡς ἐν Αἰγεῖ Σοφοκλῆς·

κέστρᾳ σιδηρᾷ πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν
πλέον ἀλοῆσαι.

Sic legendum; non, ut in Polluce editum est, ἀλοῆσαι πλεῖον: nec πλεῖον ἀλοιῆσαι, ut Heathius.

[Verte:

Tergum atque latera malleo bene ferreo
Mulcare.]

IV. Stephanus in Χώρα — ἡ ἀπὸ τοῦ χώρα χωρίτης, ὡς ἀπὸ τοῦ ἕδρα ἕδρίτης, ἑσπέρα ἑσπερίτης. Σοφοκλῆς Αἰγεῖ·

ἐκλύομεν, οὐκ ἔγωγε χωρίτην σ' ὁρῶ;

καὶ ἐν Ηρακλεῖ·

στρέφουσι κρήνης φῦλα χωρίτην ὄφιν.

Vide Toupii Epist. crit. p. 123.

[Posterior horum versuum quo pertineat, non satis intelligo.]

V. Pindari Schol. ad Pyth. II. 62. Πειρατὰς, τοὺς κατὰ πέλαγος λῃστὰς λέγομεν· κυρίως δὲ, τοὺς ἐν ὁδῷ κακουργοῦντας· παρ' ὃ δὴ καὶ ὁδουροὺς αὐτοὺς λέγουσιν Εὐριπίδης ἐν Αρχελάῳ·

ἔπαυσ' ὁδουροὺς λυμεῶνας.

καὶ Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ·

πῶς δῆθ' ὁδουρὸν οἷός ἐξέβης λαθών;

Vide Valckenarii Animadv. ad Ammonium p. 194.

[Versus sic vertas: Pestes viarum cohibuit. — Quomodo praedonem tu solus clam effugisti?]

VI. Schol. Homeri ad Odyss. H. 106. Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ. (male vulgo ἐν Αργεῖ)

ὥςπερ γὰρ ἐν φύλλοισιν αἰγείρου μακρᾶς,
κἂν ἄλλο μηδὲν, ἀλλὰ τοὐκείνης κάρα
κινεῖτ' ἐν αὔραις, κἀνακοιφίζει πτερόν.

[Large comatam saepe populum ut vides,
Etsi nihil praeterea, at excelsum caput

Movere in auris et agitare alias tamen.]

ΑΙΓΙΣΘΟΣ.

Vide Lexicon in Ἀρύθμων.

ΑΙΘΙΟΠΕΣ.

I. Athenaeus p. 122. et ex eo partim Eustathius p. 752.

Τοιαῦτα τοίνυν πρὸς χάριν τε τοῦ βία
λέγω· σὺ δ' αὐτὸς, ὥσπερ οἱ σοφοὶ, τὰ μὲν
δίκαι' ἐπαίνει, τοῦ δὲ κερδαίνειν ἔχου.

Cupiens tibi suadere, non te cogere,
haec dico: tu, quod facere sapientes solent,
honesta lauda, sequere quod lucrum ferat.

II. Photius in Lexico Ms. citatus ab Albertio ad Hesychium T. I. col. 1472.

Ἐσφηκωμένον, ἐσφιγμένον. ἀπὸ τῶν σφηκῶν, οἳ κατὰ μέσον εἰσὶν ἐσφιγμένοι· ἔνθεν καὶ ὁ σφήν. Σοφ. Αἰθίοψι τοὺς ἐσφιγμένους μύρμηκας τῇ σαρκώσει·

Τετράπτεροι γὰρ νῶτον ἐν δεσμώμασι.

Ultima Glossatoris verba tanquam Tragici versum exhibuit Albertius, miro errore. Eadem habet ex eodem fonte petita, sed omisso fabulae titulo, auctor Etymol. M. p. 385. initio. Huc pertinet Hesychii glossa: Σφηκοί, οὐ κεχυμένοι τῇ σαρκώσει, ἀλλὰ συνεσφιγμένοι.

III. Vide Lexicon in Ἀναρκτοῦ. Ἀνθοβόσκον. Ἀπιστεῖ. Ὀρνίττερον.

ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΕΣ.

Genuinus hic est dramatis titulus, a librariis passim depravatus. Perperam citatur Sophocles ἐν Αἰχμαλώτοις, vel Αἰχμαλώτοισιν, quod posterius quidem ad verum propius accedit. Argumentum e Troiana historia sumtum docet auctor hypotheseos Aiacis. Agebant in eo Troianae mulieres captivae, ut in Troasin Euripidis: sed diversa fuit tractandi ratio, quam iniit Sophocles. Quantum enim exiguis reliquiis conjicere licet, satyricum fuit hoc drama.

I. Harpocration in ἀπομάττων. Σοφοκλῆς ἐν Αἰχμαλωτίσι·

Στρατοῦ καθαρτὴς κἀπομαγμάτων ἴδρις.

καὶ πάλιν·

Δεινότατον ἀπομακτῆρα μεγάλων ξυμφορῶν.

[Lustrare populum et expiare callidus.
Ingentium cladum expiator optimus.]

II. Pollux X. 190. Αὐτὸ δὲ τὸ πήλινον, ὃ περιείληφε τὰ πλασθέντα κήρινα, ἃ κατὰ τὴν τοῦ πυρὸς προσφορὰν τήκεται, καὶ πολλὰ ἐκείνῳ τρυπήματα ἐνατολείπεται, λίγδος καλεῖται· ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἐφη ἐν Αἰχμαλωτίσιν·

Ἀστὶς μὲν ἡμῖν, λίγδος, ὡς, πυκνὸν πατεῖ.

Videnda ad eum locum docta Hemsterhusii nota.

[Versus cetera emendatus videtur, nisi verum esse vix et ne vix quidem potest πατεῖ. Hemsterhusius tamen: Nemini, inquit, non notum esse potest, plurimam Romanae linguae partem originem suam Graeciae referre acceptam: itidem haud opus esse confido ut multis ostendam, apud veteres Tragicos, Aeschylum praecipue et Sophoclem multas inveniri voces, quae alibi auctorum frustra quaerantur: inter eas pace tua reponam πατεῖν· notio popularis et obvia est calcare: altera quae hic locum habere queat ex lingua Latina derivanda venit: patere enim et patulus usus sunt tam frequentis, ut ea de re nemo eruditi possit: nec deerit alius etiam color, quo haec suspicio mea commendetur: ab illo πατέω vel πατάω πατάνη, quam patinam Romani vocant, descendere videtur: patina certe nomen invenit a patula, quam habet, figura: praeterea πετάω et πετάννυμι, extendo, expando, familiari commutatione α in ε, versaque in activam, ut aiunt, significatione neutra: sic itaque a πατεῖν vel πατᾶν patere, ut a σιγᾶν, σιλᾶν, σιλεῖν, silere, λαθεῖν, latere etc. hoc si quis mihi concedat, iam sponte nativus versiculi sensus patebit: multis foraminibus patet: haec autem qualiacunque nolim, ut quis maioris pretii faciat quam ipse ego, qui forsitan his scribendis nihil aliud, quam chartam perdidi.

Ita vir ingeniosissimus et humanissimus, qui tamen, ut verum fatear, de fide istius lectionis mihi quidem non persuasit, quin potius credam reponendum esse πετᾷ pro πετᾶται, apertus est, figura Sophocli perquam usitata: literae enim α, ε, αι, passim inter se confunduntur. Utrum tamen horum praeferas, certe sic vertendus est locus, secundum Hemsterhusium: Ipsum vero lutum, quod formatas imagunculas cereas ambit, quoniam ad ignis propinquitatem liquescunt, multisque patet undique fo-

raminibus, ligdus nominatur. Unde et Sophocles in Captivis inquit:

Clypeus, tanquam infundibulum, multis foraminibus patet.

Id tandem, itidem ille inquit, ex re obscurissima certum est, λίγδον significare formam, in qua cera includitur, ut imaginis formam induat, conflatorium, infundibulum. Cetera incerta; neque aliquis omnia credo expediet, nisi major lux aliunde affulgeat.]

III. Schol. Comici ad Ranas 233. ὅτι οἱ ἀρχαῖοι καλάμῳ ἀντὶ κεράτου ἐχρῶντο. Σοφ. Αἰχμαλωτίσιν·

Ἴφῤῥέθη σου κάλαμος, ὥσπερεὶ λύρας.

Pollux IV. 62. Καὶ δύναμα δέ τινα ὑπολύριον οἱ κωμικοὶ ἀνῆμαζον, ὡς πάλαι ἀντὶ κέρατος ὑποτιθέμενον ταῖς λύραις. ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς εἰρῆκεν· Ἴφῤῥέθη σου κάλαμος, ὥσπερεὶ λύρας.

IV. Suidas in Τὸ παντὶ λίθῳ — Σοφ. Αἰχμαλωτίσι·

Ἐν παντὶ γάρ τοι σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ.

Lapide sub omni servat insidians nepa.

Laudat hunc versum Scholiastes quoque Nicandri ad Theriac. 15. Notissimum proverbium, ad quod adludit Comicus Thesmoph. 528.

V. Stephanus in Βωμοί — τὸ τατικὸν βώμιος, καὶ κατὰ παραγωγὴν βωμιαῖος. Σοφ. Αἰχμαλωτίσ·

Καὶ βωμιαῖσιν ἐσχάραν λαβών.

VI. Idem in Εὐρώτη — λέγεται καὶ Εὐρώπεια, καὶ διὰ τοῦ ι Εὐρωτία παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἰχμαλωτίσι·

Καὶ νησιώτας, καὶ μακρὰς Εὐρωτίας.

Legendum fortè μακράν. *et longe ab Europa.*

VII. Idem: Χρύση, ἡ πόλις τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγγὺς Λήμνου. Σαφ. Δημνίαις·

Ὦ Δῆμνε, Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι.

καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι·

Ταύτην ἐγὼ Κίλλαν τε καὶ Χρύσην.

Confudit Stephanus duas Chryses Lemniam et Troïcam. In Lemniarum versu intelligenda Chryse Lemni vicina: in Captivis vero Chryse Troïca, quod ostendit adjuncta Κίλλα, urbs agri Troiani. *Salmasius.*

VIII. Vide Lexicon in Αἰχμόβετος. Ἀλιτροσύνη. Ἀμφίλινα. Ἀνη-

κές. Απειθής. Ασεπτον. Αχνην. Βαιαί. Εμπλεύρου. Ενύπαις. Ενστερνομαντίαις. Επιμάσσεται. Ιαννα. Ιερύλας. Ικτορεύσομεν. Φαῦλον.

ΑΚΡΙΣΙΟΣ ἢ ΛΑΡΙΣΣΑΙΟΙ.

Duplici titulo insignita fabula, cuius argumentum fuisse videtur mors Acrisii iuxta oraculum a Perseo nepote interemti. Historiam vide in Apollodori Bibliotheca L. II. cap. IV. 4.

I. Stobaeus, Floril. Tit. VIII. p. 51.

Βοᾷ τις; ὦ ἀκούετ'· ἢ ὑλακτῶ μάτην;
ἅπαντα γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ.

Clamatur. exaudiris? an frustra obstrepo?
facile anima metuens audit aut fingit sonos.

[Legendum puto, sententiae et versus causa:

Βοητὸν οὐκ ἀκούετ'; ἢ ὑλ. μ.;

neque haec cum sequentibus ἅπαντα — ψοφεῖ coniungenda esse dixerim. Nomina, quale est βοητύς, Atticis quoque usitantur, etsi minus quam Ionibus.]

II. Idem Tit. XII. p. 79.

Αλλ' οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος ἐς γῆρας χρόνου.

Mendacium recusat aetatem pati.

Hunc versum huic Sophocleo dramati adscribit cod. Vindob. et sequentem Aloadis,

III. Idem Tit. LXII. p. 237.

Δοῦλον γὰρ ἐν δεσμοῖσι δραπέτης ἀνὴρ
κῶλον ποδισθεὶς πᾶν πρὸς ἡδονὴν λέγει.

Fugitivus arctis vinculis coercitus,
quin quae placent loquatur, ambigere est nefas.

IV. Idem Tit. LXXIV. p. 325.

Αλλως τε καὶ κόρη τε κ' Αργεία γένος,
αἷς κόσμος ἡ σιγή τε καὶ τὰ παῖρ' ἔπη.

Quum maxime sit virgo, et Argis edita,
quarum decus silere, vel pauca eloqui.

V. Idem Tit. LXXIX. p. 339.

Ρῆσις βραχεῖα τοῖς φρονοῦσι σώφρονα
πρὸς τοὺς τεκόντας καὶ φυτεύσαντας πρέπει.

Animi modesti liberos paucis decet
uti parentes ad suos sermonibus.

VI. Idem Tit. CVIII. p. 457.

Σάρσει, γύναι· τὰ πολλὰ τῶν δεινῶν ὄναρ
πνεύσαντα νυκτὸς ἡμέρας μαλάσσεται.

Ne metue, mulier: multa quae in somnis mala apparuerunt nocte, lenivit dies.

VII. Idem Tit. CXX. p. 489.

Τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς ὁ γηράσκων ἐρᾷ.

Amare vitam nemo plus senibus solet.

VIII. Ibidem p. 491.

Τὸ ζῆν γάρ, ὦ παῖ, παντὸς ἥδιστον γέρας·
θανεῖν γὰρ οὐκ ἔξεστι τοῖς αὐτοῖσι δίς.

O nate, vita munus est dulcissimum:
namque homini eidem bis datum non est mori.

Indicem dramatis, e quo hi versus sumti, dat Regius Stobaei codex.

IX. Idem Tit. CXXVI. p. 515.

Χρὴ δὲ τῷ τεθνηκότι
τὸν ζῶντ' ἐπαρκεῖν αὐτὸν ὡς θανούμενον.

Mortuis vivos decet
Auxilia ferre, quippe morituros item.

X. Hesychius in fine Lexici col. 1603.

Ὡς καὶ τύραννον πᾶς ἐφίεται φυγεῖν.

Nempe et tyrannum nemo non fugere expetit.

XI. Athenaeus L. X. p. 466. Ὁ δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τοῖς Λαρισσαίοις Ακρίσιος καὶ αὐτὸς ἐκπώματα ὅσα πλεῖστα εἶχεν, ὥς φησιν ὁ Τραγικός·

Πολὺν δ' ἀγῶνα ταυξένοις κηρύσσεται,
χαλκηλάτους λέβητας ἐκτιθεὶς φέρειν,
καὶ κοῖλα χρυσόκολλα, καὶ πανάργυρα
ἐκπώματ', εἰς ἀριθμὸν ἑξήκοντα δίς.

[Splendidum ludum omnigenis edixit hospitibus, praemia proponens lebetes aheneos, et vasa aurea, et argentea pocula, numero bis sexaginta.]

XII. Stephanus in Δώτιον — ὁ πολίτης, Δωτιεύς. Σοφ. Λαρισσαίοις·

Κἀμοὶ τρίτον ῥίπτοντι Δωτιεὺς ἀνὴρ
ἀγχοῦ προσῆψεν ἑλαφρὸς ἐν δισκήματι.

[Atque mihi, cum tertium iecissem, prope accessit disco vir expeditus Lotieus.]

XIII. Idem: Κράνεια, χωρίον Αμβρακιωτῶν. τὸ ἐθνικὸν Κρανειάτης, ὡς Μαρειάτης, ὥς φησι Σοφοκλῆς Λαρισσαίοις.

XIV. Vide Lexicon in Αδοξα. Ακτίτης. Αλοίματα. Ανταίαν. Απεδρομον. Αποφανθείς. Αρώματα. Αστομος Εἰδην. Ιλλάδας.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

Dramatis sincerus titulus est Αλεξάνορος, non, ut saepe citatur, Αλέξανδρα. Argumentum erat Paris agnitus et receptus a Priamo patre, postquam in ludis omnium certaminum victor evasisset. Vide Hygini Fab. XCI.

I. Stephanus in Αστυ — ἀπὸ τοῦ ἀστὸς, τὸ ἀστίτης. Σοφ. Αλεξάνδρῳ·

οὐ γάρ τι θεσμὰ τοῖσιν ἀστίταις πρέπει.

καὶ

βοτῆρα νικᾶν ἄνδρας ἀστίτας.

[Prius horum fragmentorum haud intelligo. Legendum fortasse δέσμα pro θεσμὰ, ut vincula non convenire dicantur civibus.]

II. Idem in Εφεσος — τὸ ἐθνικὸν, Εφέσιος. εὕρηται καὶ Εφέσεια διὰ διφθόγγου. οὕτω καὶ ἐν Αλεξάνδρῳ Σοφοκλῆς.

III. Eustathius pag. 533. ubi de nominum in της tono agit: Τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ, φασὶν, ἐν Αλεξάνδρῳ, Στείχων ἀγρώστην ὄχλον, παρώνυμόν ἐστι, καὶ οὐ ῥηματικόν.

IV. Vide Lexicon in Δύσαυλος. Θηλάστρια. Μαιεύτριαν. Μνείαν.

ΑΛΗΤΗΣ.

Diversimode scriptus occurrit huius fabulae titulus, Αλείτης, Αλήτης. Posterius ubique observo in Stobaei codice, praeterquam duobus in locis, ubi primum scriptum fuerat Αλείπτῃ, quod ab eadem manu emendatum in Αλήτῃ. Videtur autem esse nomen proprium viri. Nam de fabulae argumento nihil compertum habemus. Memoratur Aletes, unus ex Herculis posteris, qui post Heraclidarum in Peloponnesum reditum Corinthum obtinuit; unde Pindaro Olymp. XIII. 17. Corinthii appellantur παῖδες Αλάται. Vide Pausaniam p. 120. Est etiam ἀλήτης nomen ap-

pellativum, πλανήτην, *erronem* significans; quo noster utitur in Oed. Col. Inde petitum acumen dicti, quod in proverbium cessit, δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης. Vide Zenobium III. 22.

I. Stobaeus Flor. Tit. III. p. 15.

Ψυχὴ γὰρ εὔνους, καὶ φρονοῦσα τοὐνδικον,
κρεῖσσων σοφιστοῦ παντός ἐστιν εὑρέτις.

Tranquillus animus, con cius recte sibi,
multa aptus est reperire, quae vafros latent.

II. Idem Tit. XXXV. p. 141.

Βραχεῖ λόγῳ καὶ πολλὰ πρόσκειται σοφά.

Contracta multum verba hab nt sapientiae.

III. Idem Tit. XXXVI. p. 145.

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις ἥδεται λέγων ἀεὶ,
λέληθεν αὐτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς.

Quicumque sese semper audiri cupit,
aliis molestus quam sit haud intelligit.

Recte Grotius hos versus designat tanquam ex Sophoclis Alete, quod confirmat adscriptum lemma in cod. Vindob. Gesnerus eos tribuit Euripidi in Dictye.

IV. Idem Tit. LXXXVIII. p. 361.

Ἀλλ' εἰπερ εἶ γενναῖος, ὡς αὐτὸς λέγεις,
σήμαιν' ὅτου τ' εἶ καὶ πόθεν· τὸ γὰρ καλῶς
πεφυκὸς οὐδεὶς ἂν μιάνειεν λόγος.

Si, vera fatus, nobilem te praedicas,
proloquere qui sis, qua domo: nam pollui
sermone nullo celsa nobilitas potest.

V. Idem Tit. LXXXIX. p. 363.

Ἀλλ' ἀξίως ἔλεξας, οὐδὲ μὴν πικρῶς·
γένος γὰρ εἰς ἔλεγχον ἐξιὸν καλὸν
εὐκλειαν ἂν κτήσαιτο μᾶλλον ἢ φόγον.

Clementer es locutus, atque ut te decet.
nam specimen edens clara nobilitas sui,
vanis relictis, solida sectatur bona.

VI. Idem Tit. CV. p. 439.

Τίς δή ποτ' ἆλβον ἢ μέγαν θείη βροτοῦ,
ἢ μικρὸν, ἤτοι μηδαμοῦ τιμώμενον;
οὐ γάρ ποτ' αὐτῶν οὐδὲν ἐν ταυτῷ μένει.

Quid est quod aliquis alteri sortem datam
summo infimove ponat, aut nullo in loco,
quum nihil in una sede permaneat diu?

VII. Idem Tit. CVI. p. 445.

Δεινέν γε τοὺς μὲν δυσσεβεῖς κακῶν ἄπο
βλαστόντας, εἶτα τοὐσδε μὲν πράσσειν καλῶς·
τοὺς δ' ὄντας ἐσθλοὺς, ἔκ τε γενναίων ἅμα
γεγῶτας, εἶτα δυστυχεῖς πεφυκέναι.
οὐ χρῆν τάδ' οὕτω δαίμονας θνητῶν πέρι
πράσσειν· ἐχρῆν γὰρ τοὺς μὲν εὐσεβεῖς βροτῶν
ἔχειν τι κέρδος ἐμφανὲς θεῶν πάρα,
τοὺς δ' ὄντας ἀδίκους, τοὐσδε τὴν ἐναντίαν
δίκην, κακῶν τιμωρὸν, ἐμφανῆ τίνειν.
κοὐδεὶς ἂν οὕτως εὐτύχει κακὸς γεγώς.

Malos profanis prosatos genitoribus
florere rebus prosperis, visu grave:
stirpem bonorum rursus ingenio probo,
malis subactos, cladibus mersos premi.
disponere aliter cura debuerat deûm
mortalium res: nam pios decuit palam
bona largitate consequi coelestium:
contra, scelestos paria criminibus suis
supplicia aperte luere diis ultoribus.
ita res secundas nemo iactaret malus.

V. 8. elegantem codicis lectionem restitui, τοὐσδε. Vulgo τῶνδε. *Quod autem scelestos adtinet, hos* — Sicque legendum esse iam olim coniecisse desideratissimum Valckenarium ex illius schedis comperio.

[At friget sane τοὐσδε. Voluit, nisi fallor, librarius τοῖσδε, τοῖς εὐσεβέσιν, ἐναντίαν δίκην.]

ΑΛΚΜΑΙΩΝ.

I. Porphyrius Quaest. Homer. I. Σοφ. Ἀλκμαίωνι·

Εἰθ' εὖ φρονήσαντ' εἰσίδοιμί πως φρενῶν
ἐπηβολον καλῶν σε.

[Utinam aliquando sanae te mentis compotem viderem!]

II. Plutarchus de audiendis poëtis pag. 35. Ἂν δὲ φαίνηται

τις ἐπιλήψεως δεόμενος, τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν παθῶν ἐπιλαμβάνου, ὥσπερ ὁ τραγικὸς Ἄδραστος, τοῦ Ἀλκμαίωνος εἰπόντος πρὸς αὐτὸν,

Ἀνδροκτόνου γυναικὸς ὁμογενὴς ἔφυς.

ἀπεκρίνατο·

Σὺ δ' αὐτόχειρ γε μήτρὸς, ἣ σ' ἐγείνατο.

A. Tu frater illi es, quae virum occidit suum.

B. At tu interemtor ipse genetricis tuae.

Hos versus iterum profert Plutarchus in libro de capienda ex inimicis utilitate p. 88. E Sophoclis Alcmaeone petitos esse probabiliter opinabatur Valckenarius.

III. Vide Lexicon in Αἰνῶ. Ἀραίας.

ΑΛΩΑΔΑΙ Σάτυροι.

Sic scribi debet Dramatis huius titulus. Vide Hemsterhusium ad Luciani Contemplantes p. 494.

I. Stobaeus Floril. Tit. IX. p. 53.

Τοῖς γὰρ δικαίοις ἀντέχειν οὐ ῥᾴδιον.

Iustis recalcitrare difficilis labor.

II. Idem Tit. XII. p. 79.

Κακὸν τὸ κεύθειν, κοὐ πρὸς ἀνδρὸς εὐγενοῦς.

Illiberalis ingeni est simulatio.

III. Idem Tit. XIII. p. 83.

Καὶ γὰρ δικαία γλῶσσ' ἔχει κράτος μέγα.

Nam iusta lingua maximam vim possidet.

IV. Idem Tit. XXXIII. p. 139.

Ὦ παῖ, σιώπα· πόλλ' ἔχει σιγὴ καλά.

Tace, puer: bona magna sunt silentii.

[Malim:

Tace: silenti magna sunt, puer, bona.]

V. Idem Tit. XXXVI. p. 143.

Τί ταῦτα πολλῶν ῥημάτων ἔτ' ἐστί σοι;

τὰ γὰρ περισσὰ πανταχοῦ λυπηρ' ἔπη.

Quid verba fundis impetu tam prodigo?

semper molestus est supervacuus labor.

VI. Idem Tit. XLI. p. 161.

Μὴ πάντ' ἐρεύνα· πολλὰ καὶ λαλεῖν κακόν.

Ne sciscitare: multa fari haud expedit.

[Non multum acuminis habent nec satis conveniunt verba π. καὶ λ. κακόν. Malim: π. καὶ λαθεῖν καλόν.]

VII. Idem Tit. XLIII. p. 163.

Κοὐκ οἶδ' ὅ τι χρὴ πρὸς ταῦτα λέγειν·
ὅταν οἵ γ' ἀγαθοὶ πρὸς ἀγενῶν
κατανικῶνται,
πεία πόλις ἂν τάδ' ἐνέγκοι;

Quid ad haec dicam, mens ambigua est.
ubi degeneres vicere bonos,
quaenam urbs subsistere possit?

Vide Valckenarium Diatr. Eurip. p. 15.

VIII. Idem Tit. LIV. p. 207.

— Δοκῶ μὲν, οὐδείς· ἀλλ' ὅρα, μὴ κρεῖσσον ᾖ
καὶ δυσσεβοῦντα τῶν ἐναντίων κρατεῖν,
ἢ δοῦλον αὐτὸν ὄντα τῶν πέλας κλύειν.

— Nemo, ut videtur; sed vide, an non rectius
sit vincere hostem, quamlibet fraude impia,
quam servitutem ferre et imperium pati.

IX. Idem Tit. LXXVI. p. 331.

Παῦσαι· καταρκεῖ τοῦδε κεκλῆσθαι πατρὸς,
εἴτερ πέφυκά γ'· εἰ δὲ μὴ, μείων βλάβη·
τὸ τοι νομισθὲν τῆς ἀληθείας κρατεῖ.

Tace: mihi illo patre censeri satis,
sive ille pater est; seu minus, refert nihil.
res credita et recepta plus vero valet.

Recte in Reg. cod. scriptum μείων βλάβη, uti et legendum esse coniecerat olim Gesnerus pro vulgato μείζων. Vide quae observavi ad Aeschyli Prometheum 1021. Grotius dedit τίς ἂν βλάβη; Sunt autem ista Oti vel Ephialtae ad aliquem, qui geminos illos mortali satu editos arguebat, Neptunumque patrem eorum esse negabat.

X. Idem Tit. LXXVII. p. 333.

Ὁ δὴ νόθος τοῖς γνησίοις ἴσον σθένει.
ἅπαν τὸ χρηστὸν γνησίαν ἔχει φύσιν.

Proles notha et legitima tantumdem valet.
quicumque probus est, hunc probe natum puta.

Horum senariorum alterum profert Clemens Strom. VI. p. 741. sed interpolatum.

XI. Idem Tit. XCI. p. 371. et Plutarchus de audiendis poëtis p. 21.

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους,
αὔξεις δὲ τιμάς, εἶτα τῆς ὑπερτάτης
τυραννίδος ταγοῦσιν ἡδίστην ἕδραν.
κἄπειτα δ' οὐδεὶς ἐχθρὸς οὔτε φύεται
πρὸς χρήμασ', οἵ τε φύντες ἀρνοῦνταί στυγεῖν·
δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἐς τε τἄβατα,
καὶ πρὸς τὰ βατὰ δὴ, χὠπόθεν πέγης ἀνὴρ
μηδ' ἐντυχὼν δύναιτ' ἂν ὧν ἐρᾷ τυχεῖν·
καὶ γὰρ δυσειδὲς ὄμμα καὶ δυσώνυμον,
γλώσσῃ σοφὸν τίθησιν, εὔμορφόν τ' ἰδεῖν.
μόνῳ δὲ χαίρειν καὶ νοσεῖν ἐξουσία
πάρεστιν αὐτῷ, κἀπικρύψασθαι κακά.

Divitiae amicos comparant mortalibus:
exinde decus famamque: tum facto gradu
ad celsa tendunt imperi fastigia:
nec invenitur, oderit qui divitem;
aut si quis odit, odia dissimulat tamen.
per invia atque pervia ex aequo invenit,
qua penetret aurum: pauper, ut sit maxime
felix, potiri vota quit numquam sua.
at ore foedos, nomine aspernabiles,
pulcros, disertos, inclitos nummus facit:
tum facile dives gaudet aut morbo cubat,
utcumque res fert, et sua occultat mala.

V. 3. τυραννίδος ἐξάγουσιν. In cod. scriptum τυραννίδος τ' ἄγουσιν. Grotius prava coniectura dederat θακοῦσιν. Divitiae ἄγουσιν εἰς ἕδραν. Librarii sollemni errore exciderat compositi verbi praepositio. V. 4. cod. dat κἄπειτα. V. 7. δὴ fulciendo versui aptum inseruit Heathius. Male Grotius: καὶ πρὸς τὰ βατά. καὶ οὔποτ' ἂν πένης ἀνὴρ. In Plutarchi edit. Aldina legitur καὶ ὁπόθεν: in cod. vero emendate, χὠπόθεν. V. 8. cod. μηδ' εὐτυχῶν. Vera est Plutarchi lectio ἐντυχὼν, hac sententia: καὶ πρὸς τὰ βατὰ,

καὶ ἔνθα, ὑπόθεν ὁ πένης μηδὲ ἐντυχὼν δύναιτ' ἂν ὧν ἐρᾷ τυχεῖν. *et eo, quo si pervenerit pauper, non tamen efficiet, ut voto suo potiatur.* Vel etiam ellipsin hoc modo supplere possis: καὶ τυγχάνει ὧν ἐρᾷ ἔνθεν, ὑπόθεν ὁ πένης μηδὲ ἐντυχὼν δύναιτ' ἂν τυχεῖν. V. 9. ἔμμα legitur in cod. Reg. Vulgo σῶμα. V. 10. γλώσσῃ dativus est. Ut εὔμορφον opponitur τῷ δυσειδὲς ἔμμα, sic γλώσσῃ σοφὸν opponitur τῷ δυςώνυμον, quod rariori significatu hìc *prave loquentem* notat. Nescio quid sibi velit Heathius γλώσσῃ casu recto legens, tanquam si de vi non divitiarum, sed eloquentiae hìc ageretur. V. ult. cod. κἀποκρύψασθαι.

[Temperare mihi non potui, quin versu 3. reponerem ταγοῦσιν, quae fuisse mihi videtur codicis scriptura. ταγοῦσιν ἕδραν ἡδίστην τυραννίδος τῆς ὑπερτάτης tragica quidem audacia, sed ea tamen loquendi forma dictum, cuius bene multa exempla prolata sunt ad Aiac. 42 et Tr. 49, ut hoc idem valeat ac si scriptum sit ταγοῦσιν ἑδρᾳ vel ἐν ἕδρᾳ ἡδίστῃ τυρ. τ. ὑπερτ. Soluta oratione dixisses ἥδιστον ταγοῦσι. ταγοὺς itidem habes in iambico Antig. 1039. Versu 7. malim legere: καὶ πρὸς τὰ βαθέα, χὠπόθεν etc. et in profundum, etc.]

XII. Aelianus de Nat. Animal. VII. 39. Οσοι λέγουσι θῆλυν ἔλαφον τὰ κέρατα οὐ φύειν, οὐκ αἰδοῦνται τοὺς τοῦ ἐναντίου μάρτυρας· Σοφοκλέα μὲν εἰπόντα,

Νεμὰς δέ τις κεροῦσσ' ἀπ' ὀρθίων πάγων
καθεῖρπεν ἔλαφος.

καὶ πάλιν·

ἄρασα μύξας καὶ κερασφόρους
στέρθυγγας εἶρφ' ἔκηλος.

καὶ ταῦτα μὲν ὁ τοῦ Σοφίλου ἐν τοῖς Ἀλωάδαις. Penultimi versus voces invertit Heathius legens μύξας ἄρασα. Nescio an ob metrum. Sed animadvertere debebat vocem μύξας sic positam senarii secundum sedem tenere, quae spondeo non magis quam quarta permissa est. Equidem crediderim vocem μύξας, alioquin probam, hìc a Tragico adhibitam non fuisse. Quid, si legamus:

ἄρασα μυκτῆράς τε καὶ κερασφόρους.

[Cornuta montis de sublimi culmine
Descendit aliqua cerva.

Naresque tollens atque corneas fera
Cuspidibus ivit placida.

Ultimo versu ἄνω excidisse puto post κερασφόρους. Εἶρφ' pro vulgato εἶρπεν poscebat ipse versus.]

XIII. Vide Lexicon in Ἐφυμνεῖς.

ΑΜΥΚΟΣ Σατυρικός.

Vide Lexicon in Λαγός. Σιαγόνος.

ΑΜΦΙΑΡΑΟΣ Σατυρικός.

I. Schol. Comici ad Ranas 484. Ὡρακιάσαι λέγεται τὸ ὑπὸ φόβου ὠχριάσαι, ἀπὸ τοῦ τὴν ὥραν αἰκίζειν. τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ.

τὸ δ' ὠχριάσθαι θλιβομένης τῆς καρδίας.

[Dolentis animi signum erit pallescere.]

II. Idem ad Vespas 1501. Σοφοκλῆς Ἀμφιαράῳ·

Ὁ πιννοτήρης τοῖδε μάντεως χορεῦ.

Forte scripserat Tragicus:

Ὁ πιννοτήρης τοῦδε χωρεῖ μάντεως.

III. Athenaeus L. X. p. 454. postquam Tragicorum ῥήσεις aliquot protulit, in quibus homines rustici literarumque rudes, describentes literarum figuras, aenigmatice personarum nomina designant, Sophoclis meminit rusticum inducentis, qui literarum formas non verbis, sed schematibus et gestu saltando exprimeret: Καὶ Σοφοκλῆς δὲ τούτῳ παραπλήσιον ἐποίησεν ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ, τὰ γράμματα παράγων ὀρχούμενον.

IV. Strabo L. IX. p. 339. Μετὰ δὲ Μαραθῶνα Τρικόρυθος, εἶτα Ῥαμνεῖς, τὸ τῆς Νεμέσεως ἱερόν· εἶτα Ψωφὶς, ἡ τῶν Ὠρωπίων· ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἀμφιαράειόν ἐστι, τετιμημένον πρτὰ μαντεῖον, ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὡς φησι Σοφοκλῆς,

Εδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις
αὐτοῖς ὅπλοισι καὶ τετρωρίστῳ δίφρῳ.

Ex Amphiarao hos versus esse opinatur Meursius, qui et in Alemaeone et in Eriphyla esse itidem potuerunt.

[Thebana vatem fissa pulvis excipit
Armis quadrigaque.]

V. Ὁ ἁλιεὺς πλήγεὶς νοῦν φύσει. κέχρηται τῇ παροιμίᾳ Σοφοκλῆς ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ. Scholiastes Ms. Platonis. Confer Zenobium II. 14.

VI. Vide Lexicon in Αγνίσαι. Αλεξάνδριον. Κατεφρόνει. Πλον. Τρασιά.

ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ.

Vide Scholiastam nostrum ad Oed. Col. 390. et Lexicon in Αμφιτέρμως. Ατμητον.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ.

Vide Lexicon in Παρασάγγαι.

ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ Σατυρική.

I. Eratosthenes Catasterism. 16. Τὴν Κασσιέπειαν ἱστορεῖ Σοφοκλῆς ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ἐν Ανδρομέδᾳ, ἐρίσασαν περὶ κάλλους ταῖς Νηρηΐσιν, εἰςελθεῖν εἰς τὸ σύμπτωμα, καὶ Ποσειδῶνα διαφθεῖραι τὴν χώραν, κῆτος ἐπιπέμψαντα. — Idem 36. Τοῦτο τὸ κῆτός ἐστιν, ὃ Ποσειδῶν ἐπεμψε Κηφεῖ, διὰ τὸ Κασσιέπειαν ἐρίσαι περὶ κάλλους ταῖς Νηρηΐσι· Περσεὺς δ' αὐτὸ ἀνεῖλε, καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὰ ἄστρα ἐτέθη, ὑπόμνημα τῆς πράξεως αὐτοῦ. ἱστορεῖ δὲ ταῦτα Σοφοκλῆς ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς ἐν τῇ Ανδρομέδᾳ.

II. Athenaeus L. XI. p. 482. Ὅτι δὲ καὶ πλοῖον ἡ κύμβη, Σοφοκλῆς ἐν Ανδρομέδᾳ φησίν·

Ἱπποισιν, ἢ κύμβαισι ναυστολεῖς χθόνα;

[Equo, an cymba terram pernavigas?]

Profert etiam hunc senarium Eustathius p. 1205. adiuncta interpretatione: ἱππότης ἥκεις ἢ διὰ πλοίου; Confer Valckenarium ad Herodotum p. 498. 8.

III. Phrynichus Ecl. nom. Att. p. 164. Πολλὴν διατριβὴν ἐποιησάμην ἐπισκοπούμενος εἰ μόνον λέγεται πρόσφατος νεκρὸς, καὶ μὴ πρόσφατον πρᾶγμα. εὑρίσκετο δὲ Σοφοκλῆς ἐν τῇ Ανδρομέδᾳ τιθεὶς οὕτω·

Μηδὲν φοβεῖσθαι προσφάτους ἐπιστολάς.

IV. Schol. Theocriti ad Id. IV. 62. Τοὺς Σατύρους οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ανδρομέδᾳ.

V. Hesychius: Κουρίον. Σοφ. Ανδρομέδᾳ·

Ἡμῖν σύ τοι κούρειον ἡρέθης πόλει·
νόμος γὰρ ἐστι τοῖσι βαρβάροις Κράνῳ
θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος.

Videndi Hesychii interpretes. Κούρειον, iuxta Etymol. M. auctorem, καλεῖται ἐν Αττικῇ τὸ ἱερεῖον τὸ θυόμενον, ἡνίκα ἐγράφοντο οἱ κεῖροι εἰς τοὺς φράτορας. Sophocles hic aliter accepisse videtur pro humana victima Saturno offerenda. Chori videntur esse verba ad Andromedam.

[Tu civitati victima inventus meae:
Nam barbarorum semper ille mos fuit,
Mortale sacrificare Saturno genus.]

VI. Pollux X. 120. Σοφοκλῆς δ' ἐν Ανδρομέδᾳ Αὐτολίθοισι λυκύθοις ἔφη, δηλῶν ἁλαβάστους μονολίθους. Perperam in Onomastico legitur αὐτοχείλεσι nullo sensu. αὐτόλιθος est μονόλιθος, ut in Philoct. 35. αὐτόξυλον ἔκπωμα est ποτήριον μονόξυλον. Nihil verius videtur hac Hemsterhusii coniectura.

VII. Vide Lexicon in Αμβλύσκει. Αμφίπρυμνον. Ζευξίλεως. Μάσθλητας. Οἰάταν. Σαλητόν.

ΑΝΤΗΝΟΡΙΔΑΙ.

I. Eustathius p. 405. e Strabone p. 905. Σοφοκλῆς ἱστορεῖ ἐν ἁλώσει Ιλίου παρδαλέην τῆς θύρας προτεθῆναι τοῦ Αντήνορος, σύμβολον τοῦ ἀπόρθητον ἐαθῆναι τὴν οἰκίαν· τὸν δὲ ἅμα παισὶ μετὰ τῶν περιγενομένων Ενέτων εἰς Θράκην περισωθῆναι, κἀκεῖθεν διεκπεσεῖν εἰς τὴν ἐν τῷ Αδρίᾳ Ενετικήν. Pertinent ista ad Antenoridas, cuius dramatis mentio initio argumenti Aiacis. Male accepta Strabonis verba Fabricio aut nescio cui alii occasionem dedere, Sophocli drama adfingendi, quo titulo nullum umquam edidit, Ιλίου ἅλωσιν.

II. Athenaeus L. IX. p. 373. Σοφοκλῆς Αντηνορίδαις·

Ορνιθα, καὶ κήρυκα καὶ διάκονον.

Vide Lexicon in Αφεψιασάμην. Εκβαβάξαι.

ΑΤΡΕΤΣ ἢ ΜΥΚΗΝΑΙΑΙ.

Sic erat titulus dramatis, non Μυκῆναι, ut vulgo legitur. Posterius nomen a personis, quibus constabat chorus, ut Τραχίνιαι, Φοίνισσαι, Σκύριαι, alia.

I. Scholiastes Euripidis ad Hippolytum 309.

Μὰ τὴν ἐκείνου δειλίαν, ἣ βόσκεται,
θῆλυς μὲν αὐτὸς, ἄρσενας δ' ἐχθροὺς ἔχων.

Iuro per illam, qua alitur ille, ignaviam,
mera femina ipse, sed mares hostes habens.

Μὰ in his versibus, negationi, quae in amissis versibus praecedebat, confirmandae adhibetur, ut semper apud veteres et probatos scriptores; quod divinare poterat vir doctus, qui hoc exemplo abusus est in Miscell. Observ. Vol. V. pag. 281. In Platonis loco quem protulit Berglerus, legendum procul dubio καὶ νὴ Δία.

II. Vide Lexicon in Επιστάσει.

ΑΧΑΙΩΝ ΣΤΑΔΟΓΟΣ ἢ ΣΤΝΔΕΙΠΝΟΝ ἢ ΣΤΝΔΕΙΠΝΟΙ.

Diversi sunt eiusdem dramatis tituli, quod primus animadvertit acutissimi vir ingenii Ioannes Toup Ep. Crit. p. 133. Ad titulum adludit Cicero obscura sententia in Ep. ad Quintum fratrem II. 16. Συνδείπνους Σοφοκλέους, *quamquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi.* Athenaeus L. III. p. 365. Σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας — διότερ τινὲς καὶ τὸ Σοφοκλέους δρᾶμα κατὰ τὸ οὐδέτερον ἐπιγράφειν ἀξιοῦσι ΣΤΝΔΕΙΠΝΟΝ. Fuit autem, quod liquido e fragmentis apparet, drama satyricum.

1. Stobaeus Floril. Tit. XXVI. p. 119.

Λάθα

Πιερίσι στυγερὰ καὐάρσιος·
ἃ δὲ μνᾶσις γ' εὐποτμότατος,
θνατοῖς μελέου
ἀνέχουσα βίου βραχὺν ἰσθμόν.

Oblivisci
res Pierio male grata choro.
meminisse iuvat,
et saecla beans hominum, miseri
confinia continet aevi.

[Τὸ meminisse qui dicatur continere confinia aevi, non intelligo. Praestat ἀνέχειν interpretari honorare, extollere memoria, i. e. poësi et historia, quibus quasi extenditur angusta vita. Verte:

— — — choro;
Sed meminisse est, quod iuvat homines,
Isthmum angustum
Vitae infelicis honorans.]

II. Athenaeus L. I. p. 17. et ex eo Eustath. p. 1828.

Ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐράνην
ἔῤῥιψεν, οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
κατάγνυται τὸ τεῦχος οὐ μύρου πνέον·
ἐδειματούμην δ' οὐ φίλης ὀσμῆς ὕπο.

V. 1. ἀμφὶ θυμῷ valet *prae ira*, quod Casaubonum fugisse miror. Vide quae notavi ad Apollonii Argon. II. 96. De matularum usu in conviviis, quod Sybaritarum inventum fuisse perhibetur, vide Gatakerum T. I. p. 293.

[Similia ibidem leguntur Aeschyli ex incerta fabula.]

III. Idem L. XV. p. 679.

Οὔ τοι γένειον ὧδε χρὴ διηλιφὲς
φορεῖντα, καὐτίπαιδα καὶ γένει μέγαν
γαστρὸς καλεῖσθαι παῖδα, τοῦ πατρὸς πάρον.

Os te perunctum ferre nequaquam decet,
praesertim ephebum, genere tanto, filium
ventris vocari turpe, quum licest patris.

IV. Idem L. XV. p. 696.

Φορεῖτε, μασσέτω τις, ἐγχείτω βαθὺν
κρητῆρ'· ἀνὴρ δ' οὐδεὶς, πρὶν ἂν φάγῃ, καλῶς,
ὁμοῖα καὶ βοῦς ἐργάτης, ἐργάζεται.

[Accipite, prendite, atque craterem mihi
Implete magnum: vir nisi fuerit satur,
Non mage laborat atque ieiuni boves.]

V. Schol. Pindari ad Isthm. II. versum penult. Τὸ γὰρ ἀπόνειμον, ἀντὶ τοῦ ἀνάγνωθι. Σοφοκλῆς ἐν Αχαιῶν συλλόγῳ·

Σὺ δ' ἐν θρόνοισι γραμμάτων πτύχας ἔχων,
ἀπόνειμον.

καὶ πάλιν·

Νέμει, τίς οὐ πάρεστι, τίς ξυνώμοσε.

Vide Toupium ad Theocriti Epithalamium Helenae 48.

VI. Pollux X. 133. Τὰ δὲ ναυτικὰ σκεύη — πλῆκτρα, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ·

Ὡς νασφύλακες νυκτέρου ναυκληρίας
πλήκτροις ἀπευθύνουσιν οὐρίαν τρόπιν.

[Veluti navium custodes per nocturnam navigationem contis dirigunt vento secundo navem.]

VII. Plutarchus Moral. p. 74. Ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸν Ἀχιλλέα παροξύνων Ὀδυσσεὺς, οὗ φησιν ὀργίζεσθαι διὰ τὸ δεῖπνον, ἀλλὰ φησίν·

Ἤδη τὰ Τροίας εἰσορῶν ἐδώλια
δέδοικας.

καὶ πρὸς ταῦτα πάλιν τοῦ Ἀχιλλέως διαγανακτοῦντος, καὶ ἀποκλεῖν λέγοντος·

Ἐγὼδ' ὃ φεύγεις, οὐ τὸ μὴ κλύειν κακῶς
ἀλλ' ἐγγὺς Ἕκτωρ ἐστίν· οὐ μένειν καλόν.

Vocem ἑδώλια, qua utitur noster eodem sensu in El. 1393. perperam accepit Grotius, qui hos versus in Exerptis p. 150. sic vertit:

Simulatque transtra classis Iliacae vides,
trepidas.
Quid expavescas video, non famae notam;
sed appropinquat Hector: haud tuta est mora.

Diversam lectionem ultimi versus commendat Valckenarius ad Phoenissas p. 272. vulgatam praefero. Est autem hoc fragmentum ex Achivorum convivio, quod acute vidit supra laudatus Toupius.

VIII. Herodianus περὶ σχημάτων in Anecd. Gr. I. B. Casp. de Villoison T. II. p. 94. Ἀστεϊσμὸς δέ ἐστι προσποίησις πιθανὴ τοῦ μὴ λέγειν ἢ μνημονεύειν ἡμᾶς ἃ λέγομεν, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ εἰρῆκται λέγων Ὀδυσσεὺς τῷ Διομήδει·

Ἐγὼ δ' ἐρῶ σοι δεινὸν οὐδέν, οὐδ' ὅπως
φυγὰς πατρῴας ἐξελήλασαι χθονός·
οὐδ' ὡς ὁ Τυδεὺς ἀνδρὸς αἷμα συγγενοῦς
κτείνας, ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται·
οὐδ' ὡς πρὸ Θηβῶν ὠμοβρῶς ἐδαίσατο
τὸν Ἀστάκειον παῖδα, διὰ κάρα τεμών.

Sic legendi hi versus. Nota Tydei immanis feritas, qui occisi ab Amphiarao Melanippi, a quo prius ipse vulneratus fuerat, recisum caput diffidit, et cerebrum sorbuit; quare Lycophron v. 1066. Diomeden appellat παῖδα τοῦ κρατοβρῶτος ἀτρέστου κάτρου. Vir laudatissimus rerumque bene multarum peritissimus in argumentis Sophoclearum fabularum parum versatus videtur, qui versus istos ab alterutra fabularum desumtos opinatur, quibus ab Ulysse nomen inditum, tamquam si heros numquam in scenam inductus fuisset aliquis nisi in cognomine dramate. In neutro Ulysse hi versus exstare potuerunt: argumentum utriusque cognitum, actionis tempus, scenae locus: in neutro Diomedis ullae partes esse potuerunt. Sunt procul dubio ex Achivorum convivio.

[Ego nil tibi, animo quod sit ingratum, loquar.
Neque, ut solum tu patrium ipse verteris,
Neque, ut, peremto forte cognato viro,
Argorum ad urbem fugerit Tydeus item,
Neque Astacei pueri ut ad Thebas pater
Scissum caput gustarit, immani dape.]

IX. Vid. Scholiastam nostrum ad Oed. Col. 9. Ai. 190. et Lexicon in Ἀζειῶται. Βέβηλος. Ἐκκεκώφηται. Ἐπιξενοῦσθαι. Ἐπιεικούσης. Μάσθλητας. Ξυμβόλους.

[Scholiastes ad Oed. Col.: Σοφοκλῆς δὲ ἐν Συνδείπνῳ βέβηλον τὸν ἰδιώτην φησί. Idem ad Aiac. l. l.: Τὸν δὲ Ὀδυσσέα Σισύφου εὐήθως φησὶ Σοφοκλῆς καὶ ἐν Συνδείπνῳ·

Ὦ πάντα πράσσων, ὡς ὁ Σίσυφος πολὺς
Ἔνδηλος ἐν σοὶ πανταχοῦ, μητρὸς φθορεύς!

O nihil non audens, ut in te usquequaque Sisyphus se prodit, corruptor matris!]

ΑΧΙΔΑΕΩΣ ΕΡΑΣΤΑΙ Σάτυροι.

I. Stobaeus Floril. Tit. LXIV. p. 263.

Νόσημ' ἔρωτος τοῦτ', ἐφίμερον κακόν.
ἔχοιμ' ἂν αὐτὸ μὴ κακῶς ἀπεικάσαι,
ὅταν πάγου φανέντος αἰθρίου, χεροῖν

κρύσταλλον ἁρπάσωσι παῖδες ἀσταγῆ·
τὰ πρῶτ' ἔχουσιν ἡδονὰς ποταινίους·
τέλος δ' ὁ χυμὸς οὔτ' ἀφεθῆναί πως θέλει,
οὔτ' ἐν χεροῖν τὸ κτῆμα σύμφορον μένειν.
οὕτω γε τοὺς ἐρῶντας ὠὐτὸς ἵμερος
δρᾶν καὶ τὸ μὴ δρᾶν πολλάκις προΐσται.

Amor diei unius aegrimonia est;
quem posse simili exprimere sic videor mihi.
quoties sereno nascitur coelo gelu,
gaudet manu tractare concretas aquas
grex pusionum, atque ea voluptas maxima est:
tandem liquescens unda dimitti negat,
quamquam teneri commode manibus nequit.
sic aestus idem saucios amoribus
cogit vicissim pergere et desistere.

Notum proverbium, ad quod hic adluditur. Zenobius V. 68. Ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον. ἐπὶ τῶν μήτε κατέχειν δυναμένων, μήτε μεθεῖναι βουλομένων, ἡ παροιμία εἴρηται. μέμνηται αὐτῆς Σοφοκλῆς Ἀχιλλέως ἐρασταῖς. Initio fragmenti νόσημ' ἔρωτος τοῦτ' e codice dedi: ἐφίμερον ex Meursii correctione. V. 5. codex liquido ποταινίους, ut erudite coniecerat Scaliger. Sequens in libris ita depravatus est, ut nulla structurae legitimae forma in eo reperiatur: planus sensus, ad quem verba exegi. Hesychius: ἀφεθῆναι, ἀπολυθῆναι.

II. Scholiastes Lyrici ad Nem. III. 60. Δωκομένη ἡ Θέτις ὑπὸ τοῦ Πηλέως, μετέβαλλε τὰς μορφὰς, ὁτὲ μὲν εἰς πῦρ, ὁτὲ δὲ εἰς θηρία. ὁ δὲ καρτερήσας, περιγέγονε. περὶ δὲ τῆς μεταμορφώσεως αὐτῆς καὶ Σοφοκλῆς φησιν ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς·

Τίς γάρ με μόχθος οὐκ ἐπεστάτει; λέων,
δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ.

Nam quod malorum non mihi genus imminet?
aqua, ignis, et leo et draco.

Nescio qui Grotio in mentem venerit, vocem excidisse. Locus, si quis alius, sanus et integer, nec illius, nec Heathii supplemento eget. Nunc autem ab alio proferri haec verba potuerunt, quam a Peleo ipso, qui in hac fabula partes agebat, cuius scena in Thessalia esse debuit. Proinde diversa est a Scyriis. Schol.

Aristophanis ad Nubes 1064. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς φησιν, ὑπὸ Πηλέως λοιδορηθεῖσαν τὴν Θέτιν, καταλιπεῖν αὐτόν. Quae totidem verbis leguntur etiam in scholiis ad Apollonii Argonautica IV. 816.

III. Idem ad Nem. VI. 90. Οὐκ ἐκ παραδρομῆς δὲ ζάκοτον εἶπε τὸ δόρυ τοῦ Ἀχιλλέως — ἀλλ' ὅτι ἰδιώτερον παρὰ τὰ ἄλλα κατεσκεύαστο· δίκρουν γάρ, ὥστε δύο αἰχμὰς ἔχειν, καὶ μιᾷ βολῇ διττὰ τραύματα ἀπεργάζεσθαι. Σοφοκλῆς ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς·

Ἡ δορὸς διχόστομον πλᾶκτρον.
δίπτυχοι γὰρ ὀδύναι νιν ἤρικον
Ἀχιλληΐου δόρατος.

Canebantur ista a choro. Primum tantum esse Sophoclis versiculum credidit Heathius, qui forte non satis attente Scholiastae verba perpenderat.

[Locus fortasse sic concipiendus:

Ἡ διχόστομα πλᾶκτρα!
Δίπτυχοι γὰρ ὀδύναι νιν ἤ-
ρικον Ἀχιλλείου δόρατος.

quam δορὸς primo versu a glossatore videtur profectum esse. Verte:

Duplex cernite vulnus!
Binis namque doloribus
Hastae Achilleae cecidit.]

IV. Scholiastes Comici ad Vespas 1021. Παιδικὰ ἐπὶ ἀῤῥένων καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως ἐρασταῖς ἐξείληπται. ἐπιδόντων γάρ τι τῶν Σατύρων εἰς τὴν γυναικείαν ἐπιθυμίαν, φησὶν ὁ Φοίνιξ·

Παπαὶ, τὰ παιδίχ', ὡς ὁρᾷς, ἀπώλεσας.

Confer Suidam, apud quem Eupolidis versus sic e Photii lexico Ms. scribendus:

Ἐγὼ δὲ χαίρω πρός γε τοῖς σοῖς παιδικοῖς.

V. Athenaeus L. IX. p. 401. Τίς μνημονεύει, κατὰ τὸ σύνηθες ὁμοίως ἡμῖν, ἴσυάγρου, ἐπὶ τοῦ ἀγρίου συός; Σοφοκλῆς μὲν γὰρ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς ἐπὶ κυνὸς ἔταξε τοὔνομα, ἀπὸ τοῦ σῦς ἐγρεύειν, λέγων·

Σὺ δ', ὦ σύαγρε, Πηλιωτικὸν τρέφος.

Apud Eustathium p. 1872. legitur: Πηλιωτικὸν βρέφος.

VI. Vide Scholiastam nostrum ad Oed. Col. 481. et Lexicon in Ομμάτειος πόθος. Ad hanc fabulam respiciebat Ovidius his elegis Trist. II. 409.

Est et in obscenos deflexa Tragoedia risus,
multaque praeteriti verba pudoris habet.
nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,
infregisse suis fortia facta modis.

ΔΑΙΔΑΛΟΣ.

I. Pollux VII. 117. Επεὶ δὲ καὶ τοὺς οἰκοδόμους Ομηρος τέκτονας καλεῖ, καὶ ἀρχιτέκτων εἴρηται παρὰ Πλάτωνι. βιαία γὰρ ἡ ἐν τῷ Σοφοκλέους Δαιδάλῳ Τεκτόναρχος Μοῦσα.

II. Schol. Ms. Platonis: Σαρδάνιος γέλως — Σιμωνίδης δὲ ἀπὸ Τάλω τοῦ χαλκοῦ, ὃν Ηφαιστος ἐδημιούργησε Μίνωϊ, φύλακα τῆς νήσου ποιήσασθαι, ἔμψυχον ὄντα, τοὺς πελάζοντας φησὶ κατακαίοντα ἀναιρεῖν. ὅθεν, ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι διὰ τὴν φλόγα, τὸν σαρδάνιον φησὶ λεχθῆναι γέλωτα. ὁμοίως καὶ Σοφοκλῆς ἐν Δαιδάλῳ. Confer Paroemiographos in Σαρδώνιος γέλως.

III. Schol. Apollonii Rhodii ad IV. 1638. Τάλως δὲ ἦν μὲν τοῦ γένους ἐκείνου τοῦ χαλκοῦ· ὅλος δὲ χαλκοῦς ὢν σύριγγα εἶχεν ἐπὶ τοῦ σφυροῦ ὑμένι περιεχομένην. σύριγξ δέ ἐστιν ἡ περόνη. ῥαγεῖσης οὖν τῆς σύριγγος εἵμαρτο ἁλῶναι αὐτόν. τοῦτο δὲ καὶ Σοφοκλῆς φησιν ἐν Δαιδάλῳ. Perperam ibi legitur ἐν Τάλῳ, cuius nominis nulla fuit Sophoclis fabula.

IV. Vide Lexicon in Γοργάδων. Εσέφθην.

ΔΑΝΑΗ.

Vide Scholiastam nostrum ad Aiacem initio: et Lexicon in Ανθήμερον. Αφροδισία. Βράχιστον. Δαιμονίζεσθαι. Ζῆ.

ΔΟΛΟΠΕΣ.

Vide Lexicon in Εὐναῖος.

ΕΛΕΝΗ. ΕΛΕΝΗΣ ΑΡΠΑΓΗ. ΕΛΕΝΗΣ ΑΠΑΙΤΗΣΙΣ. ΕΛΕΝΗΣ ΓΑΜΟΣ.

Fabulas, quibus argumentum praebuit Helenae historia, omnes coniungo; nescio quatuorne dicam, an tres, an solum-

modo duas. ΕΛΕΝΗ citatur nude a Comici enarratore ad Equites 84. ubi duos senarios profert, quos supra in Aegeo dedimus. ΕΛΕΝΗΣ ΑΡΠΑΓΗ laudatur ab auctore argumenti Aiacis, et ita quidem, ut intelligatur exhiberi in hoc dramate, si modo scriptum fuit umquam, debuisse Helenam e Troia ereptam, non autem Thesei facinus, qui illam necdum maturam rapuerat. Reliquarum duarum certior est auctoritas. Versus ex Aegeo nescio cur Grotius ad *Helenae nuptias* retulerit potius quam ad *Helenae repetitionem*: tam huius quam alterius esse possiut. Ex alterutra videntur esse verba, quae e Tragico innominato profert Eustathius p. 397. Σαφέστερον δὲ καὶ ἀνθρωπικώτερον τὸ τῆς Ελένης εἶδειξε κάλλος, ὁ εἰπὼν Τραγικός·

— — ἣν καλλίστην
χρυσοφαὴς ἥλιος αὐγάζει.

[— quam pulcherrimam aureus adspicit sol.
Versus sunt anapaestici.]

I. Schol. Euripidis ad Phoenissas 312. Εἰ γὰρ καὶ Ελληνικῶς ἐλάλουν αἱ Φοίνισσαι, ἀλλ' οὖν γε τὴν πάτριον ἀπήχησιν ἔσωζον τῆς φωνῆς, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Ελένης ἀπαιτήσει·

Καὶ γὰρ χαρακτὴρ αὐτὸς ἐν γλώσσῃ τί μοι
παρηγορεῖ Λάκωνος ὀσμᾶσθαι λόγου.

Solatur aliquid ipsa me vocis nota:
videor Laconem quippe odorari sonum.

II. Erotianus in Lexico Hippocr. Θράσσει . . . ἔστι δὲ ὀχλεῖ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ελένης ἀπαιτήσει φησί·

Γυναῖκα δ' ἐξελόντες, ἣ θράσσει γένυν,
ὡς τοῦ μὲν αἰόλον γραφίοις ἐνημμένοις.

Legitimi sunt quidem isti senarii, sed qui sensus ex iis elici possit non video.

[Difficilis sane locus. Haec in mentem veniebant, quibus nihil tribuo:

Γυναῖκα δ' ἐξελόντες, ἣ θράσσει γέ νιν,
ὡς ταὐτὸν μὲν τοὺς γραφεῖς ἐνημμένους.

Mulierem rapientes, quae sic eos vexat,
ut variegatum additos pictores.

Additos, ut fere Teucris additam Iunonem Maro dixit, i. e.

adiunctos, vel regis iussu, vel Maecenatis alicuius, ut relinquere illud opus (fac caudam pavonis, fac arcum pluvium, fac Achillis scutum) sit nefas. Ut enim ista pulcra quidem sunt adspectu, sed pictori, victum quaerenti, molestissima, siquidem coloribus vix exprimenda, sic Helena Troianorum oculos quidem sua venustate delectabat, sed ob bellum eius causa suspiciendum, quam neque amittere auderent propter Paridis amorem, neque retinere satis tuto scirent, cum quasi lupum, ut aiunt, auribus tenerent, iisdem erat perquam odiosa.]

III. Strabo L. XIV. p. 952. Οἱ δὲ τὸν Κάλχαντά φασιν ἀποθανεῖν ὑπὸ λύπης, καὶ κατά τι λόγιον. λέγει δ' αὐτὸ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει, ὡς εἱμαρμένον εἴη ἀποθανεῖν, ὅταν κρείττονι ἑαυτοῦ μάντει περιτύχῃ.

IV. Plutarchus in comparatione Lycurgi et Numae pag. 163. ubi de puellarum educatione agit, et de Φαινομήριδι Lacaenis: Τῷ γὰρ ὄντι τοῦ παρθενικοῦ χιτῶνος αἱ πτέρυγες οὐκ ἦσαν ἀνερράμμέναι κάτωθεν, ἀλλ' ἀνεπτύσσοντο, καὶ συνανεγύμνουν ὅλον ἐν τῷ βαδίζειν τὸν μηρόν. καὶ σαφέστατα τὸ γιγνόμενον εἴρηκε Σοφοκλῆς ἐν τούτοις·

Καὶ τὰν νέορτον, ἅς ἔτ' ἄστολος χιτὼν
θυραῖον ἀμφὶ μηρὸν
πτύσσεται, Ἑρμιόναν.

Ita Valckenarius in Eurip. Diatribe p. 221. Tragici verba sanitati restituit. Chorici cantici haec particula non aliunde sumi potuit quam ex *Helenae repetitione*. Nihil tale de Hermione dudum nupta dici potuit in cognomine dramate.

[Ex Hermione petita haec esse autumabat Valck.]

V. Eustathius p. 1205. ex Athenaeo p. 76. Κατὰ τὸ ἀῤῥὲν λέγεται ἔρινος, ἡ ἀγρία συκῆ· ὅθεν καὶ ῥῆμα ἐρινάζειν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἑλένης γάμῳ, ἔνθα τὸν κυρτὸν τῷ τοῦ δένδρου ἐκάλεσεν ὀνόματι, εἰπών,

Πέπων δ' ἐρινὸς ἀχρεῖος ὢν
ἐς βρῶσιν, ἄλλους ἐξερινάζεις λόγῳ.

παροιμιακὸν δὲ αὐτὸ τὸ νόημα, ὅμοιον τῷ· ἀπαίδευτος ὢν, πῶς ἂν ἑτέρους παιδεύσειας. Priorem senarium sic integrari posse opinabatur Casaubonus:

πέπων δ' ἐρινὲς αὐτὸς ὢν ἀχρήϊος.

Sed Ionicum ἀχρήϊος probabile non est adhibuisse Sophoclem. Vertit Grotius:

Caprificus ipse mollis et nulli usui
alios tuo sermone caprificos facis.

Sensum non magis adsecutus esse videtur, quam Casaubonus, qui proverbium simile esse ait illi apud Terentium: *Tute lepus es et pulpamentum quaeris.* ἐξερινάζειν λόγῳ est *oratione maturum reddere, aptum rebus agendis.* Sicque accipit Eustathius: ἀπαίδευτος ὢν ἑτέρους παιδεύεις.

[Verba ἀχρεῖος ὢν ἐς βρῶσιν non poëtae esse, sed interpretis, facile quisque videat. Repono:

— — ὦ πέπον,
Ἐρινὸς ἄλλους ἐξερινάζεις λόγῳ.

Sensum loci exposuit eruditissimus Schneider lexic. v. ἐξερινάζω.]

VI. Vide Lexicon in Ἀναχαιτίζει. Νένωται.

ΕΠΙΓΟΝΟΙ.

I. Stobaeus Floril. Tit. XXXVIII. p. 153.

Φιλεῖ γὰρ ἡ δύσκλεια τοῖς φθονουμένοις
νικᾶν ἐπ' αἰσχροῖς, ἢ 'πὶ τοῖς καλοῖς πλέον.

Pressum solent livore rumores mali
in prava potius trahere, quam in recti viam.

II. Idem Tit. LXXIII. p. 511.

Ὦ πᾶν σὺ τολμήσασα καὶ πέρα, γύναι·
κάκιον ἄλλ' οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἔσται ποτὲ
γυναικὸς, ἢ εἴ τι πῆμα γίγνεται βροτοῖς.

O omne facinus ausa plus quam femina:
nec est, nec olim, si lues surget nova,
ullum erit hominibus femina gravius malum.

Tres hi versus una serie continuantur in Reg. cod.
[Sententia ferre non videtur ἢ versu 3.]

III. Sophoclis Epigonos latine expresserat Attius, cuius versum laudat Cicero Tuscul. II. 24. Tum Cleanthem, quum pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferunt dixisse:

Audisne haec, Amphiarae sub terram abdite ?

Sophoclis Epigonorum ab Attio conversorum meminit Cicero in libro de oratorum optimo genere cap. VI. *Nec Andromacham igitur aut Antiopam, aut Epigonos latinos recipiant. Sed tamen Ennium, et Pacuvium, et Attium potius quam Euripidem et Sophoclem legunt.* Euripidis Andromacham apud Romanos docuit Ennius: Antiopam Pacuvius: Sophoclis Epigonos Attius. Hinc erroris arguitur Davisius, qui ad Tusc. II. ex Aeschyli dramate conversos fuisse ait Attii Epigonos.

IV. Athenaeus L. XIII, p. 584. ubi e Lyncei commentariis Gnathaenae meretricis faceta aliquot dicta refert: Ἀνδρονίκου δὲ τοῦ τραγῳδοῦ ἀπ' ἀγῶνός τινος, ἐν ᾧ τοὺς ἐπιγόνους εὐημερήκει, πίνειν μέλλοντος παρ' αὐτῇ, καὶ τοῦ παιδὸς κελεύοντος τὴν Γνάθαιναν προαναλῶσαι, ἔφη·

Ὀλόμενε παίδων, ποῖον εἶρηκας λόγον;

Senarius est ex ipso dramate, quod Andronicus histrio modo cum plausu egerat, quemque ipse recitaverat: inde responsi acumen. Aeschyli Epigonos Andronicum egisse opinatur Fabricius, qui eius meminit in notitia Tragicorum deperditorum. Sophoclis drama, ut nobilius, intelligi probabile est.

[Perdite puer, quid dixisti?]

V. Vide Scholiastam nostrum ad Oed. Col. 378.

ΕΡΙΦΤΑΗ.

I. Stobaeus Floril. T. I. p. 3.

Ἀρετῆς βέβαιαι δ' εἰσὶν αἱ κτήσεις μόναι.

Virtutis una, quae manet, possessio est.

II. Idem Tit. VII. p. 47.

Ἀνδρῶν γὰρ ἐσθλῶν στέρνον οὐ μαλάσσεται.

Nescit bonorum pectus elanguescere.

III. Idem Tit. XLIII. p. 163.

Ὅπου δὲ μὴ τὰ ῥᾴστ' ἐλευθέρως λέγειν
ἔξεστι, νικᾷ δ' ἐν πόλει τὰ χείρονα,
ἁμαρτίαι σφάλλουσι τὴν σωτηρίαν.

Ubi profuturæ liberum non est loqui,
sed victa cedit civitas peioribus,
periclitatur saepe peccando salus.

IV. Idem Tit. XCIX. p. 417.

Πῶς οὖν μάχωμαι θνητὸς ὢν θείᾳ τύχῃ,
ὅπου τὸ δεινὸν ἐλπὶς οὐδὲν ὠφελεῖ;

Homo quid repugnem cladibus coelestibus,
quum spes miserias nulla sustentet meas?

V. Idem Tit. CXVIII. p. 485.

Γήρως προϊόντος σῶζε τὴν εὐφημίαν.

Famam senilem crede tutandam tibi.

VI. Clemens Strom. VI. p. 741.

Ἀπελθ' · ἐκείνης ὕπνος ἰατρὸς νόσου.

Abscede: somnus remedium huic fuerit malo.

In Clemente legitur sine sensu: ' ἀπελθ' ἐκείνης ὕπνον ἰατρὸν νόσου. Conieceram ἀπῆλθ' ἐκείνης ὕπνος ἰατρὸς νόσου. Quod dedi, Valckenario debeo. Grotius verterat: Adi soporem, qui mali huius remedium est.

VII. Appendix Vat. Proverb. II. 49. Καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρᾷς. Αὕτη Σοφόκλειος. πεποίηται γὰρ Ἐριφύλη πρὸς Ἀλκμαίωνα λέγουσα·

Καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρῶ.

εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἀτενῶς πρὸς ὁτιοῦν βλεπόντων, καὶ καταπληκτικόν τι δοκούντων ὁρᾶν. οἱ δὲ, ἐπὶ τῶν εἰς κλοπὴν ὑπονοουμένων. κεμωδοῦνται γὰρ Ἀργεῖοι ἐπὶ κλοπῇ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐχρήσατο.

VIII. Excerpta Ruhnkenii e Stobaei cod. Ms.

Ἡ γλῶσσ' ἐν οἷσιν ἀνδράσιν τιμὴν ἔχει,
ὅπου λόγοι σθένουσι τῶν ἔργων πλέον.

[Legendum procul dubio ἧπου pro ὅπου. Verto:

In quibus honorem lingua habet mortalibus,
Ibi plus valere verba quam facta autumo.]

ΕΡΜΙΟΝΗ.

I. Eustathius p. 1479. Σοφοκλῆς δὲ, φασὶν, ἐν Ἑρμιόνῃ ἱστορεῖ, ἐν Τροίᾳ ὄντος ἔτι Μενελάου, ἐκδοθῆναι τὴν Ἑρμιόνην ὑπὸ τοῦ Τυνδάρεω τῷ Ὀρέστῃ· εἶτα ὕστερον ἀφαιρεθεῖσαν αὐτοῦ, ἐκδοθῆναι τῷ Νεοπτολέμῳ κατὰ τὴν ἐν Τροίᾳ ὑπόσχεσιν· αὐτοῦ δὲ

Πυθοῖ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Μαχαιρέως, ὅτε τὸν Ἀπόλλω τινύμενος τὸν τοῦ πατρὸς ἐξεδίκει Φόνον, ἀποκαταστῆναι αὖθις αὐτὴν τῷ Ὀρέστῃ· ἐξ ὧν γενέσθαι τὸν Τισαμενὸν, Φερωνύμως οὕτω κληθέντα παρὰ τὴν μετὰ μένους τίσιν, ἐπεὶ ὁ πατὴρ Ὀρέστης ἐτίσατο τοὺς Φονεῖς τοῦ Ἀγαμέμνονος. Confer interpretem Hygini ad fab. CXXIII. ubi ex his Eustathii verbis corrigitur Scholiastes Euripidis ad Orest. 1687. Hinc colligi potest, quodnam fuerit dramatis argumentum, recuperata ab Oreste Hermione. Proinde ad illud pertinere non possunt versus a Plutarcho servati, a Valckenario restituti, quos exhibui supra in Helenes repetitione.

II. Stephanus: Ἀγυιὰ, τόπος δηλῶν τὴν ἐν τῇ πόλει πορευτὴν ὁδὸν — τὸ τοπικὸν, ἀγυιαῖος. ΣοΦ. Ερμιόνῃ·

Αλλ' ὦ πατρῴας γῆς ἀγυιαίου πέδον.

III. Vide Lexicon in Γνωστός.

ΕΤΜΗΛΟΣ.

Fabulae nomen inditum ab Eumelo heroë. Cognominibus autem ex multis quis ille fuerit, incompertum est. Vide notas ad Ovidii Metam. VII. 390.

Vide Lexicon in Ασάμινθος. Οδός.

ΕΤΡΥΑΛΟΣ.

Euryalus filius fuit Ulyssis et Euippes, quem ab ipso patre Ulysse interfectum, alii narrant, alii vero a Telemacho. Vide Parthenii Erotica cap. III. cuius inscriptio est: Περὶ Εὐίππης. ἱστορεῖ ΣοΦοκλῆς Εὐρυάλῳ. et Eustathium p. 1796.

ΕΤΡΥΣΑΚΗΣ.

Vide Lexicon in Αδόξαστον.

ΖΩΣΤΗΡΕΣ.

Pollux VII. 68. Ὁ τε τῆς Αμαζόνος Ζωστὴρ, καὶ ἡ ἐν ταῖς ΣοΦοκλέους Ζωστῆρσιν ἐπιζώστρα. λέγει γοῦν· Εχοντας εὐζώνους ἱστασαν ἱματίων ἐπιζώστρας. Miror ad haec Pollucis verba nihil observasse doctissimum Hemsterhusium. Quae in iis tamquam e Sophocle proferuntur depravata sunt, multoque etiam magis fabulae titulus. Nullibi, praeterquam hoc in loco, memorantur Sophoclis *Cingula*, sive *Baltei*; nec quid sub tam absurdo titulo latere possit excogitare quee.

ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΠΙ ΤΑΙΝΑΡΩι Σατυρικός.

Hic est sincerus fabulae titulus in integrum restitutus ab acutissimo Toupio Epist. crit. p. 123. *Hercules in Taenaro, quod Laconicae promontorium est, ad inferos descendit, ad Cerberum, tamen illum tricipitem, in lucem educendum: hinc fabulae satyricae nomen et argumentum.* Scripturae compendia erroribus ansam dedere. Ex Η. ΕΠΙ ΤΑΙΝΑΡΩι Σ. fecerunt omissa prima litera ἐπὶ ταινάροις vel ταιναρίοις. Ex alio compendio ΗΡΑΚΛΗΣ Ε.Τ. ΣΑΤΤΡΙΚΟΣ, fecerunt, omissis duabus mediis, Ηρακλῆς σατυρικός.

I. Athenaeus L. IX. p. 376. Χοῖρον δὲ Ἴωνες καλοῦσι τὴν θήλειαν, ὡς Ἱππώναξ — καὶ Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταιναρίοις·

Τοιγαροῦν
ἔδει φυλάξαι, χοῖρον ὥστε δεσμίαν.

II. Pollux X. 110. Προσθετέον δὲ τῷ μαγείρῳ καὶ ξύλα καύσιμα, καὶ κληματίδας, καὶ ἐκκαύματα, εἰπόντος Σοφοκλέους ἐν Ηρακλεῖ Σατυρικῷ·

Συνέλεγον τὰ ξύλ' εἰς ἐκκαύματα,
μή μοι μεταξὺ προσδεύσειεν.

[Vulgata lectio, Hemsterhusio quoque probata, ὡς ἐκκαύματα, retineri potest. ceterum προσδεῖσειεν corruptum puto cum Brunckio, nec probo Hemsterhusii προσδήσειεν. Sententiae et metro, ni fallor, consulueris, si sic reponas:

— — συνέλεγον ὡς ἐκκαύματα,
Μή μοι μεταξύ πως δευήσειε, ξύλα.

Colligebam ligna ad ignem incendendum, ne post mihi forte deficerent.

Deproperatum δευ- in δευήσειε neminem facile offendet. Homerus Odyss. 14. 94:

Οὔποθ' ἁν ἱερεύουσ' ἱερήϊον, οὐδὲ δυ' οἶω,

nec similibus correptionibus abstinuere Tragici.]

Sic scribenda Sophoclis verba, quod miror eruditos viros, qui de hoc Pollucis loco egerunt, fugisse.

III. Vide Aegei fragm. IV. et Lexicon in Αλαλίαν. Αργέμων. Κύκλους. Οὐ κωφίζει.

IV. Ad hanc fabulam respexisse videtur Aristides his verbis T. II. p. 510. Ἤδη δέ τις καὶ Σάτυρος τῶν ἐπὶ σκηνῆς κατηράσατο τῷ Ηρακλεῖ· εἶτά γ' ἔκυψε προσιόντος κάτω.

ΗΡΙΓΟΝΗ.

Vide Lexicon in Τοπάζειν, Τποφρον.

ΘΑΜΥΡΙΣ.

Thamyris, quem perhibent πρῶτον ἄρξασθαι ἐρᾶν ἀρρένων, notus ex Homero Iliad. B. 596. Huius mentio etiam in Rheso circa finem:

Περῶσα γὰρ δὴ ποταμίους διαῤῥοὰς,
λέκτροις ἐπλάθην Στρυμόνος Φυταλμίοις,
ὅτ' ἦλθομεν γῆς χρυσέβωλον ἐς λέπας
Πάγγαιον, ὀργάνοισιν ἐξησκημέναι
Μοῦσαι, μεγίστην εἰς ἔριν μελῳδίας
δεινῷ σοφιστῇ Θρῃκὶ, κἀτυφλώσαμεν
Θάμυριν, ὃς ἡμῶν πόλλ' ἐδέννασεν τέχνην.

Hic Thamyris aliis appellatur Thamyras, quo nomine Athenaeus Tragici fabulam laudat. Ovidius in Arte III. 399.

Tu licet et Thamyran superes et Amoebea cantu.

At Statius Theb. IV. 182. ubi Homerum aemulatur:

Hic fretus doctas anteire canendo
Aonidas, mutos Thamyris damnatus in annos
ore simul citharaque (quis obvia numina temnat?)
conticuit praeceps.

Vide auctores laudatos ad Ovidii Ibin 274. Quibus ex omnibus facile colligitur dramatis argumentum, in quo Sophocles ipse Thamyrin egit. Athenaeus L. I. p. 20. Σοφοκλῆς δὲ πρὸς τῷ καλὸς γεγενῆσθαι τὴν ὥραν, ἣν καὶ ὀρχηστικὴν διδιδαγμένος, καὶ μουσικὴν ἔτι παῖς ὢν παρὰ Λάμπρῳ — καὶ τὸν Θάμυριν διδάσκων αὐτὸς ἐκιθάρισεν. ἄκρως δὲ ἐσφαίρισεν, ὅτε τὴν Ναυσικάαν καθῆκε.

I. Pollux IV. 75. Μόναυλος, εὕρημα μέν ἐστιν Αἰγυπτίων. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Σοφ. ἐν Θαμύρι. Athenaeus L. IV. p. 175. Τοῦ δὲ μοναύλου μνημονεύει Σοφοκλῆς μὲν ἐν Θαμύρᾳ οὕτως·

Ὤιχωκε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη,
λύρα μόναυλος, ἥ τε [χειμώνων πλέως
ναὸς στέρημα κωμάσης]

Verba uncis inclusa desperata sunt.

[Iacobs, vir doctissimus, Exercitatt. critt. vol. 2. p. 124. reponendum censet:

— — ἥ τε χαρμονῶν πλέως

Δύνακος τέκνωμ' ἀκμώσης —

at perierit instrumenti nomen, tibiae alicuius arundineae, quam propterea prolem arundinis dixerit poëta; ceterum haud male, nisi quod postrema verba nimis abhorrent a codicum scriptura, nec magis numeris convenit ἀκμώσης quam κωμώσης. Fortasse igitur legendum est potius:

— — ἥ τε χαρμονῶν πλέως

Νοοστερὴς κωμάστις . . . . .

ut tibia intelligatur, in festis Bacchicis usitata. Vertere licet: Perierunt enim pulsata pectidum carmina, et lyra μόναυλος et deliciarum plena vesana saltatrix Bacchica.]

II. Athenaeus XIV. p. 637. Σοφοκλῆς δ' ἐν Θαμύρᾳ·

Πηκταὶ δὲ λύραι καὶ μαγαδίδες,

τά τ' ἐν Ἕλλησι ξόαν' ἡδυμελῆ.

Vide Valckenarium ad Theocriti Adoniaz. p. 225.

[Bene compactae lyrae et magadides, ceteraque Graecorum instrumenta ligulea dulce sonantia.]

III. Eustathius p. 358. Ὅτι δὲ Θρακικὸς καὶ ὁ Ἄθως, οὗ μνεία παρὰ τῷ ποιητῇ, δηλοῖ, φασὶ, Σοφοκλῆς ἐν Θαμύριδι, εἰπών·

Θρῇσσαν σκοπιὰν Ζηνὸς Ἀθῴου.

[Thressam speculam Iovis Athoi.]

IV. Ad Sophoclis drama procul dubio pertinent ista apud Plutarchum in libro de ira cohibenda p. 455. Ἀλλ' ὀργιζόμεθα καὶ πολεμίοις καὶ φίλοις, καὶ τέκνοις καὶ γονεῦσι, καὶ θεοῖς νὴ Δία, καὶ θηρίοις, καὶ ἀψύχοις σκεύεσιν, ὡς ὁ Θάμυρις·

Ῥηγνὺς χρυσέδετον κέρας,

ῥηγνὺς ἁρμονίαν χορδοτόνου λύρας.

[Frangens aureum cornu, frangens harmoniam chordis instructae lyrae.]

V. Hexametros duos ex hoc dramate profert Scholiastes noster ad Oed. Col. 378. Vide Lexicon in Κάνναβις. et Athenaei locum prolatum in Mysis.

ΘΗΣΕΥΣ.

Ad hoc drama pertinere videntur ista in prolegomenis ad Pindari Isthmia: Τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα οἱ μὲν ἐπὶ Σίνιδι τῷ Προ-

κρούστην διαθεῖναί φασι τὸν Θησέα, ἀνελόντα αὐτὸν, ὅτε καὶ τοὺς ἄλλους, ὡς φησι Σοφοκλῆς, λέγων περὶ αὐτοῦ·

Ὃς παρακτίαν
στείχων ἀνημέρωσα κῳδάλων ὁδόν.

Vide Lexicon in Ομπνιον.

[— qui litoralem viam, dum peragro, monstris purgavi. Sinìs vix alibi permutatur cum Procruste.]

ΘΕΣΤΗΣ ΕΝ ΣΙΚΥΩΝΙ ἢ ΣΙΚΥΩΝΙΟΣ.

ΘΕΣΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Duo fuerunt dramata. Prioris actio transigebatur Sicyone, posterioris Argis. Utriusque argumentum colligi potest ex Hygini fabula LXXXVIII.

I. Stobaei Ecl. p. 129.

Πρὸς τὴν ἀνάγκην οὐδ' Ἄρης ἀνθίσταται.

Necessitatem vicerit ne Mars quidem.

II. Idem Floril. Tit. XXIX. p. 125.

Ὡς νυν τάχος στείχωμεν· οὐ γὰρ ἐσθ' ὅπως
σπουδῆς δικαίας μῶμος ἅψεταί ποτε.

Celeres eamus ergo properanti gradu:
culpanda non est iusta festinatio.

Ex indole linguae et usu ἅψεται legendum est. Male vulgo ἅπτεται, et pravum itidem est, quod Heathius suadet, ἅπτηται.

III. Idem Tit. CVIII. p. 451.

Πάντων ἄριστον μὴ βιάζεσθαι θεούς,
στέργειν δὲ μοῖραν· τῶν ἀμηχάνων δ' ἔρως
πολλοὺς ἔθηκε τοῦ παρόντος ἀμπλακεῖν.

In Coelites vim non parare est optimum,
sed amare fatum, vetita qui nimium cupit,
saepe et paratis rebus excussus iacet.

IV. Idem Tit. CXIV. p. 471.

Ἐνεστι γάρ τις καὶ λόγοισιν ἡδονὴ,
λήθην ὅταν πριῶσι τῶν ὄντων κακῶν.

Haec est voluptas maxima ex sermonibus,
oblivionem induere praesentis mali.

V. Idem Tit. CXVI. p. 477.

— Καίπερ γέρων ὤν, ἀλλὰ τῷ γήρᾳ φιλεῖ
χῷ νοῦς ὁμαρτεῖν, καὶ τὸ βουλεύειν, ἃ δεῖ.
— Quamvis senex sim. nam senectutem solent
consilia recta mensque callidior sequi.

VI. Scholiastes Euripidis ad Phoenissas 238. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Θυέστῃ ἱστορεῖ, καὶ παρ' Εὐβοεῦσιν ὁμοίαν ἄμπελον εἶναι τῇ ἐν Παρνασῷ, λέγων οὕτως·

Εστι γάρ τις ἐναλία πόλις
γῆς Εὐβοείας, ἔνθα Βάκχειος βότρυς
ἐπ' ἦμαρ ἕρπει· πρῶτα μὲν λαμπρᾶς ἕω
κεκλημάτωται χῶρος· οἰνάνθης δέμας
εἶτ' ἦμαρ αὔξει μέσσον, ὄμφακος τρόπον,
καὶ κλίνεταί γε, κἀποπερκοῦται βότρυς·
δείλῃ δὲ πᾶσα τέμνεται βλαστουμένη
καλῶς ὀπῶρα, κἀνακιρνᾶται ποτόν.

Prodigiosa illa vitis, cuius meminit etiam Scholiastes noster ad Antig. 1126. in Euboeae urbe Nysa fuisse perhibetur. Stephanus in Νύσαι — δεκάτη ἐν Εὐβοίᾳ, ἔνθα διὰ μιᾶς ἡμέρας τὴν ἄμπελόν φασιν ἀνθεῖν, καὶ τὸν βότρυν πεπαίνεσθαι.

[— Est enim maritima quaedam urbs Euboeae, ubi Bacchica uva in diem provenit. Primum itaque effulgente Aurora pampinis silvescit locus; dein flos auget circa meridiem, ut solet uvarum, et inclinatur, maturescente fructu; vesperi vero omnis colligitur laete efflorescens autumnus, misceturque potus.]

VII. Vide Lexicon in Ακήρυκτον. Αλογα. Αλωπός. Αμόρφωτον. Ανταίρουσιν. Απείρονας. Απόθεα. Αποπλήκτῳ. Ατελῆ. Αὐτόμοιρος. Αὐτόφορτοι. Αφοσιώμεναι. Εντέλλω. Επαίνους. Ηγόμην.

ΙΝΑΧΟΣ Σατυρικός.

De argumento vide Toupium Epist. crit. p. 51. et qui dudum ante eum perspexerat fabulam fuisse satyricam, Tib. Hemsterhusium ad Aristoph. Plutum p. 248.

I. Stobaeus Floril. Tit. XLVI. p. 179.

Επῄνεσ'· ἴσθι δ', ὥςπερ ἡ παροιμία,
ἐκ κάρτα βαιῶν γνωτὸς ἂν γένοιτ' ἀνήρ.
Laudo: sed et tu noveris verbum vetus;
vir clarus humili saepe de sorte exiit.

Omissum in impresso Stobaeo dramatis titulum addunt codices.

II. Dionysius Halic. Antiq. I. 25.

Ἰναχε γεννᾶτορ, παῖ κρηνῶν
πατρὸς Ὠκεανοῦ, μέγα πρεσβεύων
Ἄργους τε γύαις Ἥρας τε πάγοις
καὶ Τυρσηνοῖσι Πελασγοῖς.

Phaenor. p. 1465. v. 26.

[Κρηνῶν corruptum censeo legoque κραίνων, regnans, rex. Turbavit iotacismus. Verte:

Inache genitor, rex, gnatus patris Oceani, qui maximo polles honore Argivis in campis Iunonisque collibus et Tuscos inter Pelasgos.]

III. Athenaeus L. XV. p. 663. emendatus a Toupio Epist. crit. p. 67. Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ ἀφροδισίαν εἰρηκε τὴν λάταγα·

Ξένη δὲ καὶ Φροδισία
λάταξ ἅπασι γῦν ἐπεισκύπτει δόμοις.

[Peregrina et venerea λάταξ iam in omnes domus se insinuat. Vide Schneideri lexic. vv. λάταξ et κόνταβος.]

IV. Pollux IX. 50. Μέρη δὲ πόλεως, καὶ πανδοκεῖον, καὶ ξενὼν, καὶ, ὡς ἐν Ἰνάχῳ Σοφοκλῆς·

Πανδόκου ξενόστασις.

V. Scholiastes Aeschyli ad Prom. 576. Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ καὶ ᾄδοντα τὸν Ἄργον εἰσάγει.

VI. Schol. Comici ad Plutum 727. Τὸν Πλοῦτον, Πλούτωνα εἶπε παίζων· ἢ ὅτι καὶ Πλούτωνα αὐτὸν ὑποκοριστικῶς ἐκάλεσεν, ὡς Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ· Πλούτωνος δ' ἐπείσοδος. καὶ πάλιν·

Τοιόνδ' ἐμὸν Πλούτων' ἀμεμφίας χάριν.

Idem ad v. 807. Σιτύη δὲ, ἡ ἀρτοθήκη. ταῦτα δὲ ἐξ Ἰνάχου Σοφοκλέους, ὅτε, τοῦ Διὸς εἰσελθόντος, πάντα μεστὰ ἀγαθῶν ἐγένετο.

VII. Idem ad Equites 1147. Κημὸς — ἦν παρόμοιος χώνῃ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ.

VIII. Idem ad Aves 1203. Κυνῆ δὲ, ὅτι ἔχει περικεφαλαίαν τὸν πέτασον· ὡς Ἑρμῆς ἄγγελος ὢν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ ἐπὶ τῆς Ἰριδος·

Γυνὴ τίς ἥδε, κυκλὰς Ἀρκάδος κυνῆς;

Vide Toupium Epist. crit. p. 62.

[Quaenam haec mulier, limbus pilei Arcadici?

Κυκλὰς κυνῆς, inquit Toup l. l., est orbis sive limbus pilei Arcadici, Angl. the brim of an Arcadian hat. quod de Iride festi-

vum est. Glossae: Κυκλάς. Limbus. Huc respexit Hesychius: Ἀρκὰς κυνῆ, Ἀρκαδικὸς πῖλος. Σοφοκλῆς Ἰνάχῳ.

Ceterum v. sic locus interpungitur, minus recte: Γ. τ. ἥδε; κ. Ἀ. κυνῆς. Iris ipsa κυκλὰς dicitur.]

IX. Idem ad Concionantes 80. Τοῦ Πανόπτου. τοῦ τὴν Ἰὼ φυλάττοντος. αἰνίττεται δὲ ὡς ὄντος αὐτοῦ δεσμοφύλακος. ἀναφέρει δὲ τοῦτον ἐπὶ τὸν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἰνάχῳ Αργον.

X. Vide Lexicon in Ἀελλοθρίξ. Αναιδείας. Αναντα. Αλωπός. Αντίπλαστον. Αράχνη. Αρκὰς κυνῆ. Βοῦ. Επίκρουμα. Κυάμῳ. Παλίνσκιον.

[XI. Vide Schol. Aristoph. ad Ran. 1385. et Platonem Polit. 2. p. 431, C. Utrumque locum recenset David Ruhnkenius in Timaei Sophistae Lexico vocum Platonicarum, Lugd. Bat. 1789. ad v. ἀγείρουσαν, Tragicumque illum, quem Plato obliqua oratione perstringit, nec nominat etiam Scholiastes Aristophaneus, Sophoclem esse arbitratur, cui Platonem iniquiorem fuisse, probabiliter disputat Valck. ad Eurip. Phoeniss. 1628. Ecce tibi autem Platonis locum: Μηδ' ἐν τραγῳδίαις, μηδ' ἐν τοῖς ἄλλοις ποιήμασιν εἰςαγέτω Ἥραν ἠλλοιωμένην ὡς ἱερείαν, ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις. Scholiastes sine versuum distinctione haec dat: Νύμφαι ὀρεσιγόναι θεαῖσιν ἀγείρῳ Ἰνάχου Ἀργείου ὑπὸ ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις. In quibus ὑπὸ ex primae syllaba vocis ποταμοῦ natum esse, bene animadvertit Ruhnken, propeque adeo a vero coniecit legendum esse ὀρεσίγονοι; nec tamen versus restituit, qui, nisi me omnia fallant, sunt hexametri heroïci;

Νύμφαι ὀρεσσίγονοι θεῖαι, θείαισιν ἀγείρω
Ἰνάχου, Ἀργείου ποταμοῦ, παισὶν βιοδώροις.

Voci θεῖαι fraudi fuit simili, quae sequitur. Graeca elegantia opponuntur inter se θεῖαι et θείαισιν. Plena locutio, inquit eruditissimus Ruhnkenius, ἀγείρειν χρήματα, βίον, σιτία, tam nota est, nullis ut opus sit scriptorum testimoniis. Ne absolutum quidem ἀγείρειν pro mendicando colligere valde rarum est. vid. Philostrat. V. A. Lib. V. p. 225. Aelian. histor. an. 6, 10. Max. Tyr. diss. 19. p. 223. Heliodor. 7. p. 312. Iam Platonis, vel Sophoclis potius, locus explicandus est ex ea ratione, qua quis τῷ θεῷ ἀγείρειν dicebatur. Scilicet in variis artibus, quibus sa-

crificuli simplicis plebeculae pecunias ad se derivarent, non postrema haec erat. Dei deaeve alicuius effigiem vel humeris portantes, vel iumento imponentes, per oppida et vicos vagabantur, et verbo diis, re ipsa sibi, stipem quaerebant. Ex quo circumforaneo quaestu ἀγυρτῶν nomen invenerunt. Eustath. ad Od. B. p. 140. Sic apud Suid. v. Ἀγείρει sacerdos Isidi stipem corrogat; Apollini Hyperboreo, quanquam honestiore mendicationis genere, Abaris, Iamblich. de vit. Pythag. c. 19. p. 76. cf. Herodot. 4, 35. Herodotus, vel quisquis auctor est vitae Homer. c. 33. ᾖδετο δὲ τάδε, — ὅτε ἀγείροιεν ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος. Sed nullum agyrtarum genus mendicandi impudentia par erat Gallis, sacerdotibus matris deum, qui inde Μητραγύρται appellati sunt (Μηναγύρται vero, quod singulis mensibus stipem cogerent). Vertebam:

Nymphae monticolae divae, divis ego Nymphis
Inachiis, almae Fluvii vaga corrogo proli.

XII. Sagaciter Toup epist. crit. p. 48. ed. Lips. 1781. ad locum hunc Hesychii: Ἐνώπια, τὰ κατ' ἀντικρὺ τοῦ πυλῶνος φαινόμενα μέρη, ἃ καὶ διεκόσμουν ἕνεκα τῶν παριόντων. ὁ δὲ Κράτης τὰς Φλιὰς παρέδωκεν ἐνίνοχος: vox postrema, inquit, depravata admodum est, nec medicinam invenerunt viri doctissimi. Reponendum videtur: ὁ δὲ Κράτης τὰς Φλιὰς παρέδωκεν ἐν Ἰνάχῳ Σ. Crates vero pro Φλιὰς accepit in Sophoclis Inacho Satyrico. quod verum profecto est. Sic solent grammatici: ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ. ἐν Κύκλωπι σατυρικῷ. Intelligendus autem hic Crates grammaticus satis notus, cuius meminit Hesychius infra v. ἡμεροῦν. Ceterum τὰ ἐνώπια sunt partes anteriores aedium, the front of the house, quas ornare atque opere tectorio sive pictorio condecorare solebant veteres: de quo ὁ πάνυ Casaubonus ad Theophrasti Charact. cap. 21, p. 210. Hinc ἐνώπια ταμφανόωντα vocat Homerus Il. Σ', 435. Od. δ', 42. χ', 121., ubi recte Schol.: τοὺς ἐξ ἐναντίας τοίχους.]

INΩ.

Ex hoc dramate desumtus videtur senarius, quo facete utitur helluo apud Athenaeum L. VIII. p. 344. Βίων δὲ, προαρπάσαντός τινος τὰ ἐπάνω τοῦ ἰχθύος, στρέψας καὶ αὐτὸς καὶ διαψιλώσας, φαγὼν ἔπεῖπεν·

Ἰνὼ δὲ ταχὶ θάτερ' ἐξεργάζετο.

In ea quae praecedit de alio helluone narratiuncula citatur itidem Tragici nostri, absque auctoris et dramatis indicio, versus ex Antigona 714.

Vide Lexicon in Ἀλυτον.

ΙΞΙΩΝ.

Schol. Apollonii ad Argon. IV. 14. Παρὰ τὸ ἴψαι Σοφοκλῆς ἐν Ἰξίονι δίψιον φησὶ τὸ βεβλαμμένον. Καὶ Ὅμηρος· Πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην. πολλάκις βεβλαμμένον.

ΙΟΒΑΤΗΣ.

Iobates rex Lyciae pater fuit Sthenebocae. Vide Apollodori Biblioth. II. 3. et Hygini fab. LVII.

I. Stobaeus Floril. Tit. CXX. p. 439.

Τὸν Ἅιδαν γὰρ οὐδὲ
γῆρας οἶδε φιλεῖν.
Nam sacra regna Ditis
nec ipsa amat senectus.

[Legerim:

Ἅιδαν γ' οὐδὲ γῆρας οἶδεν φιλεῖν.]

II. Vide Lexicon in Ἀφύλλωτον.

ΙΟΛΑΟΣ.

Aristophanes Equitibus 498.

Ἀλλ' ἴθι χαίρων, καὶ πράξειας
κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν.

ταῦτα δὲ, inquit Scholiastes, παρὰ τὰ Σοφοκλέους ἐξ Ἰολάου.

[At vade felix, et rem gere ex mea sententia.]

ΙΠΠΟΝΟΟΣ.

Dramatis huius meminit Pollux IV. 111. ubi docet a gravitate Tragoediae alienum esse, poëtas de rebus ad semetipsos pertinentibus ad theatrum verba facere ex Chori persona, quae materia est comicarum Παραβάσεων: id tamen instituisse saepius Euripidem; at Sophoclem, qui melior eo videri volebat, fecisse rarius, ut in Hipponoo. Fuit autem Hipponous rex Oleni Peribocae pater, quae ab Oeneo vitiata Tydeum peperit. Vide Apollodori Biblioth. I. 8. 4. *Quae plura ibi narrantur de parentis in*

filiam ira, argumentum facere potuere tragoediae Sophoclis. Verba sunt Heynii mei in egregio ad Apollodorum Commentario p. 612.

I. Stobaei Ecl. pag. 143. et Clemens Stromat. IV. p. 742.

Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν, ὡς ὁ πάνθ' ὁρῶν,
καὶ πάντ' ἀκούων, πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

Studeas nihil celare: quae videt omnia
et omnia audit, omnia evolvit dies.

Vide Agellii Lib. XII. cap. XI.

II. Stephanus: Ὤλενος, πόλις Ἀχαΐας, καὶ Αἰτωλίας, θηλυκῶς λεγομένη. Σοφ. ἐν Ἱππόνῳ·

Ἐξ Ὤλένου γῆς Φορβάδος νομίζομαι.

III. Vide Lexicon in Ἀπαλέξασθαι. Ἀπαρθένευτος.

ΙΡΙΣ Σατυρική.

I. Athenaeus L. XIV. pag. 646. Ἰτριον, πεμμάτιον λεπτὸν διὰ σησάμου καὶ μέλιτος γενόμενον — Σοφ. Ἰριδι·

Ἐγὼ δὲ πεινῶσ' αὖ πρὸς ἰτρια βλέπω.

II. Vide Lexicon in Εὔωρος. Μίαν μίαν. Quibus in glossis male citatur Σοφ. Ἐριδι. Drama ab Iride denominatum fuisse videtur.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

I. Stobaeus Floril. Tit. XXX. p. 135.

Τίκτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή·
θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται.

Nullus supinae fructus est ignaviae,
nec feriantes adiuvat fautor deus.

II. Athenaeus L. XII. p. 513.

Νόει πρὸς ἀνδρὶ, σῶμα πουλύπους ὅπως
πέτρᾳ, τραπέσθαι γνησίου φρενήματος.

Intricata et male structa verba corruptelam ostendunt. Grotius in fine prioris senarii legit ὅμως, quod nihil iuvat, et sic vertit:

Similem esse polypo crede, qui, prout est lapis,
ad quem applicatur, vertere ingenium solet.

[Πουλύπους, pro vulgato πουλύπου, ex Ms. et edit. Venet. dedit Schweighaeuser, vertitque: Disce adversus hominem, ut corpus

suum polypus pro diverso lapide, sic tui animi cogitata mutare.

In πέτρᾳ ex antecedentibus subaudi πρὸς, in γνησ. φρ., monente eodem viro docto, ἕνεκα vel περί.]

III. Vide Lexicon in Ακρουχεῖ. Απυνδάκωτος. Βασιλῆ. Πευθερές. Τετφρον.

ΙΦΙΚΛΗΣ.

Iphicles Amphitryonis et Alcmenae filius, eodem partu, quo Hercules, editus. Ad hoc nomen diversos fabularum titulos refero, quos in libris corruptos esse opinor. Nam quae citatur a Scholiasta nostro ad Oed. Col. 791. ΙΦΙΚΛΕΙΑ, nulla fuit; nec quae a Polluce laudatur ΙΟΚΛΗΣ. Sophocles his in locis citari debuit ἐν Ιφικλεῖ vel forte ἐν Οἰκλεῖ. Fuit autem Oicles pater Amphiarai, ad quem confugit nepos Alcmaeon, a Furiis maternae caedis ultricibus agitatus. Vide Apollodorum III. 7. 5. Nihil in his coniecturis certi; nec magni momenti res est.

I. Pollux X. 39. Καὶ τύλη δὲ παρ' Εὐπόλιδί ἐστιν· ἰάζοντι ἐν τοῖς Κόλαξι· καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Ιοκλεῖ λέγοντι·

Ἀλλὰ καὶ λινορράφῃ

τιλεῖα.

II. Etymol. M. Βουθόη, πόλις τῆς Ιλλυρίδος. Σοφοκλ. Ονομακλεῖ·

Βουθοίη Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἐνάσθη.

Heathio in Hercule Satyrico versus hic hexameter a quovis alio quam a Sophocle profectus videtur. Nescio quare. Num quia hexameter est? At tales in aliis dramatibus erant. Vide in Thamyride.

ΙΧΝΕΥΤΑΙ Σάτυροι.

Vide Lexicon in Ενήλατα. Ορμενος. Ρικνός.

ΙΩΝ.

Stobaeus Floril. Tit. CIII. p. 425.

Εν Διὸς κήποις ἀροῦσθαι
μόνον εὐδαίμονας ὄλβους.

Nusquam sincera feruntur
bona, praeterquam Iovis horto.

ΚΑΜΙΚΙΟΙ ἢ ΜΙΝΩΣ.

Sincerus hic est fabulae titulus, quam alii ΚΑΜΙΚΟΙ, alii

ΚΩΜΙΚΟΙ inscribunt. Oppidum Siciliae est Camicus. Vide Stephanum in Κάμικος. A personis quibus constabat chorus denominata fabula, ut Μυκηναῖαι, Λαρισσαῖοι, Cratini Σεριφιοι, qui passim etiam gemello errore Σέριφοι appellati occurrunt. Vide Hemsterhusium ad Pollucem X. 156. Argumentum erat mors Minois a Cocali filiabus interemti. Videndi praeter Diodorum Sicul. in Daedali historia, Scholiastes Pindari ad Nem. IV. 95. et Pausan. p. 531.

I. Athenaeus p. 86. Τῶν στραβήλων μνημονεύει καὶ Σαφ. ἐν Καμικίοις οὕτως·

Ἀλίας στραβήλου τῆςδε τέκνον, εἴ τινα
δυναίμεθ' εὑρεῖν.

[Conchae marinae prolem, si quam possimus invenire.]

II. Idem p. 388. Πέρδιξ. τοῦ ὀνόματος ἔνιοι συστέλλουσι τὴν μέσην συλλαβὴν, ὡς Ἀρχίλοχος· πολὺ δέ ἐστι τὸ ἐκτεινόμενον παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Σοφ. Καμικίοις·

Ὄρνιθος ἦλθ' ἐπώνυμος
Πέρδικος ἐν κλεινοῖς Ἀθηναίων τάγοις.

[Avi cognominis erat Perdix claris Athenarum in oris.]

III. Suidas in Πέρδικος ἱερόν — Σοφοκλῆς δὲ ἐν Καμικίοις, τὸν ὑπὸ Δαιδάλου ἀναιρεθέντα Πέρδικα εἶναι τοῦνομα. Sophoclem secutus est Ovidius, quem vide Metam. VIII. 236.

IV. Clemens Alex. Strom. VI. p. 741.

Οὐκ ἔστι τοῖς μὴ δρῶσι σύμμαχος τύχη.

Fortuna non est socia nil conantibus.

V. Vide Lexicon in Κωχεύουσιν.

ΚΗΔΑΛΙΩΝ Σατυρικός.

I. Suidas: Λευκὴ στάθμη. ἐπὶ τῶν ἀδήλα ἀδήλοις σημειουμένων· ἢ ἐπὶ τῶν μηδὲν συνιέντων. Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι·

Τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν οὐ τεκμαίρομαι,
οὐ μᾶλλον ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη.

Tuis notabor non magis sermonibus,
amussis alba lapide ab albo quam solet.

II. Idem: Ὄνου σκιά. Καὶ, περὶ ὄνου σκιᾶς. Σοφ. Κηδαλίωνι·

Ὅ τι ἂν γένηται, ταῦτα πάντ' ὄνου σκιά.

[Quidquid futurum est, omne hoc asini umbra.]

III. Athenaeus p. 164. Κατὰ γὰρ τὸν Σοφοκλέους Κηδαλίωνα, ἐστὶ

Μαστιγίαι, κέντρωνες, ἀλλοτριοφάγοι.

IV. Vide Lexicon in Αὐτοκτίστους. Δέατος.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

Fabulam hanc solus ex omni antiquitate laudat Erotianus in Lexico Hippocrateo, ubi haec leguntur verba: Αντεύθεον. τὸν βλάβης ὑποκρούμενον αἴτιον ἔσεσθαι ἄνθρωπον. Αντέον δ' ἐκάλειν οἱ παλαιοὶ τὸν σώφρονα. ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Κλυταιμνήστρᾳ λέγων· Τὸν δὲ ἄντεον περιδινέοντα οὐχ ὁρᾶτε, καὶ δεῖμα προσπνέοντα ἀντίας θεοῦ. Sunt ista sane quam corrupta, et nescio an emendandi conatum frustratura: huic itaque supersedeo. Sed quid suspicer, interim non celabo: nempe ad superstitem Electram ista pertinere, cuius quum finis sit Clytaemnestrae ultio et mors, hoc titulo potuit a veteribus citari. Prolata ab Erotiano verba, si quo in codice sincera reperirentur, lacunam forte explerent, quae est in Electra v. 1381. Sophoclis Clytaemnestram laudatam fuisse ab Hesychio in Αράβῳ opinati sunt viri quidam docti.

[Versus isti de Oreste fortasse accipiendi sunt, per infestos deos acto, et furiarum terriculis excruciato. quos sic legam:

Τὸν δ' οὐχ ὁρᾶτε περιδονοῦντά γ' ἄντεον,
Καὶ δεῖμα προσπνέοντας ἀντίους θεούς;

Nonne hunc videtis circumquaque agitatum pium, et terriculamenta adflantes infestos deos?

περιδονοῦντα pro περιδονούμενον, ut solet Noster.]

ΚΟΛΧΙΔΕΣ.

Idem in titulo error qui supra in Αἰχμαλωτίσιν. Κόλχοι laudatur fabula, cuius index Κολχίδες. Sic auctor argumenti Promethei Aeschylei: Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιΐα ἐν παρεκβάσει παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κόλχοις.

I. Stobaeus Floril. Tit. XXII. p. 115.

Καλὸν φρονεῖν τὸν θνητὸν ἀνθρώποις ἴσα.
Mortale supra sapere nil hominem decet.

II. Athenaeus p. 602. Σοφοκλῆς ἐν Κολχίσι περὶ Γανυμήδους τινὰ λόγον ποιούμενος·

Μηροῖς ὑπαίθων τὴν Διὸς τυραννίδα.

[Μεταφορικῶς accipio ὑπαίθων et τυρυννίδα Διὸς pro Δία τύραννον. cf. Terent. Eun. 40. Lascivus iocus.]

III. Suidas: Ἀνθυπουργῆσαι χάριν, τὸ ἀνταποδοῦναι. Σοφ. Κολχίσιν·

Η ᾗς ὑπομνὺς ἀνθυπουργῆσαι χάριν;

Hic versus sine dubio Medeae fuit operam Iasoni promittentis, sed sub ea conditione, ut ipse gratiam pro benefactis referret, sibique vicissim novae nuptae maritus vacaret. Hemsterhusius ad Aristoph. Plutum pag. 343.

[Quam mihi gratiam referre adiuras?]

IV. Schol. Apollonii Rhodii ad III. 1371. Σοφοκλῆς ἐν Κολχίσι πεποίηκε τοῦ ἀγγέλου τὸν Αἰήτην πυθόμενον περὶ τῶν προειρημένων οὕτως·

Η βλαστὸς οὐκ ἔβλαστεν ὀὐκ ἐχώρισε,
καὶ κάρτα φρίξας εὐλόφῳ σφηκώματι,
χαλκηλάτοις ὅπλοισι μητρὸς ἐξέδυ;

Confer praestantissimi Valckenarii notam ad Euripidis Phoenissas p. 256. Pravam lectionem σφηνώματι inepte tuetur Heathius, quo sensu σφηκώματι repositum fuerit haud assequi se fassus. Scilicet lexica sibi facta non arbitrabatur. Henr. Stephani thesaurus eum edocuisset, quid σφήκωμα sit. Huius dramatis meminit rursus idem Scholiasta, cuius locum damus infra in Scythis.

[Nonne seges illa terrestris progerminavit, et, horrescens bene crispatis galeis, aeneis in armis ex matre prodiit?]

V. Vide Lexicon in Ἐπαλλαχθεῖσα. Ἡσμεν. Κινάρα. Πέμφιξ.

ΚΡΕΟΥΣΑ.

Creüsae memorantur plurimae, e quibus quamnam in hoc dramate exhibuerit Sophocles, e superstitibus reliquiis haud facile coniicere est. Probabile est argumentum ex Attica historia petitum fuisse, Creüsamque intelligo Erechthei filiam Xutho nuptam, cuius in Euripidis Ione praecipuae sunt partes

I. Stobaeus Floril. Tit. VII. p. 47.

Ὅστις δὲ τόλμῃ πρὸς τὸ δεινὸν ἔρχεται,
ὀρθὴ μὲν ἡ γλῶσσ' ἐστὶν, ἀσφαλὴς δ' ὁ νοῦς.
Qui plenus animi fertur in periculum,
Huic lingua constat, mensque non percellitur.

II. Idem Tit. XII. p. 79.

Καλὸν μὲν οὖν οὐκ ἔστι τὸ ψευδῆ λέγειν·
ὅτῳ δ' ὄλεθρον δεινὸν ἡ 'λήθει' ἄγει,
ξυγγνωστὸν εἰπεῖν ἐστι καὶ τὸ μὴ καλόν.
Aliena vero proloqui numquam decet:
at vera certam si cui pestem ferunt,
huic danda venia est, si facit quod non decet.

III. Idem Tit. XXXVIII. p. 151.

Οὔτε γὰρ, ὦ φίλε, γάμων, οὔτ' ὄλβων ἂν
ἔκμετρον ἔνδον γ' εὔξαιμ' ἂν ἔχειν·
φθονεραὶ γὰρ ὁδοί.
Non divitiis, non coniugio,
mihi contingat superare modum;
quippe infestae livore viae.

IV. Idem Tit. XCI. p. 373.

Καὶ μή τι θαυμάσῃς με τοῦ κέρδους, ἄναξ,
ὧδ' ἀντέχεσθαι· καὶ γὰρ οἳ μακρὸν βίον
θνητῶν ἔχουσι, τοῦ γε κερδαίνειν ὅμως
ἀπρὶξ ἔχονται· κᾄστι πρὸς τὰ χρήματα
θνητοῖσι τἄλλα δεύτερ'· εἰσὶ δ' οἵ τινες
αἰνοῦσιν ἄνοσον ἄνδρ'· ἐμοὶ δ' οὐδεὶς δοκεῖ
εἶναι, πένης ὢν, ἄνοσος, ἀλλ' ἀεὶ νοσεῖν.
Mirum haud putato, tanta quod lucri tenet
me, rex, cupido: nam quibus vitae retro
est longa series, tamen inexhausta siti
lucrum expetiscunt: cuncta mortales habent
opibus secunda. sanitas multis boni
est summa; pauper at nequit, me iudice,
recte valere: sonticum hoc adeo est malum.

V. Idem Tit. CIII. p. 427.

Κάλλιστόν ἐστι τοὔνδικον πεφυκέναι·
λῷστον δὲ τὸ ζῆν ἄνοσον· ἡδιστον δ' ὅτῳ
πάρεστι λῆψις ὧν ἐρᾷ καθ' ἡμέραν.

Iusti tenace pulcrius vita nihil,
nil sanitate melius: at nil dulcius
ea quam potiri quae sibi quisque expetit.

Reg. Stobaei cod. dat v. 2. λῷστον δὲ τὸ ζῆν, quomodo iam emendaverat Piersonus ad Moeridem p. 300. Expressit Sophocles sententiam Theognidis in editione nostra v. 249.

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον· λῷστον δ' ὑγιαίνειν·
ἡδιστον δὲ τυχεῖν, οὗ τις ἕκαστος ἐρᾷ.

VI. Vide Lexic. in Ακουστά. Ανέκτημαι. Ισοζάνατον.

ΚΡΙΣΙΣ Σατυρική.

Inauditus is est ad hanc usque diem et inexpectatus Sophoclei dramatis titulus, quem suadente elegantissimae doctrinae viro Thoma Tyrwhitt, auctoribus Herodiano et Dracone Stratonicensi, restituimus, in malam rem abire iussis et ΚΡΗΣΙΝ, et ΧΡΗΣΕΙ, et ΧΡΗΣΙΙ, quibus titulis nullas umquam Tragicus noster fabulas edidit. Iocosum autem huius satyrici dramatis argumentum expositum habes in Luciani dialogo, cuius eadem est inscriptio, ΘΕΩΝ ΚΡΙΣΙΣ. Unde iam facile intelligere est, cur Veneris et Minervae diversus ornatus in eo descriptus fuerit.

I. Athenaeus p. 687. Σοφοκλῆς ὁ ποιητὴς ἐν Κρίσει τῷ δράματι, τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ἡδονήν τινα οὖσαν δαίμονα, καὶ μύρῳ ἀλειφομένην παράγει καὶ κατοπτριζομένην· τὴν δ' Ἀθηνᾶν, φρόνησιν οὖσαν καὶ νοῦν, ἔτι δ' ἀρετὴν, ἐλαίῳ χρωμένην, καὶ γυμναζομένην. Inter μύρον et ἐλαῖον quid intersit, docet Spanheim ad Callim. L. P. 15.

II. Schol. Comici ad Ranas 193. Ὅτι δὲ καὶ κρέας τὸ σῶμα, καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κρίσει·

Τοιοῦτος ὢν ἄρξεις σὺ τοῦδε τοῦ κρέως.

Haec, ut opinor, dicebat Venus Paridi, promittens ei Helenae nuptias, quam modo pulcherrimam esse significaverat. Proinde absque interrogatione lego. Grotius, cui de dramatis argumento nihil suboluerat, vertit:

Tun' ergo talis imperes huic corpori?

III. Pollux IV. 83. Ἐστι μέν τοι καὶ τὸ τῆς μαγίδος ὄνομα παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κρίσει·

Τᾶς Ἑκαταίας μαγίδος δέρπον.

De Hecates coena vide Hemsterhusium ad Lucianum pag. 350.

IV. Ammonius de Diff. Voc. in Βωμός — Παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται ἐν Πλειστένει·

Μηλοσφαγεῖτε δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις.

καὶ Σοφοκλῆς ἐν Χρύσῃ. Lego Κρίσει.

V. Apollonii Lexicon Homericum in Ἰονθάδος — Τὰς γὰρ τῶν τριχῶν ῥίζας ἰόνθους λέγει Σοφοκλῆς ἐν Κρίσει· (male editum ἐν Χρύσῃ)

Ἐγὼ μίαν μὲν ἐξιονθίζω τρίχα.

Inde corrigenda Hesychii glossa: Ἐξιονθίζω τρίχα. ἐκδίδωμι. ἔστι γὰρ ἴονθος, ῥίζα τριχῶν, ἢ ὑπερέχον.

VI. Vide Lexicon in Βυδοί. Φάρος, qui locus est classicus.

ΚΩΦΟΙ Σάτυροι.

Fabulae titulus est Κωφοί. Nomen Σάτυροι pars inscriptionis non est, sed a Grammaticis additum, quo indicaretur drama esse satyricum. Vide Bentleii Ep. ad Millium p. 15.

I. Scholiastes Nicandri ad Theriaca pag. 40. Edit. Aldinae: Ἄλλοι δὲ οὕτω τὸν μῦθον φασίν. Προμηθέα τὸ πῦρ κλέψαντα καὶ τοῖς ἀνθρώποις δωρησάμενον οἱ λαβόντες ἐμήνυσαν, οὐ καλὴν τῆς χάριτος τίνοντες ἀμοιβήν· ἐφ' οἷς τὸν Δία φασὶν ἐπαινέσαντα, φάρμακον αὐτοῖς ἀγηρασίας δοῦναι· τοὺς δὲ λαβόντας ἀποφέρειν τὸ δωρηθὲν ἐπὶ ὄνου· τὸν δὲ, δίψει τειρόμενον ἐλθεῖν εἰς κρήνην, ἣν ἐφύλασσεν ὁ ὄφις· καὶ τοῦ ποτοῦ ὀρεγόμενος, ἀπέδοτο τοῦ γήρως τὸ φάρμακον· διὸ πάντας μὲν τοὺς ὄφεις καθ' ἕκαστον νεάζειν ἐνιαυτὸν, ἀποδυομένους τὸ γῆρας· τὸν δὲ ὄφιν τῆς κρήνης φύλακα καταλαβεῖν τὸ δίψος, ὅθεν τοῖς δηχθεῖσιν ἐμποιεῖ δίψαν. ἔστι δὲ ὁ μῦθος παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κωφοῖς. Eamdem fabulam narrat Aelianus de Nat. Anim. VI. 51.

[Ingeniose et docte, pro more suo, de h. l. disputat Phil. Buttmann *Berlin. Monatschr.* 1804. *April.*]

II. Schol. Apollonii Rhodii ad I. 972. Λέγεται δὲ ἴουλος καὶ ζῷόν τι, θηρίδιον πολύπουν· ἑκατέρωθεν γὰρ ἔχει πολλοὺς πόδας, ὥσπερ ἡ σκολόπενδρα. Θεόφραστος δὲ ἐν τῇ πρὸς Φανίαν ἐπιστολῇ καὶ ὄνον φησὶν αὐτὸν καλεῖσθαι, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κωφοῖς σατύροις·

Κυλισθεὶς ὥς τις ὄνος ἰσόσπριος.

Huc pertinet Hesychii glossa: Ονος ἰσόσπριος. ἔστι δὲ ζῶον πολύπουν, ὀσπρίῳ ὅμοιον, ὃ καὶ ἴουλον τινὲς φασίν. Gallis appellatur *Cloporte*. Facile poterat ignarissimus quisque levem scripturae mendam in Tragici verbis eluere. Vellem Heathius coniecturae parsisset. Satius erat lexica consulere.

III. Idem ad I. 1126. Ὅτι δὲ Νύμφη τις Οἰαξίδος γῆς δραξαμένη τοὺς καλουμένους Ἰδαίους Δακτύλους ἐποίησε, παρὰ Στησιμβρότου εἴληφε· καὶ ὅτι διὰ τὸ ῥυῆναι αὐτοὺς διὰ τῶν χειρῶν, Δάκτυλοι κληθῆναι. Σοφοκλῆς δὲ αὐτοὺς Φρύγας καλεῖ ἐν Κωφοῖς σατύροις. Confer Zenobium Prov. IV. 80. Κέλμις ἐν σιδήρῳ, ubi male citatur Sophocles ἐν Σατύροις, et Wesselingium ad Diodorum Sic. T. I. p. 831. 4.

ΛΑΚΑΙΝΑΙ.

Fabulae argumentum e parva Iliade sumtum testatur Aristoteles de Poëtica cap. 23.

I. Pollux IX. 49. Ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς, εἶδος οἰκοδομήματος. ἧπου καὶ Σοφ. ἐν Λακαίναις λέγει·

Στενὴν δὲ δύμεν ψαλίδα, κοὐκ ἀβάρβαρον.

[Angustam intravimus domum, satis barbaram.]

II. Priscianus L. XVIII. Attici, ἄρχω τοῦδε καὶ τόδε, ἀντὶ τοῦ κατάρχω. Σοφ. Λακαίναις·

Θεοῖς ἄρ' οὔ ποτ', εἴ τι χρὴ βροτὸν λέγειν,
ἄρξασι Φρυξὶ τὴν κατ' Ἀργείους ὕβριν,
ξυναινέσαιμ' ἂν ταῦτα. μὴ μάχου βίᾳ.

[Non igitur deos, si mortalem dicere fas est, quod Phrygibus vim Graecis inferendi auctores fuere, laudaverim hac in parte. ne vi pugnes.]

Male Priscianus in ultimo versu ξυναινῶ ταῦτα.

III. Strabo p. 560. Τὴν δὲ Λὰν οἱ Διόσκουροι ποτὲ ἐκ πολιορκίας ἐλεῖν ἱστοροῦνται, ἀφ' οὗ δὴ Λακέρσαι προσηγορεύθησαν. Καὶ Σοφοκλῆς λέγει που·

Νὴ τὼ Λακέρσα, νὴ τὸν Εὐρώταν τρίτον,
νὴ τοὺς ἐν Αργει καὶ κατὰ Σπάρτην θεούς.

Hos versus ad Lacaenas pertinere probabiliter censet Meursius.

[Per Lapersas, perque tertium Eurotam, perque Argivorum et Laconum deos.]

ΛΑΟΚΟΩΝ.

I. **Harpocration**: Ἀγυιεὺς δέ ἐστι πίων εἰς ὀξὺ λήγων, ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν — εἶεν ἂν καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι ἀγυιεῖς, οἱ πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοί, ὡς φασι Κρατῖνος καὶ Μένανδρος, καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Λαοκόωντι, μετάγων τὰ Ἀθηναίων ἔθη εἰς Τροίαν, φησί·

Λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμὸς ἀτμίζων πυρὶ
σμύρνης σταλαγμοὺς, βαρβάρων εὐοσμίας.

Confer Suidam in Ἀγυιαί: et scholia ad Comici Vespas 870. ad quem locum hos versus protulit Fl. Christianus cum ridicula versione.

II. **Scholiastes Comici ad Ranas 678.**

Πόσειδον, ὃς Αἰγαίου
μέδεις πρωνὸς, ἢ γλαυκᾶς
μέδεις εὐανέμου λίμνας
ἐφ' ὑψηλαῖς στιλάδεσσι
στομάτων.

[Haec ita disponebam:

Ποσειδᾶον, ὃς Αἰγαίου
Μέδεις πρωνὸς, ἠδὲ γλαυκᾶς μέδεις
Εὐανέμου λίμνας
Στιλάδεσσιν ἐφ' ὑφηλαῖς στομάτων.

i. e. Neptune, qui Aegaeum tutaris promontorium, tutarisque coeruleum mare placidum a ventis in excelsis ostiorum scopulis.]

III. **Dionysius Halic. Antiq. I. p. 38.**

Νῦν δ' ἐν πύλαισιν Αἰνέας ὁ τῆς θεοῦ
πάρεστ', ἐπ' ὤμων πατρὸς ἔχων κεραυνίου
ψώτου, καταστάζοντα βύσσινον φάρος,
κυκλεῖ δὲ πᾶσαν οἰκετῶν παμπληθίαν·
συνοπάζεται δὲ πλῆθος, οὐχ ὅσον δοκεῖς,
οἳ τῆσδ' ἐρῶσι τῆς ἀποικίας, Φρυγῶν.

In 3. versu proba est lectio νώτου, pro quo Plutarchus Moral. p. 100. aliorsum deflexa sententia citat μότου, κεραυνίου valet κεραυνοβλήτου, *fulminis adflati ventis*, ut loquitur Virgilius Aen.

II. 648. De significatione verbi κυκλεῖ vide Toupii Epist. crit. p. 51. Emendatos duos ultimos versus damus acutissimi Tyrwhitti certa et eleganti coniectura.

[Nunc vero in portis Aeneas conspicitur, deae gnatus, humeris gestans patrem, cui a tergo, fulminis adflato ventis, defluit vestis byssina. Abducitque totam domesticorum multitudinem, quam comitantur plures ac cogites, iter hoc expetentes, Phrygum.]

IV. Stobaeus Floril. Tit. XXIX. p. 129.

Μόχθου γὰρ οὐδεὶς τοῦ παρελθόντος λόγος.
Nihil molesti retinet exactus labor.

Stobaei cod. Vindobon. in quo singulis fragmentis multo distinctius quam in aliis libris praepositi scriptorum et operum tituli, ita ut summe laudanda hac in parte librarii diligentia omnem eximat dubitationem de cuiusque fragmenti auctoritate, hunc versum tamquam e Sophoclis Laocoonte designat: et sequentem cui male adhaeret vulgo huiusce titulus, Sophocli nude tribuit, non adiecto fabulae indice.

V. Vide Lexicon in Καταῤῥάκτης.

ΛΗΜΝΙΑΙ.

I. Notum dramatis argumentum, Argonautarum in Lemnum appulsus, cum Lemniis mulieribus congressus, quem narrat Argonauticorum poëta Lib. I. v. 609. Correctum fuisse videtur post primam emissionem, iterumque in scenam inductum. Nam a Stephano in Δώτιον laudantur Λημνίαι πρότεραι, e quibus hanc χρῆσιν profert, emendatam ab Adr. Heringa Observ. p. 235.

Φερητίδης τ' Ἄδμητος, ἠδ' ὁ Δωτιεὺς
Λαπίθης Κορωνός.

II. Schol. Pindari ad Pyth. IV. 303. Πάντας Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνιάσι τῷ δράματι καταλέγει τοὺς εἰς τὸ Ἀργῷον εἰσελθόντας σκάφος.

III. Schol. Apollonii Rhodii ad I. 773. Ὅτι δὲ ἐμίγησαν οἱ Ἀργοναῦται ταῖς Λημνίαις, Ἡρόδωρος ἱστορεῖ. Αἰσχύλος δὲ ἐν Τψιπύλῃ ἐν ὅπλοις φησὶν αὐτὰς ἐπελθούσας χειμαζομένοις τοῖς Ἀργοναύταις, μέχρις οὗ ὅρκον ἔλαβον παρ' αὐτῶν ἀποβάντας μίσγεσθαι

αὐταῖς. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Λημνίαις καὶ μάχην ἰσχυρὰν αὐτὰς συνάψαι φησίν.

IV. Etymol. M. Ἄθως, ἀκρωτήριον Θράκης. Σοφ.

Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός,

ἐν γὰρ τῇ Λήμνῳ βοῦς χαλκῆ ἵδρυται, ἐφ' ἣν τοῦ Ἄθω ἡ σκιὰ φθάνει. E Lemniis est hic versus procul dubio. Confer Apollonium Argon. I. 601. Deteriorem lectionem amplexus Grotius Λημνίας ἁλὸς, vertit in Excerptis:

Athos obumbrat Lemnii dorsum maris.

Vide Is. Vossii Observat. ad Melam II. 2. p. 119.

V. Vide Αἰχμαλωτίδων fragm. VII. et Lexicon in Ἀξύμβλητον. Ἀσάλπικτον. Αὐτὸ δείξει.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ.

Ad hanc fabulam pertinent versus a Luciano laudati in Convivio pag. 436. ubi Hetoemocles Stoïcus ista scripsisse fingitur: Εἰ δὲ δείπνου ἕνεκα ὀργίζεσθαί σοι δοκῶ, τὸ κατὰ τὸν Οἰνέα ἐννόησον. ὄψει γὰρ καὶ τὴν Ἀρτεμιν ἀγανακτοῦσαν, ὅτι μόνην αὐτὴν οὐ παρέλαβεν ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν θυσίαν, τοὺς ἄλλους θεοὺς ἑστιᾶν. φησὶ δὲ περὶ αὐτῶν Σοφοκλῆς·

Συὸς μέγιστον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύαις
ἀνῆκε Λητοῖς παῖς ἑκηβόλος θεά.

Vide Lexicon in Ἀντίβοιον. Ἰξοφόρους. Κυάμῳ. Φίλανδρον.

[Suem maximam Oenei immisit campis Latonae iaculatrix filia dea.]

ΜΕΜΝΩΝ.

Dramatis huius meminit auctor argumenti Aiacis.

ΜΥΣΟΙ.

I. Stobaeus Floril. Tit. XXVI. p. 121.

Ὡς τοῖς κακῶς πράσσουσιν ἡδὺ καὶ βραχὺν
χρόνον λαθέσθαι τῶν παρεστώτων κακῶν.

Quam dulce miseris, proh, vel ad tempus breve animo memoriam exuere fortunae suae.

II. Idem Tit. XCVIII. p. 405.

Ἄμοχθος γὰρ οὐδείς· ὁ δ'
ἥκιστ' ἔχων μακάρτατος.

Nemo est absque laboribus:
felix cui minimum datur.

[Glyconiorum hic formam videor agnoscere, quos sic restituas:

Ἄμοχθος οὐδεὶς γάρ· ὁ δὲ
Σχὼν ἥκιστα μακάρτατος.]

III. Strabo p. 546.

Ἀσία μὲν ἡ ξύμπασα κλῄζεται, ξένε,
πόλις δὲ Μυσῶν Μυσία προσήγορος.

[Asia tota haec vocatur terra, o hospes, Mysorum vero civitas Mysia.]

IV. Athenaeus p. 183. Μνημονεύει δὲ τοῦ τριγώνου τούτου καὶ Σοφοκλῆς, ἐν μὲν Μυσοῖς οὕτως·

Πολὺς δὲ Φρὺξ τρίγωνος, ἀντίσπαστά τε
Λυδῆς ἐφυμνεῖ πηκτίδος συγχορδία.

καὶ ἐν Θαμύρᾳ, Ἀριστοφάνης δ' ἐν Δαιταλεῦσι, καὶ Θεόπομπος ἐν Πηνελόπῃ. Εὔπολις δ' ἐν Βάπταις φησίν·

Ὡς καλῶς μὲν τυμπανίζει,
καὶ διαψάλλει τριγώνοις.

Eupolidis versus dimetri sunt trochaici.

[Vertit Casaubonus: Multus resonabat trigonus Phrygius, et e contrario resonabat Lydiae pectidis concentus. Constructio, inquit Schweighaeuser, sic intelligenda: πολὺς δὲ Φρὺξ τρίγωνος (scil. ὑμνεῖ), καὶ συγχ. π. Λ. ἐφ. ἀντίσπαστα, i. e. ἀντισπαστικὰ, quae ei ex adverso respondeant.]

V. Pollux X. 186. Φαίης δ' ἂν καὶ σισύρναν, Σοφοκλέους ἐν Μυσοῖς λέγοντος·

Ψαλίδας, τιάρας, καὶ σισυρνώδη στολήν.

VI. Vide Lexicon in Αβολος. Αποβάθρα. Αποσύρει. Απύρου. Αστραφής. Αφθίτους.

ΜΩΜΟΣ Σατυρικός.

Citatur Sophocles in Μώμῳ et in Κώμῳ. Alteruter titulus ex altero depravatus est, Uter verior sit, diiudicare haud facile est.

Vide Lexicon in Αλάπηξ. Αμφίων. Αναστύψαι. Ανθρωσκε. Αποσκέλυπτε. Αρπην.

ΝΑΥΠΛΙΟΣ.

Duplex inscriptio fabulae: nam alias citatur ΝΑΥΠΛΙΟΣ ΚΑΤΑΠΛΕΩΝ, alias ΝΑΥΠΛΙΟΣ ΠΥΡΚΑΕΥΣ. Nauplius audita filii sui morte, Graecorum castra ad Troiam adiit, uumque ab iis frustra petiisset, ut a fraudis auctoribus, qua Palamedes damnatus fuerat, poenas exigerent, in Graeciam revertens diversas ad urbes appulit, ubi falsis nuntiis primariorum ducum uxores, quae a moechis sollicitabantur, in crimen impulit. Rem narrat Tzetzes ad Lycophr. 384. Ἀπρακτος δὲ ὑποστρέψας, περιπλέων λοιπὸν τὰς χώρας τὰς Ἑλληνίδας, παρεσκεύασε τὰς τῶν Ἑλλήνων γυναῖκας μοιχευθῆναι, Κλυταιμνήστραν τὴν τοῦ Ἀγαμέμνονος Αἰγίσθῳ· Αἰγιάλειαν τὴν Διομήδους τῷ υἱῷ Σθενέλου· Μήδαν δὲ τὴν Ἰδομενέως ὑπὸ Δεύκου. Si diversa fuerunt dramata, ex hoc Nauplii facto sumtum fuerit prioris argumentum: materia autem posterioris fiota, fax in Caphareo promontorio edita, qua conspecta Graeci a Troia navigantes, portum esse crediderunt, et ad rupes adlisi naufragio perierunt.

I. Schol. Pindari ad Isthm. VI, 10. Τὸν δὲ τρίτον κρατῆρα Διὸς Σωτῆρος ἔλεγον, καθὰ καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ·

— Ζεῦ ταυσίλυπε, καὶ Διὸς Σωτηρίου
στρονδὴ τρίτου κρατῆρος.

[— Iupiter luctus domitor, et Iovis Servatoris libatio est tertii crateris.]

Vid. Lexicon v. ΤΡΙΤΟΣ ΚΡΑΤΗΡ.

II. Stephanus in Ἀσπίς — Σοφ. ἐν Ναυπλίῳ καταπλέοντι·

— Ἀλλ' ἀσπιδίτην ὄντα καὶ πεφραγμένον,
ὡς ἀσπιδοῦχος, ἢ Σκύθης τοξεύμασι.

[Sed scutigerum et armatum, ut talis, vel Scytha cum arcu.]

III. Stobaeus Floril. Tit. CIV. p. 427.

Τῷ γὰρ κακῶς πράσσοντι μυρία μία
νύξ ἐστιν· εὖ παθόντας εἶθ' ἑτέρᾳ θανεῖν.

Sic scripti sunt hi versus in Reg. cod. Legendum videtur εὖ παθόντα θητέρᾳ θανεῖν, subintellecto χρὴ, aut simili verbo, quod in subsequente versu, ab excerptore praetermisso, subiectum fuisse probabile est. Sententia est: *Infelici nox una mille esse videtur; cui bene est, ei statim altero die moriendum est.* Grotius Graeca a se parum feliciter emendata sic vertit:

Mala namque passo mille si felicior
nox una detur, altera mors imminet.

IV. Aristides T. I. p. 259. de incendio, quo deflagravit Cereris templum: Ποίας Ναυπλίου ΠΑΓΑΣ ΤΠΟΠΤΡΟΥΣ, ὡς ἔφη Σοφοκλῆς, ἄξιον τῇ πυρκαϊᾷ ταύτῃ παραβαλεῖν;

V. Achilles Tatius Isag. ad Arati Phaenom. cap. I. Σοφοκλῆς δὲ Παλαμήδει ἀνατίθησιν· λέγοντα γὰρ Ναύπλιον εἰςάγει.

Οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείων στρατῷ,
σταθμῶν, ἀριθμῶν, καὶ μέτρων εὑρήματα·
κἀκεῖν' ἔτευξε πρῶτος ἐξ ἑνὸς δέκα,
κἀκ τῶνδέ γ' αὖθις εὗρε πεντηκοντάδας
εἰς χίλι'· οὗτος εἷς στρατῷ φρυκτωρίαν,
ὕπνου φυλάξεις, ἔς θ' ἕω σημάντρια
ἔδειξε, κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα·
ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφὰς,
τάξεις τε ταύτας, οὐράνιά τε σήματα,
ναῶν τε ποιμαντῆρσιν ἐνθαλασσίων
Ἄρκτου στροφάς τε καὶ Κυνὸς ψυχρὰν δύσιν.

Sic optime hos versus disposuit et emendavit Heathius, sagaciter observans eos e Palamede non esse, quum in illo dramate Nauplii personae locus non fuerit. Ista v. 3. ἔτευξε ἐξ ἑνὸς δέκα, et quae sequuntur, pertinent ad Palamedis commentum in militari disciplina, quo facilem modum reperit militum multitudinem numerandi, divisam in δεκάδας, πεντηκοντάδας, χιλιάδας: qua de re videndus Dio Chrysost. Orat. de Exsilio p. 225. Grotii versionem, etiamsi Graecis, ut oportuit, digestis, non usquequaque congruat, subiicimus tamen:

Hic Graeca docuit castra vallo includere:
numerosque mensurasque certosque ordines
idem ille reperit, et suas rebus notas:
iussitque primum surgere ex uno in decem:
construxit inde quinquies demûm agmina:
millena deinde: signa quin et bellica
disposuit ignes, ante notos nemini.
deprendit astris quis modus, quae sint viae,
custodiae soporis, aurorae indices,

regimenque ratibus in salo natantibus
Plaustri rotatum, et frigus occidui Canis.

VI. Eustathius p. 228. Παλαμήδους ἐπινοησαμένου κυβείαν καὶ πεττείαν ἐν Ἰλίῳ εἰς παραμύθιον λιμοῦ κατασχόντος τὴν στρατιὰν, λίθος ἐκεῖ ἐδείκνυτο, ἐφ' οὗ ἐπέσθευον. τῆς δὲ τοιαύτης ἐπινοίας τοῦ Παλαμήδους, καὶ τῆς εὑρέσεως δὲ τοῦ χρόνου, ἣν καὶ αὐτὴν ἐκεῖνος ἐσοφίσατο, μάρτυρα παράγουσι Σοφοκλῆν, ὃς ἐν δράματι ὁμωνύμῳ τῷ εὑρετῇ Παλαμήδει φησίν·

Οὐ λιμὸν οὗτος τόνδ' ἀπῶσε, ξὺν θεῷ
εἰπεῖν, χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας
ἐφεῦρε, Φιλοίβου μετὰ κόπον καθημένοις,
πεσσοὺς, κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος;

Nonne hic deûm virtute nos omnes fame
exemit? usum nonne sapientem otii,
laboris intervalla, dedit, ignaviae
dulcem medelam, tesseram et latrunculos?

Nihil tam apertum est, quam hos versus ad eamdem Nauplii ῥῆσιν pertinere, cuius partem ab Achille Tatio servatam supra protulimus. Proinde sunt itidem ex Nauplio: aut si Eustathii fidem sequimur, licet dramatum quibus nunc caremus nullum ipse viderit, ad Palamedem priores alteri etiam referendi sunt. Nihil superest, unde colligere possimus, quaenam fuerit harum fabularum oeconomia: id tantum apparet, in ea cui materiam dedit Palamedes a Pelasgis infanda sub proditione neci demissus, Nauplii, cuius ex persona ῥῆσις ista recitata fuit, nullas partes esse potuisse. Non enim is in castris Graecorum erat, quando Palamedes Ulyssis fraude oppressus fuit. Ad eamdem ῥῆσιν pertinet etiam versus ille a Polluce, Hesychio, Eustathio aliisque citatus:

Καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολάς.

Quem Grotius sic vertit in Excerptis:

Calculi per lineas
qui promoventur quinque, iactusque aleae.

[Eustathii loco λοιμοῦ, Sophoclis λοιμὸν, mihi legendum esse videtur: nam fames quidem tesseras et latrunculos non curat, morbus iis solari potest. Atque de morbis Graecos ad Troiam infestantibus p. agunt utriusque linguae poetae et historici.]

VII. Vide Lexicon in Ἀνόρεος. Ἐλύμνιον. Ἐπίκοτα. Κατουλάδα. Ναύκληρον. Ὀλκία. Πεσσά. Τρίτος κρατήρ.

ΝΑΥΣΙΚΑΑ ἢ ΠΛΥΝΤΡΙΑΙ.

I. Eustathius p. 1553. Μάλιστα δὲ, φασὶν, ἐπεμελήθησαν ὕστερον σφαιριστικῆς, πόλεών μὲν, κοινῇ Λακεδαιμόνιοι· βασιλέων δὲ, ὁ μέγας Ἀλέξανδρος· ἰδιωτῶν δὲ, Σοφοκλῆς ὁ τραγικός. ὃς καὶ, ὅτε, φασὶ, τὰς Πλυντρίας ἐδίδαξε, τὸ τῆς Ναυσικάας πρόσωπον σφαίρᾳ παιζούσης ὑποκρινόμενος, ἰσχυρῶς εὐδοκίμησεν. Hausit ista, ni fallor, ex Athenaei L. I. cuius nos in epitome p. 20. legimus de Sophocle scripta: ἄκρως ἐσφαίρισεν, ὅτε τὴν Ναυσικάαν καθῆκε. Sic enim legendum cum Casaubono; qui, neque Eustathii recordatus, quum perdoctum conderet dramatum Sophoclis catalogum, velut duo diversa Ναυσικάαν recensuit et Πλυντρίας. Unum fuit duntaxat, inscriptum ΝΑΥΣΙΚΑΑ ἢ ΠΛΥΝΤΡΙΑΙ. *Valckenarius ad Eur. Hippol. p.* 181. Quam superiori loco Eustathius citat fabulam τὰς Πλυντρίας, eamdem in Comment. ad Iliadem p. 381. innuit his verbis: Ὅτι δὲ τὸ σπουδαίως κιθαρίζειν ἐφιλεῖτο τοῖς παλαιοῖς, δηλοῦσι μυρίοι καὶ τῶν μεθ' Ὅμηρον. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ κωμικὴ ποίησις, ἔτι δὲ καὶ ἡ τραγική, ἐν ᾗ προλάμπων Σοφοκλῆς περιάδεται οὐ μόνον δεινὸς εἶναι σφαιρίσαι, ὡς ἡ κατ' αὐτὸν ἐδήλωσε δραματικὴ Ναυσικάα, καθὰ καὶ ἐν τοῖς εἰς τὴν Ὀδύσσειαν δηλοῦται· ἀλλὰ καὶ κιθαρίζειν ἄκρος, οὕτω δὲ καὶ ὀρχεῖσθαι καὶ χορεύειν.

II. Vide Lexicon in Ἀναρσιβδεῖ. Ἐπενδύτης. Λαμπήνη.

ΝΙΟΒΗ.

I. Athenaeus p. 601. Αἰσχύλος μέγας ὢν ποιητὴς καὶ Σοφοκλῆς ἦγον εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς τῶν παίδων ἔρωτας· ὁ μὲν, τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον, ὁ δ' ἐν τῇ Νιόβῃ, τὸν τῶν Νιόβης παίδων. Nioben Sophoclis intelligendam esse et ipsa formula ostendit ὁ μὲν, ὁ δὲ, quorum prius ad Aeschylum, posterius ad Sophoclem referendum: tum Plutarchi locus plane demonstrat Moral. p. 760. Τῶν τοῦ Σοφοκλέους Νιοβιδῶν βαλλομένων καὶ θνησκόντων, ἀνακαλεῖταί τις οὐδένα βοηθὸν ἄλλον οὐδὲ σύμμαχον, ἢ τὸν ἱερασήν. Vide Valckenarii Diatr. Eurip. pag.. 15. unde haec petita.

II. Scholiastes Aeschyli ad Prometheum 435. cuius locum emendatum damus infra in Phrygibus.

III. Eustathius p. 1367. Τῆς Νιόβης ἡ συμφορὰ κατὰ μέν τινας, ἐν Λιδίᾳ, κατὰ δέ τινας ἐν Θήβαις γενέσθαι λέγεται· Σοφοκλῆς δὲ τοὺς μὲν παῖδας αὐτῇ ἐν Θήβαις ἀπολέσθαι φησὶν, αὐτὴν δὲ εἰς Λυδίαν ἐλθεῖν. Ad hanc fabulam respexit Lutatius ad Statii Theb. Lib VI. *Niobe, secundum Homerum, duodecim filios habuit; Sophocles autem dicit eam quatuordecim habuisse.*

IV. Diogenes Laërt. in vita Zenonis VII. 28. Τελευτὰ δὲ οὕτως. ἐκ τῆς σχολῆς ἀπιὼν προσέπταισε, καὶ τὸν δάκτυλον περιέρρηξε· παίσας δὲ τὴν γῆν τῇ χειρὶ, φησὶ τὸ ἐκ τῆς Νιόβης· Ἔρχομαι, τί μ' ἀῦτεῖς; Vide Valckenarium ad Eurip. Phoenissas p. 320.

V. Niobes mentio in his Comici versibus in Vespis 579.

Κἂν Οἴαγρος εἰσέλθῃ φεύγων, οὐκ ἀποφεύγει, πρὶν ἂν ἡμῖν
ἐκ τῆς Νιόβης εἴπῃ ῥῆσιν, τὴν καλλίστην ἀπολέξας.

Verum incertum, an Oeagrus tragoedus Aeschyli, Sophoclisne Nioben egerit.

VI. Plutarchus Symposiacon VI. 6. αὐτοὺς παραλογιζόμεθα, θερμὸν εὐθὺς εἶναι τὸ θερμαῖνον ὑπολαμβάνοντες· καὶ ταῦθ', ὁρῶντες ὅτι ταὐτὸ ἱμάτιον ἐν χειμῶνι θερμαίνει, ἐν δὲ ἡλίῳ ψύχειν λέγομεν· ὥσπερ ἡ τραγικὴ τροφὸς ἐκείνη τὰ τῆς Νιόβης τέκνα τιθηνεῖται,

— λεπτοσταθήτων χλανιδίων ἐρειπίοις
θάλπουσα καὶ ψύχουσα, καὶ πόνῳ πόνον
ἐκ νυκτὸς ἀλλάσσουσα τὸν καθ' ἡμέραν.

Hos versus e Sophoclis Niobe petitos emendavit Valckenarius in Adnotationibus Phalaridis Epistolis praemissis pag. X. Quae de hoc fragmento disputat vir summus, ne doctiores quidem legisse poenitebit.

[— Subtilium vestimentorum reliquiis fovens et refrigerans, et nocturno labore commutans diurnum.]

VII. Vide Scholiastam nostrum ad Oed. Col. 684. et Lexicon in Δερμιστής. Ελύμους. Η ἀντὶ τοῦ ἦν.

ΝΙΠΤΡΑ ἢ ΟΔΥΣΣΕΥΣ ΑΚΑΝΘΟΠΛΗΞ.

Argumentum fuit mors Ulyssis pastinacae radio icti a Telegono filio. Rem his verbis narrat Eustathius p. 1676. Τηλέγονός ὁ Κίρκης καὶ Ὀδυσσέως ἠφαιστότευκτον δόρυ ἔχων, οὗ ἀδαμαντίνη μὲν ἡ ἐπιδορατὶς, αἰχμὴ δὲ, κέντρον θαλαττίας τρυγόνος, χρυσοῦς

δὲ ὁ στύραξ, καὶ ἐλθὼν ἐκ Τυρσηνίας εἰς ἀναψηλάφησιν τοῦ πατρὸς, καὶ λειλατῶν ἀγνοίᾳ τὰ ἠπειρωτικὰ τοῦ Ὀδυσσέως κτήματα, καὶ εὑρὼν ἀντίπαλον τὸν πατέρα, ἀνεῖλεν οὐκ εἰδώς. καὶ οὕτω τῷ κατὰ θάλασσαν ἀεὶ κακῶς πράττοντι, ἐκ θαλάττης αὖθις ὁ θάνατος, ὃς ἔπεφνεν αὐτὸν, καθὰ καὶ Οππιανὸς ἱστορεῖ, τῷ τῆς τρυγόνος κέντρῳ. Pastinacam describit Oppianus Ἁλιευτικῶν II. 462. unde, quae de piscis huius radio, quem βέλος appellat, huc pertinentia habet, describam:

Κεῖνό ποτ' αἰγανέῃ δολιχήρεϊ κωτηέσσῃ
Κίρκη Τηλεγόνῳ πολυφάρμακος ὤπασε μήτηρ,
αἰχμάζειν δηΐοις ἅλιον μόρον· αὐτὰρ ὁ νήσῳ
αἰγιβότῳ προσέκελσε, καὶ οὐ μάθε πώεα πέρθων
πατρὸς ἑοῦ· γεραρῷ δὲ βοηδρομέοντι τοκῆϊ
αὐτῷ, τὸν μάστευε, κακὴν ἐνεμάξατο κῆρα.
ἔνθα τὸν αἰολόμητιν Ὀδυσσέα, μυρία πόντου
ἄλγεα μετρήσαντα πολυκμήτοισιν ἀέθλοις,
τρυγὼν ἀλγινόεσσα μιῇ κατενήρατο ῥιπῇ.

Hanc fabulam Pacuvius latinam fecit, sed libere, Romanorum tragicorum more, qui, servata Graecorum dramatum oeconomia, multa mutabant in moribus et sententiis. Vide Ciceronis Tuscul. II. 20. Dubitare non debebat Casaubonus, quin Sophocles Νίπτρα ediderit. Verum non est Pacuvium novo titulo NIPTRA inscripsisse fabulam, cui Sophocles indicem fecerat Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ. Sophoclei dramatis index fuit Νίπτρα ἢ Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ, ut aliae multae fuerunt fabulae duplici titulo insignitae. Νίπτρα citat Suidas in Παρουσία, quod Casaubonum fugerat. Apollodorus Tarsensis eodem titulo Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλὴξ tragoediam scripserat, teste Suida, cuius verba luxata. Vide Hemsterhusii notam ad Thomam M. in Ἀκανθοπλήξ.

I. Stephanus in Δωδώνη — λέγεται καὶ Δωδὼν, ἧς τὴν γενικὴν Σοφ. Ὀδυσσεῖ Ἀκανθοπλήγι·

Νῦν δ' οὔτε μ' εἰς Δωδῶνος, οὔτε Πυθικὰς
γύας τις ἂν πείσειεν.

καὶ δοτικήν·

Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁμέστιος βροτῶν.

τῆς μέν τοι Δωδώνης, Δωδωναῖος· καὶ τὸ θῆλυ, Δωδωνίς. Σοφοκλ. Ὀδυσσεῖ Ἀκανθοπλήγι·

Τὰς θεσπιῳδοὺς ἱερίας Δωδωνίδας.

Stephani interpretes dramatis titulum imperite verterunt, ULYSSES SPINIS FLAGELLATUS, ULYSSES FLAGRIS CAESUS. Verti debuit ULYSSES PASTINACAE RADIO VULNERATUS. Plinius L. IX. Sect. 72. *Radius super caudam eminens trygonis, quam nostri* pastinacam *appellant, quincunciali magnitudine. Arbores infixus radici necat: arma, ut telum, perforat: vi ferri, et veneni malo.*

[Nunc neque Dodonem, neque Delphos ire quisquam persuaserit.

Dodone degens Iupiter domesticus,
Vaticinas sacerdotes Dodonides.]

II. Scholiastes Ms. Homeri ad Iliad. A. 135. Καὶ Σοφ. ἐν Ὀδυσσεῖ Ἀχαν θοπλῇγι·

Εἰ μέν τις οὖν ἔξεισιν, εἰ δὲ μὴ, λέγε.

Ad eumdem Homeri locum, ubi variis exemplis ellipsin illustrat, Eustathius hunc e Sophocle senarium profert, sed omisso dramatis titulo.

[An quis exeat, an non, narra.]

III. Ad hanc fabulam respicit Philosophus in libello de Poëtica cap. XIV. Ὁ Τηλέγονος ὁ ἐν τῷ τραυματίᾳ Ὀδυσσεῖ.

IV. Vide Sophoclis vitam, et Lexicon in Ἀθηρόβρωτον. Ἐλαιόεσσα. Παρουσία.

ΞΟΑΝΗΦΟΡΟΙ.

Scholiastes Aeschyli ad S. Th. 510. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Ξοανηφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα, εἰδότες ὅτι ἁλίσκεται. Vide Stanleii notam ad eiusdem Aeschylei dramatis v. 223.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΣ.

Argumentum, Ulysses furorem simulans, ne ad Troiam navigare cogeretur, et a Palamede fraudis convictus. Προσποιοῦμενον γὰρ αὐτὸν μαίνεσθαι Παλαμήδης ἤλεγξεν, inquit Scholiastes noster ad Philoct. 1025. Hac de re exstant apud Ciceronem de Officiis III. 25. Pacuvii versus ex Armorum iudicio:

Cuius ipse princeps iurisiurandi fuit,
quod omnes scitis, solus neglexit fidem:
furere assimulavit; ne coiret, institit.
quod ni Palamedis perspicax prudentia
istius percepset malitiosam audaciam,
fide sacratae ius perpetuo falleret.

Inde Ovidius Metam. XIII. 36.

Detrectavitque furore
militiam ficto: donec solertior isto,
sed sibi inutilior, timidi commenta retexit
Naupliades animi, vitataque traxit in arma.

I. Pindarus Isthm. VI. 86.

Τὸν Ἀργείων τρόπον
εἰρήσεταί που κὲν βραχίστοις.

Ad quae Scholiastes: Μακρολόγοι μὲν οὖν οἱ Ἴωνες· σύντομοι δὲ οὐ μόνον Λάκωνες, ἀλλὰ καὶ Ἀργεῖοι. Σοφ. Ὀδυσσεῖ Μαινομένῳ·

Πάντ' οἶσθα, πάντ' ἔλεξα τἀντεταλμένα·
μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνει βραχύς.

Scis cuncta: dixi quidquid iniunctum est: brevis
est sermo, summam more qui Argolico exprimit.

[συντέμνει, i. e. συντέμνεται, quam figuram Noster amat. v. συντέμνειν, obscure. βραχὺς valet βραχύ.]

II. Vide Lexicon in Ἐμπέραμος. Ἡμαλάψαι. Θρεκτοῖσι. Θριάζειν. Μάγνον.

ΟΙΝΟΜΑΟΣ ἢ ΙΠΠΟΔΑΜΕΙΑ.

Una eademque fuit fabula, quae modo Hippodamiae, modo Oenomai titulo citatur.

I. Stobaeus Floril. Tit. XXVII. p. 121.

Ὅρκου δὲ προστεθέντος, ἐπιμελεστέρα
ψυχὴ κατίστη· δισσὰ γὰρ φυλάσσεται,
φίλων τε μέμψιν, κεἰς θεοὺς ἁμαρτάνειν.

Mens excitari iureiurando solet,
ut bina diligenter evitet mala,
culpari amicis, et Deos offendere.

II. Athenaeus p. 410. Σοφοκλῆς Οἰνομάῳ·

Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος.

Huic senario accommodata est Hesychii glossa a Lennepio ad Phalaridis Epist. p. 73. emendata: Οἱ Σκύθαι τῶν λαμβανομένων ἐν πολέμοις ἀνθρώπων τὰς κεφαλὰς ἐκδέροντες, τοῖς δέρμασιν ἀντὶ χειρομάκτρων ἐχρῶντο. Eodem sensu glossam emendavit Toupius ad Suidam III. p. 40. sed aliquanto minus veteris scripturae vestigiis insistens.

[Scythico more pellem deglubens ad manus abstergendas.]

III. Idem p. 564. Σοφοκλῆς δέ που περὶ τοῦ κάλλους τοῦ Πέλοπος διαλεγομένην τοιήσας τὴν Ἱπποδάμειαν, φησίν·

Τοίαν Πέλοψ ἴυγγα θηρατηρίαν
ἔρωτος, ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει·
ἐνθάλπεται μὲν αὐτὸς, ἐξοκτᾷ δ' ἐμὲ,
ἴσον μετρῶν ὀφθαλμὸν, ὥστε τέκτονος
παρὰ σταθμὴν ἰδόντος ὀρθοῦται κανών.

Sunt admodum depravati hi versus apud Athenaeum: eos exhibeo, uti emendati leguntur in notis ad Euripidis Hippolytum 468. nisi quod in ult. v. ubi in Athenaeo legitur παρὰ σταθμὴν ἰέντος, veram lectionem restitui, quam coniectura leni, facili et certissima adsecutum est ingeniosi Tyrwhitti acumen. Valckenarius legebat παρὰ σταθμὴν ἰσοῦντος, constante itidem metro, nec malo sensu. Studio, ut videtur, doctissimos viros carpendi Toupius ad Theocriti Scholiastem p. 211. tum alia, tum istud ἰόντος tuetur, quod ego prorsus mendosum esse statuo. Eleganti metaphora Theognis dixit: εἶμι παρὰ σταθμὴν ὀρθὴν ὁδόν. Sed qui extra metaphoram loquitur de fabro materiam aequante, non dicit eum *ad perpendiculum ire*, dum amussim dirigit; bene vero, eum *oculo perpendiculum servantem*, amussim dirigere. Toupii reliqua praetermitto, quae ei nollem excidisse. Hos versus a se parum feliciter emendatos ita vertit Grotius:

Quas illecebras ille, vim venaticam
amoris acre fulgur oculorum gerit?
etiam ille quoties saltat, aequali modo
me contuetur, sicut artificem faber
quum iacit amussim, lineam rectam facit.

IV. Aristophanes Avibus 1337.

Γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας,

ὡς ἂν ποταθείην ἀτρυγέτου
γλαυκᾶς ὑπὲρ οἶδμα λίμνας.

Hos versiculos Comicum e Sophoclis Oenomao traduxisse Scholiastes monet. Simile votum observes in Oed. Col. 1081. et in Euripidis Hippolyto 737.

[O si essem altivolans aquila, ut volarem sterilis coerulei trans fluctus maris.]

V. Diogenes Laërt. in vita Arcesilai IV. 35. Πρὸς δὲ τὸν δανειστικὸν καὶ φιλόλογον, εἰπόντα τι ἀγνοεῖν, ἔφη·

Δήθουσι γάρ τοι κἀνέμων διέξοδοι
θήλειαν ὄρνιν, πλὴν ὅταν τόκος παρῇ.

ἔστι δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ Οἰνομάου Σοφοκλέους.

Nescit latentes transitus ventorum avis
femella, fetus ni adsit in praesentia.

Confer Suidam in Διέξοδοι et in Δήθουσι, ubi demum versus isti emendate scripti leguntur; quod Grotium fugisse miror, cuius versio, in Excerptis videnda, a Graecorum sensu quam longissime remota est. Arcesilaus vocem τόκος alio sensu accipiens, iocum ex ambiguitate petebat, innuens foeneratorem nihil aliud nosse nec cogitare, quam tempus exigendae usurae.

VI. Hesychius: Ἀρουραῖος Οἰνόμαος. Δημοσθένης Αἰσχίνην οὕτως ἔφη, ἐπεὶ κατὰ τὴν χώραν περινοστῶν ὑπεκρίνετο Σοφοκλέους τὸν Οἰνόμαον.

ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ.

Vide Lexicon in Ακιστρον. Δροπά.

ΠΑΝΔΩΡΑ ἢ ΣΦΥΡΟΚΟΠΟΙ.

I. Athenaeus p. 476. ubi de voce κέρας *poculum* significante: Καὶ Σοφοκλῆς Πανδώρᾳ·

Καὶ πλῆρες ἑκτιών τι χρύσεον κέρας
τρίψει γέμοντα μαλθακῆς ὑπ' ὠλένης.

[Vetus codex, monente Schweighaeusero ad h. l., habet ἑκτιόντι. Ἑκτιών τι coniecerat Valckenarius in collectione Ms. Fragmentorum Sophoclis, olim cum Brunckio communicata. quae emendatio iam occupata erat a Dalecampio, sic vertente: Aureum cum aliquod plenum cornu ebiberit, sub mollibus ulnis

idem rursus plenum teret. Ipse tamen Schweighaeuser ἐκπιόντι quidem retinendum esse censet, sed pro γέμοντα legendum γέμον τε, intellectis his vel similibus ἀποδώσει αὖτη, quae forte omissa fuerint vel a librariis, vel ab ipso Athenaeo, ut saepe ab eo factum observetur; itaque locum sic vertit: quod si quis plenum ebiberit aureum cornu, haec illud molli terens sub ulna, plenum [ei reddet]. Equidem, ut verum dicam, cum in correctione Valckenarii frigeat illud τι, neque in Schweighaeuseri commento placeat turbata versus posterioris constructio, una litera mutata scripserim potius ἐκπιόντα, ut nescio quis puer vel puella dicatur ebrium illum postmodo τρίψειν ὑπ' ὠλένης μαλθακῆς, i. e. συνέσεσθαι illi. Sed suo quisque iudicio fruatur.]

II. Vide Lexicon in Ἐνουρήθρα. Κεχήλωμαι. Ὀργασμός.

ΠΕΔΙΑΣ.

Erotianus in Glossario Hippocrateo: Παιδικὸν πάθος. παιδίαν νῦν, τὴν παιδοτροφίαν· ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πελίᾳ φησί·

Λευκὸν γὰρ αὐτὴν οὐκ ἐπαίδευσεν γάλα.
[Nam lac candidum eam non enutriit.]

ΠΕΡΙΑΛΟΣ.

Vide Lexicon in Καρπομανής.

ΠΗΛΕΤΣ.

I. Clemens Al. Strom. VI. p. 748.

Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη
γερονταγωγῶ, κἀναπαιδεύω πάλιν·
πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

Ego sola servans Pelei Aeacidae larem,
senem guberno semper et manibus rego:
namque ultima aetas hominis in puerum redit.

Profert hos versus etiam, sed minus emendate, Scholiastes Comici ad Nubes 1419. Medii parodia est in Equitibus 1098. ubi Demus isiciario ait:

Καὶ μὴν ἐμαυτὸν ἐπιτρέπω σοι τουτονὶ
γερονταγωγεῖν, κἀναπαιδεύειν πάλιν.

Vide Toupium Cur. nov. in Suidam p. 53.

II. Ὁμοῤῥοθῶ, συνθέλω,
συμπαραινέσας ἔχω,
προςόδια μεγάλα
σεμνὰ προςιέναι θεοῖσιν.
ἴτω δὲ Πυθιὰς βοὰ τῷ θεῷ!

Hos versus in Aves transtulit Comicus 851. e Sophoclis Peleo, teste Scholiasta, illisque sua salse immiscuit.

III. Vide Lexicon in Κυκνῖτις. Αιποψυχεῖν. Μὴ νόμισον. Ζηραλοιφεῖν.

ΠΟΙΜΕΝΕΣ.

I. Tzetzes ad Lycophronem 529. Ιστορεῖ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσιν, ὑπὸ τοῦ Εκτορος ἀναιρεθῆναι τὸν Πρωτεσίλαον. Inde excogitari potest fabulae argumentum, cui titulum fecit Chorus e pastoribus constans.

II. Sextus Empiricus adversus Grammaticos p. 286. Οὔτε γὰρ ἐκ τέχνης τινὸς μεμαθήκασιν, ὅτι οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες, ἰὼ βαλλὴν λέγοντες, ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι Φρυγιστί· ἀλλὰ παρ' ἄλλων ἀκούσαντες. Hesych. Βαλλὴν, βασιλεὺς Φρυγιστί.

[Idem verbum, nisi quod βαλὴν ibi rectius, legitur Aeschyl. Pers. 638.]

III. Harpocration in Νάννιον. Οτι γὰρ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, καὶ Σοφοκλῆς Ποιμέσιν·

Ἑωθινὸς γὰρ πρίν τιν' αὐλητῶν ὁρᾶν,
θαλλὸν χιμαίραις προςφέρων νεοσπάδα,
εἶδον στρατὸν στείχοντα παραλίαν πέτραν.

Leguntur hi versus etiam apud Athenaeum pag. 587. Ad primum pertinet Hesychii glossa: Αὐλητὴν, τὸν τοῦ κόπρου ἐπιμελούμενον τῶν προβάτων. In 3. lego una voce παραλίαν. Sic in Theseo παρακτίαν στείχων.

[Mane enim, priusquam villicus aliquis conspiceretur, recens decerptam frondem capreis adferens, exercitum vidi ascendentem marinam petram.]

IV. Athenaeus p. 319. Τῶν πηλαμίδων μνημονεύει καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσιν·

— Ἔνθα πηλαμὶς χειμάζεται
πάροικος, Ἑλλησποντὶς, ὡραία θέρους
τῷ Βοςπορίτῃ· τῷδε γὰρ θαμίζεται.

Huc referri potest Hesychii glossa: Θαμίζεται, ὁμιλεῖ.

[Legitur v.:

Εἰϑ' ἡ πάροικος πηλαμὶς χειμάζεται,
Πάροικος etc.

Sed ἐνϑ' recte Ms. Schweighaeuseri, nec placet iteratum πάροικος. Vertebam: — Ubi pelamis hibernat vicina, Hellespontiaca, matura aestatis tempore Bosporitae: nam huic familiaris est.

Apparet, inquit Schweighaeuser ad h. l., iam ante Aristotelem observatum fuisse ab accolis maris et piscatoribus id, quod in histor. anim. 8, 13. philosophus scripsit, verno tempore pelamides in Pontum Euxinum intrare, ibique aestatem exigere.]

V. Plutarchus Vit. parall. pag. 795. Οἱ Σοφοκλέους βοτῆρες ἐπὶ τῶν ποιμνίων λέγουσιν·

Τούτοις γὰρ ὄντες δεσπόται δουλεύομεν,
καὶ τῶνδ' ἀνάγκη καὶ σιωπώντων κλύειν.
Famulamur illis, qui tamen domini sumus,
quamvisque taceant, nos ea audire est opus.

Ad nullam aliam Sophoclis fabulam melius quam ad Pastores hi versus referri possunt.

VI. Vide Lexicon in Ἀμφήμερον. Ἀναλῶσαι. Βάρις. Βρεκύντα. Θρηνεῖν. Ἴαννα. Κυκνῖτις. Ξανῷ. Φοινικίοις. Ψό.

ΠΟΛΥΙΔΟΣ ἢ ΜΑΝΤΕΙΣ.

I. Etymologicon Regium Ms. citatum in Valckenarii Diatr. Eurip. p. 200. Πολυΐδος. Οὕτω καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Ἀρχιβίου. καὶ ἔστι, φησὶν, πολιΐδμων μάντις ὤν. οὕτω καὶ τὸ δρᾶμα ἐπιγράφεται παρὰ Ἀριστοφάνει. μαρτυρεῖ δὲ Φιλόξενος. καὶ Σοφοκλῆς δὲ Μάντεσι συνέστειλεν·

Ὁρῶ πρὸ χειρῶν Πολυΐδου τοῦ μάντεως.

καὶ πάλιν·

Οὐκ ἔστιν εἰ μὴ Πολυΐδῳ τῷ κοιράνῳ.

Eadem nominis scriptura apud Clementem Al. Strom. I. p. 399. ubi inter insignes vates recensetur Πολυΐδός τε ἐν Ἄργει, καὶ ἐν Μεγάροις, οὗ μέμνηται ἡ τραγῳδία.

II. Euripidis Schol. ad Phoenissas 1290. Τῆς κύστεως τὸ στόμα ἐρίῳ δεσμοῦντες ἐπετίθεσαν τῷ πυρὶ, καὶ παρετήρουν πῶς ῥαγήσεται, καὶ ποῦ τὸ οὖρον ἀκοντίσει. Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσι·

Τὰς μαλλοδετεῖς κύστεις.

III. Stobaeus Floril. Tit. XXIX. p. 127.

Οὔ τοι γ' ἀφίξει τῶν ἄκρων ἄνευ πόνου.

Citra laborem magna non est assequi.

Vide Valckenarium ad Phoenissas p. 127.

IV. Porphyrius de Abstinentia L. II. p. 134. Edit. Ultraiectinae. Clemens Al. Stromat. IV. p. 565.

Ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλὸς, ἦν δὲ καμπέλου
σπονδή τε, καὶ ῥὰξ ἐντεθησαυρισμένη·
ἐνῆν δὲ συμμιγὴς ὀλαῖς παγκαρπία,
λῖπός τ' ἐλαίας, καὶ τὸ ποικιλώτατον
ξουθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

Vesti inerat ovium vellus: inerat vitium
latex, et uva cui suus perstat vigor,
et omnigenerum fructuum collectio,
et pinguis oleae sudor, et flavens apis
quod multiforme struxit e ceris opus.

Ultimum versum citat Schol. Euripidis ad Phoenissas 116. ubi docet ὄργανον poni pro ἔργον, ἐκ τοῦ ποιοῦντος τὸ ποιούμενον. Confer Xylandri et Casauboni notas ad Strabonem p. 31.

V. Schol. Comici ad Ranas 596. Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσιν ἐπί τινων ὀρνέων·

Τοὺς γλαμυροὺς κατὰ Φορβάν.

VI. Vide Lexicon in Ἀνταίας. Ἀραῖον.

ΠΟΛΥΞΕΝΗ.

I. Strabo L. X. p. 721. Ὁ δ' οὖν Σοφοκλῆς ποιήσας τὸν Μενέλαον ἐκ τῆς Τροίας ἀπαίρειν σπεύδοντα ἐν τῇ Πολυξένῃ, τὸν δ' Ἀγαμέμνονα μικρὸν ὑπολειφθῆναι βουλόμενον, τοῦ ἐξιλάσασθαι τὴν Ἀθηνᾶν χάριν, εἰσάγει λέγοντα τὸν Μενέλαον·

Σὺ δ' αὖθι μίμνων τήνδε κατ' Ἰδαίαν χθόνα,
πρίμνας Ὀλύμπου συναγαγὼν θυηπόλει.

[Malim τήνδε γ' Ἰδ. χ. Verteris: Tu autem, hic manens in Idaea terra, armenta Olympi coacta sacrifica.]

II. Stobaeus Ecl. Phys. p. 129. In Excerptis Grotii p. 165. Ἀχέρων δὲ καὶ Ἀχερουσία λίμνη ταυτὸν, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πολυξένῃ τοῦ Ἀχιλλέως ψυχὴν εἰσάγει λέγουσαν·

— Ὦι τὰς ἀπαίωνάς τε καὶ μελαμβαθεῖς
λιποῦσα λίμνας ἦλθον ἠχούσας γόοις,
Ἀχέροντες ὀξυπλῆγος ἄρσενας χοάς.

Nigrum relinquens flumen immedicabile
Acherusiae paludis accessi vadum,
ubi moesta saevis ripa lamentis sonat.

In primo versu lego ᾧ, *cui*, vel *propter quod*, relatum ad id quod praecedebat. Vulgo legitur sine ullo sensu ὦ. Reposui μελαμβαθεῖς pro vulgato μελαμβαφεῖς, quarum vocum confusionem breviter adtigi ad Aeschyli Prometheum 219. Valckenario placuit μελαμφαεῖς, cuius omnino adeunda nota ad Phoenissas pag. 367.

III. Idem Florilegii Tit. XLIX. p. 187.

Οὐ γάρ τις ἂν δύναιτο πρωρατὴς στρατοῦ
τοῖς πᾶσι δεῖξαι καὶ προσαρκέσαι χάριν·
ἐπεὶ οὐδ' ὁ κρείσσων Ζεὺς ἐμοῦ τυραννίδι
οὔτ' ἐξικνουμβρῶν, οὔτ' ἐπαυχμήσας, φίλος
βροτοῖς ἂν ἔλθοι γ', εἰ δίκην λόγων ὄφλοι·
πῶς δῆτ' ἐγὼ θνητός τ' ἄν, ἐκ θνητῆς τε φὺς
Διὸς γενοίμην εὖ φρονεῖν σοφώτερος;

Nemo imperator se potest exercitus
iactare cunctis largitate gratiae;
nec ipse qui me latius regnat deus,
seu siccat agros, imbre seu fuso rigat,
in ius vocatus omnibus causam probet,
mortalis ergo matre mortali satus
quinam Iovem ipsum vincerem prudentia?

Tragici sensum dilucide et eleganter expressit Grotius, sed quem e Graecis aegre elicias. In codice sic scriptus est quintus versus: βροτοῖς ἀνελθὼν ἐς δίκην λόγους ὄφλαι, Iudicio damnati Atticis dicuntur ὄφλειν δίκην, quod hic vix locum habere potest. Aptum sententiae verbum esset δίκην seu λόγον ὑπέχειν. Ceterum aemulatus est Sophocles Theognidem, cuius haec est sententia:

Ἀστοῖσιν δ' οὕτω πᾶσιν ἀδεῖν δύναμαι.
οὐδὲν θαυμαστὸν, Πολυπαίδη. οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
οὐθ' ὧν πάντας ἀνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.

IV. Schol. Apollonii Rhodii ad II. 1123.

Ἀπ' αἰθέρος δὲ καὶ ὑπὸ λυγαίου νέφους.

[Ab aethere et opaca nube.]

V. Ad Polyxenam respexisse videtur Longinus p. 42. Editionis Oxon. novissimae: Ἄκρως δὲ καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ θνήσκοντος Οἰδίπου καὶ ἑαυτὸν μετὰ διοσημείας τινὸς φάντοντος πεφάνταται, καὶ κατὰ τὸν ἀπόπλουν τῶν Ἑλλήνων, ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως προφαινομένου τοῖς ἀναγομένοις ὑπὲρ τοῦ τάφου. Scilicet in hoc dramate inducebatur Achillis umbra, quodque apud Euripidem narratur initio Hecubae, id Sophocles spectatorum subiecerat oculis.

VI. Vide Lexicon in Ἄπειρος. Ἠκρωτηριασμένοι. Παράρυμα.

ΠΡΙΑΜΟΣ.

Pollux X. 147. Οἰκοδόμου δὲ σκεύη, λεῖαι, γλαρίδες, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Πριάμῳ. Idem VII. 113. Καὶ λατύπους δὲ, Σοφοκλῆς, ὅπου καὶ ἐργαλεῖα τῶν λατύπων ὀνομάζει λείας καὶ γλαρίδας.

ΠΡΟΚΡΙΣ.

Vide Lexicon in Ἐπιτιμητής.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Schol. Pindari ad Pyth. V. 35. Σοφοκλῆς δὲ ἐν τῷ Προμηθεῖ, ΤΟΥ ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ, θέλων λέγειν τῆς φρονήσεως ἀντέχεσθαι, καὶ μὴ τῆς μεταμελείας.

ΡΙΖΟΤΟΜΟΙ.

I. Macrobius Saturnal. V. 19. Haec res nonne quaestione digna est, unde Virgilio aeneae falces in mentem venerint? Ponam itaque Virgilianos versus, mox et inde Sophoclis, quos Maro aemulatus est.

Falcibus et messae ad lunam quaeruntur aënis
pubentes herbae nigri cum lacte veneni.

Sophoclis autem tragoedia id, de quo quaerimus, etiam titulo praefert. Inscribitur enim Ριζοτόμοι, in qua Medeam describit

maleficas herbas secantem, sed aversam, ne vi noxii odoris ipsa interficeretur; et succum quidem herbarum in cados aeneos refundentem, ipsas autem herbas aeneis falcibus exsecantem. Sophoclis versus hi sunt:

Η δ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπου-
σ' ὀπὸν ἀργινεφῆ στάζοντα τομῆς
χαλκέοισι κάδοις δέχεται.

Et paullo post:

αἱ δὲ καλυπταὶ
κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς,
ἃς ἦδε βοῶσ', ἀλαλαζομένη,
γυμνὴ χαλκέοις ἅμα δρεπάνοις.

[Illa vero aversis a manu oculis succi nubem albam ex incisione destillantem aheneis excipit cadis,

Altero fragmento malim βοὰς ἀλαλαζομένη.

— Opertisque cistis abscissae conduntur radices, quas illa eiulans nudaque aheneis demessuit falcibus.]

II. Schol. Apollonii Rhodii ad II. 1213. Ὅτι δὲ ἡ Ἑκάτη δρυΐνῳ κλάδῳ στέφεται καὶ δράκουσι, καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ριζοτόμοις παρεισαγει τὸν Χορὸν λέγοντα·

Ἥλιε δέσποτα.
καὶ πῦρ ἱερὸν, τῆς εἰνοδίας
Ἑκάτης ἔγχος, τῷ δι' Ὀλύμπου
πολλὴ φέρεται καὶ γῆς, καίου-
σ' ἱερὰς τριόδους, στεφανωσαμένη
δρυσὶ καὶ πλεκτοῖς
ὠμῶν στειρῃσι δρακόντων.

O rex Titan, ignisque sacer,
Hecates lumen signantis iter,
fulgens aliis clarius astris,
sacris eadem triviis praeses,
quernis foliis et crudorum
spiris redimita draconum,

Nescio quo errore Grotius fragmentum hoc ad Polyxenam retulerit. In scholiis Ms. legitur: τὸ δι' Ολύμπου πολλοῦ φέρει καὶ γῆς, καίνους' — Vide Valckenarii Diatr. Eurip. p. 167.

II. Vide Lexicon in Αἰστώσας.

ΣΑΛΜΩΝΕΤΣ Σατυρικός.

De hac fabula videndus Bentleius Epistolae ad Millium p. 59.

I. Athenaeus p. 487. Καλεῖται δὲ Μάνης, καὶ τὸ ἐπὶ κοττάβου ἑφεστηκὸς, ἐφ' οὗ τὰς λάταγας ἐν παιδιᾷ ἔπεμπον, ὅπερ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σαλμωνεῖ χάλκειον ἔφη κάρα, λέγων οὕτως·

Τἀδ' ἐστὶ κνισμὸς καὶ Φιλημάτων ψόφος,
τῷ μαλλικοτταβοῦντι νικητήρια
τίθημι, καὶ βαλόντι χάλκειον κάρα.

Vide Meursii Graeciam ludibundam in κοτταβισμός. [lexicon v. πέμφιξ.]

[Leviter corrupta haec sunt. Verti equidem, quasi scriptum esset Τάδ' ἴσθι· κνισμοὺς κ. Φ. ψόφους τῷ καλλικοτταβοῦντι etc. qua in emendatione ψόφους debetur Iacobsio Attic. Mus. 3. part. 3. p. 489, ubi docte disputat de Cottabo, καλλικοτταβοῦντι autem Schweighaeusero.

Hoc scito: vellicationes et osculorum strepitus bene κοτταβίζοντι et aheneum ferienti caput, praemium promitto victoriae.]

II. Vide Lexicon in Θῆμα. Καρικοί. Πέμφιξ.

ΣΙΝΩΝ.

Vide Lexicon in Αἰθύσσειν. Ἀναιθύσσω. Ἀξέστους. Ἄρρητον. Ἐνθρίακτος.

ΣΙΣΤΦΟΣ.

Vide Lexicon in Ζεῦγος.

ΣΚΥΘΑΙ.

I. Schol. Ms. Apollonii Rhodii ad IV. 223. Φερεκύδης δὲ ἐν τῷ τετάρτῳ τὴν Μήδειαν φησιν ἆραι τὸν Ἄψυρτον ἐκ τῆς κοίτης μικρὸν ὄντα, Ἰάσονος εἰπόντος εἰς τοὺς Ἀργοναύτας ἐνεγκεῖν αὐτόν· ὡς δὲ ἐδιώκοντο, σφάξαι τε αὐτὸν τοὺς Ἀργοναύτας, καὶ μελίσαντας εἰς τὸν ποταμὸν ἐμβαλεῖν. Σοφοκλῆς ἐν μὲν Κολχίσιν ἐν τῷ Αἰήτου ῥίκῳ σφαγῆναί φησι τὸν Ἄψυρτον· ἐν δὲ τρισὶ Σκύθαις οὐχ ὁμομήτριόν φησι τὸν Ἄψυρτον τῇ Μηδείᾳ. Οὐ γὰρ ἀπὸ μιᾶς, φησὶ, κοίτης ἐβλάστον· ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηΐδος τέκνον ἄρτι βλαστάνεσκε·

τὴν δ' Εἰδυῖα πρίν ποτε Ὠκεανοῦ κόρη τίκτειν. Latentes in his trochaicos tetrametros numeris suis restituit Valckenarius Diatr. Eurip. p. 224.

Οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς ἔβλαστον. ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηΐδος
τέκνον ἄρτι βλαστάνεσκε· τὴν δ' Ἰδυῖα πρίν ποτε
Ὠκεανοῦ κόρη γ' ἔτικτεν.

[Ἐκ μιᾶς dedit Valck., ut p. quidem legitur, velut Ant. 506; sed non placet omissum κοίτης, correptum ς in ἔβλαστον, secus ac fieri monet elegantissimus Buttmannus in liquidis literas β, γ, δ, sequentibus, denique Ὠκεανοῦ primo loco positum trochaïci. Quin apparet, hos non trochaïcos esse, sed iambicos senarios, ut rei convenit. Scribito:

Οὐ γὰρ μιᾶς ἔβλαστον ἀπὸ κοίτης, ὁ δὲ
Νηρηΐδος μὲν βλαστάνεσκεν ἀρτίως,
Τὴν δὲ πρὶν Εἰδυῖ' Ὠκεανοῦ τίκτεν κόρη.

Τέκνον glossema arbitror. facile in Νηρηΐδος intelligitur ex antecedentibus ἀπό. ἀρτίως pro ἄρτι versus expetit, respuit ποτέ.]

II. Idem ad IV. 248. Ἑκαταῖος δὲ ἱστορεῖ μὴ ἐκδιδρᾶναι εἰς τὴν θάλασσαν τὸν Φᾶσιν, οὐδ' ὡς διὰ Τανάϊδος ἔπλευσαν, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτὸν πλοῦν καθ' ὃν καὶ πρότερον, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Σκύθαις ἱστορεῖ.

III. Athenaeus p. 189. Καλοῦσι δ' ἀρσενικῶς τοὺς αὐλῶνας, ὥσπερ Θουκυδίδης ἐν τῇ τετάρτῃ, καὶ πάντες οἱ καταλογάδην συγγραφεῖς· οἱ δὲ ποιηταὶ θηλυκῶς. Σοφ. Σκύθαις·

Κρημνούς τε καὶ σήραγγας, ἠδ' ἐπακτίας
αὐλῶνας.

Observavit Abreschius ad Thucydidem p. 471. haec ad verbum fere in rem suam transtulisse Virgilium Georg. III. 276.

Saxa per et scopulos et depressas convallis.

IV. Vide Lexicon in Ἀχίλλειον. Ἀψάλακτος.

ΣΚΥΡΙΑΙ.

I. Notum argumentum fabulae. Vide Hyginum Cap. XCVI. et Philostrati iunioris iconem, cui titulus Achilles in Scyro pag. 863. ubi Sophoclei dramatis meminit: Σκῦρος, νῆσος, ἣν ὁ θεῖος Σοφοκλῆς ἀνεμώδεα καλεῖ. Constabat Chorus e Scyriis puellis, unde fabulae titulus, qui saepe perperam scriptus occurrit Σκύ-

ριοι, pro Σκύριαι. Ioanni Toupio non adsentior adfirmanti unam fuisse fabulam gemino titulo insignitam *Scyrias et Achillis amatores:* cuius rei si quem auctorem habuit, omnino falsus est. Diversas fabulas fuisse vel inde liquet, quod in Ἀχιλλέως ἐρασταῖς inducebatur Peleus, cuius in Σκυρίαις nullae poterant esse partes. Illa satyrica erat; haec tragica.

II. Plutarchus Moral. p. 34. et 72.

Σὺ δ', ὦ, τὸ λαμπρὸν φῶς ἀποσβεννὺς γένους,
ξαίνεις, ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς.

Tun' gentis altum lumen exstinguens trahis
hìc pensa, genitus optimo Graiûm patre?

His verbis sedentem inter puellas in Scyro Achillem increpabat Ulysses. In posteriore Plutarchi loco pro ἀποσβεννὺς legitur e glossemate καταισχύνων. Sunt autem isti versus e Scyriis Sophoclis, quod e stylo et comparatis secum duobus Plutarchi locis satis est probabile.

III. Stobaeus Floril. Tit. LI. p. 199.

Φιλεῖ γὰρ ἄνδρας πόλεμος ἀγρεύειν νέους.

Iuvenes amat raptare Bellonae furor.

IV. Idem Tit. LIX. p. 225.

Οἱ τοντοναῦται τῶν ταλαιπώρων βροτῶν,
οἷς οὔτε δαίμων, οὔτε τις θεῶν νέμων
πλοῦτόν, ποτ' ἂν νείμειεν ἀξίαν χάριν.
λεπτῆς ἐπὶ ῥοπῆσιν ἁμπολὰς μακρὰς
ἀεὶ παραῤῥίπτοντες οἱ πολύφθοροι,
ἴσως ἂν ἢ κέρδαναν, ἢ διώλεσαν.

Heu miseri vere navigantum natio,
quorum periclis non pares quisquam deûm,
non Fors hers opibus gratias rependerint.
fluxam sequentes nam levis venti fidem
in magna merces damna proiiciunt suas,
donec reperiant lucra, vel mortem oppetant.

V. 1. οἱ. v. 3. νείμειεν. ult. ἴσως ἂν ἢ κέρδαναν auctoritate codicis firmantur, in quo distincte scriptum ἐπὶ ῥοπῆσιν. Credideram olim legendum esse ἐπὶ ῥιπῆσιν. Nunc vero nihil muto. ῥοπὴ hìc sperandi momenta significat. Vox est πολύσημος, quae in

utramque partem accipitur. In Trachin. 82. veteres critici per κίνδυνον exponunt. In 3. versu libri omnes habent πλούτου mendose.

[Frigent verba οὔτε τις θεῶν νέμων πλοῦτον: nam deorum quisque divitias largiri potest; neque recedendum mihi videtur esse a codicum scriptura πλούτου, sed legendum: οὔτε τις θνητὸν πλούτου ποτ' ἂν etc. quibus nec deus nec quisquam alius divinarum opum dignam rependerit gratiam. Post χάριν commate tantum distinguendum, siquidem haec rectius pro una sententia accipiuntur.]

V. Idem Tit. CXVII. p. 483.

Πάντ' ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γήρᾳ κακὰ,
νοῦς φροῦδος, ἔργ' ἀχρεῖα, φρουτίδες κεναί.

Adsunt senectae multa simul incommoda,
mens vana, cura inefficax, labor irritus.

Horum senariorum alterum laudat Clemens Al. Cohort. ad Gentes pag. 73. ubi non ἔργ', sed ὦτ' ἀχρεῖα, *aures inutiles*, legitur.

VI. Idem Tit. CXXV. v. 509.

Ἀλλ' εἰ μὲν ἦν κλαίουσιν ἰᾶσθαι κακὰ,
καὶ τὸν θανόντα δακρύοις ἀνιστάναι,
ὁ χρυσὸς ἥσσον κτῆμα τοῦ κλαίειν ἂν ἦν·
νῦν δ', ὦ γεραιὲ, ταῦτ' ἀνηνύτως ἔχει,
τὸν μὲν τάφῳ κρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν.
καὶ μοὶ γὰρ ἂν πατήρ γε δακρύων χάριν
ἀνῆκτ' ἂν ἐς φῶς.

Humana luctu si levarentur mala,
lacrimaeque vitam redderent silentibus,
tum fletus auro carior merito foret;
nunc illud autem, mi senex, fieri nequit,
ut iam sepultus redeat in lucis viam.
sin posset, emtus lacrimis dudum pater
mihi redisset.

[Simillimus horum est Philemonis locus, quem Gnomicorum pag. 197. exhibet, sed in fine mendosum, Brunckius, hunc:

Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,
ἀεί γ' ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο.
ἠλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα, δόντες χρυσίον·
νῦν δ' οὐ προσέχει τὰ πράγματ' οὐδ' ἀποβλέπει
ἐς ταῦτα, δέσποτ', ἀλλὰ τὴν αὑτὴν ὁδὸν,
ἐάν τε κλαίῃς, ἄν τε μὴ, πορεύσεται.
τί οὖν πλέον σοί γ'; οὐδέν. ἡ λύπη δ' ἔχει,
ὥςπερ τὰ δένδρα καρπὸν, οὕτω δάκρυα.

Ultimus versus in Stobaei cod. tit. 37. sic legitur: ὥςτερ τὸ δένδρον τοῦτο καρπὸν, τὸ δάκρυον, transposita voce οὕτω, ut opinor, apud Plutarchum vero edit. Ald p. 97. l. 12. sic: ὥ. τὰ δένδρα καρπὸν, τὰ δάκρυα, omisso eodem verbo propter utrimque vicina ei persimilia. Sophocles Oedip. Col. 256.:

Ὥςπερ με κἀνεστήσαθ', ὧδε σώσατε.

Et s. p. Aliter tamen Bentleius et B., quos vide Gnomicorum l. l.]

V. 6. κἀμοὶ — πατὴρ γε codicis est scriptura. Grotius dedit καί μοι πατήρ τε.

VII. Vide Lexicon in Ἀποστιβής. Αὐτόσιτον. Ἀχρήματον. Εὔωρος.

[ΣΤΝΔΕΙΠΝΟΝ ἢ ΣΤΝΔΕΙΠΝΟΙ.

Vid. Ἀχαιῶν σύλλογος.]

ΤΕΤΚΡΟΣ.

I. Stephanus. Κυχρεῖος, πάγος περὶ Σαλαμῖνα. ΣοΦοκλῆς Τεύκρῳ.

II. Aristophanes Nubibus 583. Βροντὴ δ' ἐῤῥάγη δι' ἀστραπῆς. Ad quae Scholiastes, παρὰ τὰ ἐκ Τεύκρου ΣοΦοκλέους·

Οὐρανοῦ δ' ἄπο
ἤστραψε, βροντὴ δ' ἐῤῥάγη δι' ἀστραπῆς.

[Coelum vero fulminabat, et fulgura tonitru perfregit.]

III. Stobaeus Floril. Tit. CXXIII. p. 503.

Ὡς ἆρ', ὦ τέκνον, κενὴν
ἐτερπόμην σου τέρψιν εὐλογουμένου,
ὡς ζῶντος· ἡ δ' ἄρ' ἐν σκότῳ λαθοῦσά με
ἔσαιν' Ἐρινὺς ἡδοναῖς ἐψευσμένον.

Nate, quam mendax tui
me fama casso mulsit oblectamine,
vivum ut putarem! sed fera imposuit mihi
tenebricosa furia falsis gaudiis.

ΤΗΡΕΤΣ.

I. Ad hoc drama adludit Comicus in Avibus 100. ubi Epopis rostrum ridenti Euelpidi Epops ait:

Τοιαῦτα μέντοι Σοφοκλέης λυμαίνεται
ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα.

Ad quae sic Scholiastes: ἐν γὰρ τῷ Τηρεῖ Σοφοκλῆς ἐποίησεν αὐτὸν ἀπωρνιθωμένον, καὶ τὴν Πρόκνην· ἐν ᾧ ἔσκωψε πολλὰ τὸν Τηρέα. Idem argumentum post Sophoclem tractavit Philocles, quem in eadem fabula perstringit Comicus v. 280. ubi haec habet Scholiastes: ὁ Σοφοκλῆς πρῶτος τὸν Τηρέα ἐποίησεν, εἶτα Φιλοκλῆς.

II. Stobaeus Floril. Tit. X. p. 71.

Φιλάργυρον μὲν πᾶν τὸ βάρβαρον γένος.
Pecuniae avidum est omne barbaricum genus.

III. Idem Tit. XIII. p. 83.

Θάρσει· λέγων τἀληθὴς, οὐ σφαλεῖ ποτε.
Confide: promens vera, non erraveris.

Lemma huic versui praefixum in Reg. cod. Σοφοκλ. Τηρεῖ. In alio, quo usus est Ruhnkenius noster, adscriptum ἐκ Τειρεσίου, quo nomine nullum Sophocles drama edidit. In Vindobon. Εὑρετ. Τηρεῖ. eodem errore, quo deceptus fuit Apostolius Proverb. X. 12.

IV. Idem Tit. XX. p. 107.

Ἄνους ἐκεῖνος, αἳ δ' ἀνούστεραί γ' ἔτι
ἐκεῖνον ἠμύναντο καρτερώτερον·
ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσι θυμωθεὶς βροτῶν
μεῖζον προσάπτει τῆς νέσου τὸ φάρμακον,
ἰατρός ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων κακῶν.
Amens quidem satis ille: verum ipsae magis,
quis plus valentem libuit ulcisci virum.
adversitati quisquis iratus suae

medicamen aptat gravius aegritudine,
non est peritus ille sanandi artifex.

In Reg. cod. lemma adscriptum 1. versui ΣοΦ. et 3. τοῦ αὐτοῦ Τηρεῖ. Hoc statim 1. versui adpositum in Vindobon. continuatis una serie quinque versibus.

V. Idem Tit. XXII. p. 115.

Θνητὴν δὲ Φύσιν χρὴ θνητὰ φρονεῖν,
τοῦτο κατειδότας, ὡς οὐκ ἔστιν
πλὴν Διὸς οὐδεὶς τῶν μελλόντων
ταμίας, ὅ τι χρὴ τετελέσθαι.

Nil mortales spirare supra
mortale decet, memores solo
dispensari Iovis arbitrio
homini quodcumque futurum est.

Hos anapaestos e Sophoclis Tereo esse, fidem faciunt duo Stobaei codices.

VI. Idem Tit. XXXIX. p. 157.

Πολλά σε ζηλῶ βίου,
μάλιστα δ', εἰ γῆς μὴ πεπείραται ξένης.

Beatum te puto vitae, hoc magis
quod dura nescis tristis exsili mala.

Perperam in libris κάλλιστα.

VII. Idem Tit. LXVIII. p. 283.

— Νῦν δ' οὐδέν εἰμι· χωρὶς ἀλλὰ πολλάκις
ἔβλεψα ταύτῃ τὴν γυναικείαν Φύσιν,
ὡς οὐδέν ἐσμεν· αἰ, νέαν μὲν ἐν πατρὸς
ἥδιστον, οἶμαι, ζῶμεν ἀνθρώπων βίον·
τερπνῶς γὰρ αἰεὶ πάντας ἡ νοια τρέφει·
ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' εὔφρονες,
ὠθούμεθ' ἔξω, καὶ διεμπολούμεθα
θεῶν πατρῴων τῶν τε φυσάντων ἄπο,
αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους,
αἱ δ'· εἰς ἀηθῆ δώμαθ', αἱ δ' ἐπίρροθα·
καὶ ταῦτ', ἐπειδὰν εὐφρόνη ζεύξῃ μία,
χρεὼν ἐπαινεῖν καὶ δοκεῖν καλῶς ἔχειν.

Deserta iam nil valeo: saepe autem meo
in corde volvi, quam sit infesta undique

aors feminarum. aetatis in primordio
vitam puellae vivimus suavissimam.
nam blanda nutrix semper insipientia est.
maturiores postquam ad annos venimus,
emancipamur, et foras protrudimur
procul paternis Diis, procul parentibus.
hospitibus aliae damur, at aliae barbaris,
in foederatas, aut in externas domos:
et ista noctis unius commercio
probanda nobis omnia ac laudanda sunt.

V. 5. legendum videtur ἡ Ἄγνοια. V. 10. ἀλῃθῆ δώματα est lectio codicis. Impressi habent ἀλῃθῆ. Neutrum sententiae satis aptum videtur. Quibuscumque moribus sit et qualicumque fortuna utatur vir hospes vel barbarus, cui puella nuptum datur, haud secus *insueta* est, quo ducitur, domus. Si per ἀλῃθῆ δώματα intelligas virum beatum et bene moratum, nec aliter intelligere possis, nihil est quod conqueratur puella tali coniuncta viro. Acutissime coniicit iuvenis egregius felicis ingenii, cuius ante duos annos prodiit libellus emendationum in priscos auctores, scripsisse poëtam: αἱ δ' εἰς σαλευτὰ δώμαθ', *in domos quas fortuna adversa exagitat, calamitatum fluctibus quassatas.* Hanc metaphoram amat noster. Vide Oed. T. 23. Ant. 163. El. 1074. ἐπίῤῥοθα valet ἐπίψογα, *flagitiosas domos, vituperio dignas.* Quae significatio Gesnerum latuit, qui vertit, *aut in veras familias, aut auxiliares.* Melior non est Grotii versio. Hunc locum adtigit Valckenarius ad Eurip. Hippol. 628. Erudito viro suboluit veram vocem latere, quam eruit iuvenis Germanus F. Iacobs.

[Ἀῃθῆ cum legatur in codice Ms., vix dubito, poëtam dedisse ἀηδῆ, odiosa.]

VIII. Idem Tit. LXXXVI. p. 355.

Ἐν φύλῳ ἀνθρώπων μί' ἔδειξεν
πατρός τε μητρὸς θ' ἡμέας ἀμέρα
τοὺς πάντας· οὐδεὶς ἔξοχος
ἄλλος ἔβλαστεν ἄλλου.
βόσκει δὲ τοὺς μὲν μοῖρα δυσαμερίας,

τοὺς δ' ὄλβος ἡμῶν· τοὺς δὲ δουλείας ζυγὸν
ἔσχεν ἀνάγκας.

Matre editos ac patre communis fovet
lux obstetricatu suo:
nec natus alter altero excellentior:
sed hos atroci verbere
Fortuna saevum tractat: illis in sinum
effundit immensas opes:
sunt servitutis quos sub immiti iugo
pressos tenet necessitas.

[Legitur v. Ἐν φύλῳ ἀνθρώπων, pessimo hiatu; porro τατρὸς καὶ μητ. ἡμ. ἀμ. ex int. obscuro quidem metro, extrema vero fragmenti venustissimi sic exhiberi solent:

τοὺς δὲ δουλείας ζυγὸν
ἔσχεν ἀνάγκας.]

IX. Idem Tit. XCVIII. p. 409.

Τὰν δ' ἀνθρώπου ζωὰν ποικιλομήτιδες ἄται
πημάτων πάσαις μεταλλάσσουσιν ὥραις.

Vicibus pingens hominum vitam
varios sumit poena colores.

[Haec ita legam:

Ἀνθρώπου ζωὰν ποικιλομήτιδες
ἄται πημάτων
πάσαις μεταλλάσσουσιν ὥραις.]

X. Idem Tit. CX. p. 435.

Μήπω μέγ' εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.

Nec dic beatum quem mori non videris.

Versus hic ad Tereum pertinet, non ad Tyronem, ad quam fabulam male refertur in Stobaei libris. Eo utitur Cicero ad Atticum IV. 8. Heathius legendum esse contendit μήπω μέγ' εἴπῃς. Nimirum ne anapaestus sit in secunda sede: sed fallitur, ut et Gronovius ad Ciceronem. [Recte vero Heath. vulgata μέγαν εἴπ. ab interpretante est.]

XI. Idem Tit. CVIII. p. 457.

Ἀλγεινὰ, Πρόκνη· δῆλον· ἀλλ' ὅμως χρεὼν
τὰ θεῖα θνητοὺς ὄντας εὐπειθῶς φέρειν.

Haec dura, Procne; fateor: interea deûm,
decreta placide ferre mortales decet.

XII. Aristoteles de Poëtica cap. XVI. ubi de variis agnitionibus agit, exemplo utitur e Sophoclis Tereo petito. Locum difficilem, in cuius intellectu non consentiunt interpretes, satis mihi sit indicasse: Καὶ ἐν τῷ Σοφοκλέους Τηρεῖ ἡ τῆς κερκίδος φωνή.

XIII. Vide Lexicon in Αἴγλη. Φάρος.

[In Scholiis Homeri Venetis, a Villoisono editis, ad Iliad. ὁ, 705. hic legitur Terei Sophocleae versus:

XIV. Ἥλιε, φιλίπποις Θρᾳξὶ πρέσβιστον σέβας.

Sic enim scribendum puto pro eo, quod liber praefert, commutatione frequenti, σέλας. cf. T. 811. Lucem hinc lucratur Euripidis Hecub. 1067, ubi Thrax Polymestor excoecatus Solis opem implorat, quod cur fieret, Musgravius ambigebat. cf. tamen Incert. 90. 91. et T. 647.

Sol, amantium equos Thracum supreme deus.]

ΤΡΙΠΤΟΛΕΜΟΣ Σατυρικός.

I. Dionysius Halic. Antiq. Libri I. initio: Μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ Σοφοκλῆς μὲν ὁ τραγῳδοποιὸς ἐν Τριπτολέμῳ δράματι. πεποίηται γὰρ αὐτῷ Δημήτηρ διδάσκουσα Τριπτόλεμον, ὅσην χώραν ἀναγκασθήσεται σπείρων τοῖς δοθεῖσιν ὑπ' αὐτῆς καρποῖς διεξελθεῖν. μισσθεῖσα δὲ τῆς ἑῴου πρῶτον Ἰταλίας, ἥ ἐστιν ἀπὸ Ἄκρας Ἰαπυγίας μέχρι περθμοῦ Σικελικοῦ, καὶ μετὰ τοῦτο τῆς ἀντικρὺ ἀψαμένη Σικελίας, ἐπὶ τὴν ἑσπέριον Ἰταλίαν αὖθις ἀναστρέφει, καὶ τὰ μέγιστα τῶν οἰκούντων τὴν παράλιον ταύτην ἐθνῶν διεξέρχεται, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Οἰνώτρων οἰκήσεως ποιησαμένη. ἀπόχρη δὲ ταῦτα μόνα λεχθέντα τῶν ἰαμβείων, ἐν οἷς φησι·

Τὰ δ' ἐξόπισθε, χειρὸς ἐς τὰ δεξιὰ,
Οἰνωτρία τε πᾶσα, καὶ Τυρσηνικὸς
κόλπος, Λιγυστικὴ τε γῆ σε δέξεται.

[Deinde vero ad dextram magna te Oenotria et Tyrrhenus sinus excipiet, et terra Ligustica.

Οἰνωτρία πᾶσα dictum ut Τροίαν πᾶσαν Philoct. 1303, ubi non recte B. vertit: tota Troia: ut enim alibi Troia audit magnifica, εὐρυεδὴς, εὐρυόδειος, sic ibi vocatur πᾶσα, quod idem con-

venit Oenotriae, et cuivis rei magnae; ut nostrates quoque dicere solent: *ganz Amerika, ganz Berlin.* Eurip. Med. 454: Πᾶν κέρδος ἡγοῦ, ubi recte interpres: Putes, magnum esse lucrum.]

II. Plinius Libro XVIII. p. 107. Edit. Harduini in fol. Sophocles Poëta in fabula Triptolemo frumentum Italicum ante cuncta *laudavit*, ad verbum translata sententia:

Et fortunatam Italiam frumento canere candido.

III. Sophoclis Triptolemi meminit Strabo L. I. p. 47. ubi docet Homerum in Geographicis accuratiorem seriptoribus poëtis.

IV. Athenaeus p. 67. Μνημονεύει Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ τοῦ ταριχηροῦ γάρου. Versus exstat integer in Pollucis Onomastico VI. 65.

Οὐδ' ἡ τάλαινα δοῦσα ταριχηροῦ γάρου.

Herodianus Piersoni p. 437. Ὁ γάρος ἀρσενικῶς· τὸν ἰχθύων γάρον. καὶ γάρον τὸν ἰχθυηρόν. Σοφοκλῆς.

[Misera, quae ne salsamentorum quidem liquamen dare sustinuit. Casaub.]

V. Idem p. 110. Ὁρίνδου δ' ἄρτου μέμνηται Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ, ἤτοι τοῦ ἐξ ὀρύζης γινομένου, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν Αἰθιοπίᾳ γιγνομένου σπέρματος, ᾧ ἐστιν ὅμοιον σησάμῳ.

VI. Idem p. 447. ex Casauboni emendatione: Τὸν δὲ κρίθινον οἶνον, καὶ βρύτον τινὲς καλοῦσιν, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ·

— Βρύτον δὲ τὸν χερσαῖον οὐδιεῖν χαμαί.

[Abest lexicis verbum οὐδιεῖν, utpote a Casaubono confictum, qui et versus explendi causa addidit χαμαί. Codd. ϙὺ δυϙῖν vel οὐ δυεῖν, sed edd. Ven. et Bas., quas potissimum sequebatur Casaubonus, iunctim οὐδυεῖν. Villebrunius, monente Schweighaeusero, ϙὺ δύειν legens, verbum δύειν ait apud Hippocratem activa notione usurpari de ingerendis in os et corpus alimentis, similiterque apud Sophoclem h. l. de ingerendo potu, i. e. de bibendo, esse accipiendum.]

VII. Harpocration: Μελίνη, ὀσπρίου ἐστὶ σπέρμα, καὶ ἀρσενικῶς λέγουσι· θηλυκῶς δὲ Σοφ Κνήμη μελίνης.

[Fortasse legendum est: κυαμίνη μελίνη.]

VIII. Scholiastes Pindari ad Olymp. X. initio: Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ·

Θὶς δ' ἐν φρενὰς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους.

[Pugillaribus mentis inscribito sermones meos.]

IX. Vide Scholiastam nostrum ad Oedip. Col. 504. et Lex. in Ἀμάλλαι. Ἀμφικλίξ. Ἀπυνδάκωτος. Ἀφράδμων. Δαίς. Ἕλκη. Εἰς ὀρθόν. Ζευγηλάτης. Θαιρός. Ἴαννα. Ἰλλυρίς.

ΤΡΩΙΑΟΣ Σατυρικός.

I. Schol. Pindari ad Nem. III. 60. Περὶ δὲ τῆς μεταμορφώσεως τῆς Θέτιδος, καὶ Σοφοκλῆς φησὶν ἐν Τρωΐλῳ·

Ἔγημεν, ὡς ἔγημεν, ἀφθόνους γάμους,
τῇ πεντεμόρφῳ Θέτιδι συμπλακεὶς ποτέ.

[Legitur v. ἀφθόγγους γάμους, quod quomodo tueri possint, non intelligo. Forma, qualis est ἔγημεν, ὡς ἔγημεν, in iis rebus usurpatur, quarum nos poenitet, vel quas contemnimus: cui potestati congruit ἀφθόνους. Reddebam:

Confeci, utcunque confeci, haud invidendas nuptias, ducta olim quinquies mutanda Thetide.]

II. Pollux X. 165. Ξίφους δὲ ὄνομα ἔοικεν εἶναι βαρβαρικὸν ἡ Σκαλμὴ, Σοφοκλέους εἰπόντος ἐν Τρωΐλῳ·

Σκαλμῇ γὰρ ὄρχεις βασιλὶς ἐκτέμνουσ' ἐμούς —

[Ferro enim testes regina exsecans meos —]

III. Vide Lexicon in Ἀμάσεται. Ἀνδρόπαις. Ἀπέσκη. Ἄπιστος. Ἄσας. Ἀσόλοικον. Ἐλαιεῦται. Ἕρκη. Ἰήϊος. Καταρβύλοις. Ναρόν. Σακοδερμίτης.

ΤΥΜΠΑΝΙΣΤΑΙ.

I. Stobaeus Floril. Tit. LIX. p. 227.

Τί τοῦδε χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις ποτὲ
τοῦ γῆς ἐπιψαύσαντα, χὑπὸ τῳ στέγῃ
πυκνῆς ἀκοῦσαι ψεκάδος εὐδούσῃ φρενί;

Possitne maius gaudium a superis dari,
quam terra si te excipiat, et tecto latens
curis solutus audias pluviae sonum.

Partem huius fragmenti refert Cicero in Epist. ad Atticum 7, libri II. *Cupio istorum naufragia ex terra intueri: cupio, ut ait tuus amicus Sophocles*, κἂν ὑπὸ στέγῃ πυκνῆς ἀκούειν ψεκάδος εὐδούσῃ φρενί. Sic Sophoclea leguntur in Ciceronis editione, qua utor, Ios. Oliveti, ad quae nihil ille adtulit praeter ieiunam ne-

scio cuius notulam. Nescio unde in Ciceronem venerit istud κᾆν prorsus alienum. Sane in Stobaeo tam impresso quam scripto legitur καὶ ὑπὸ στέγῃ, et reliqua, ut ea dedi. Andr. Schottus, qui Ciceronis locum protulit ad Zenobii Prov. III. 95. dedit etiam καὶ ὑπὸ — Verum insuavem istum hiatum refugiebant Attici poëtae, quibus solemne καὶ ὑπὸ contrahere in χὑπὸ, priore longa, ob crasin. Scripsisse opinor Sophoclem χὑτέ τῳ στέγῃ, posito τῳ pro τινὶ, quod, ut minus frequens, librariis fraudi fuit. Heathio placet καὶ στέγης ὕπο, quae emendatio minus probabilis est.

[Probabilius mihi videtur: ἐπιψαύσαντ' ἀκὴν ὑπὸ στέγῃ, ἀκὴν relato ad εὐδούσῃ. Εὕδουσα φρὴν ductum ex Aeschyli Eumenid. 104. cf. Tyrus fragm. 8.]

II. Stephanus in Χαλδαῖοι. — Εἰσὶ δὲ Χαλδαῖοι ἔθνος πλησίον τῆς Κολχίδος. ΣοΦ. Τυμπανισταῖς·

Κόλχος τε, Χαλδαῖός τε, καὶ Σύρων ἔθνος.

III. Vid. Scholiastam nostrum ad Antig. 980. et Lexicon in Ἀδήμων, Ἀνετῶς, Ἀντιστρίφω. Δράκαυλος. Ἐλύμους.

ΤΥΝΔΑΡΕΩΣ.

Stobaeus Floril. Tit. CV. p. 431.

Οὐ χρὴ ποτ' εὖ πράσσοντος ὀλβίσαι τύχας
ἀνδρὸς, πρὶν αὐτῷ παντελῶς ἤδη βίος
διεκπερανθῇ· κῳλίγῳ δ' εἵλ' ἐν χρόνῳ
πάμπλουτον ὄλβον δαίμονος κακοῦ δόσις,
ὅταν μεταστῇ, καὶ θεοῖς δοκῇ τάδε.

Celebranda laude nullius felicitas
hominis, priusquam sorte defunctus sua
mortalis aevi terminos impleverit:
namque una saepe quamlibet celsas opes
in plana traxit hora, quum se lubrica
Fortuna solvit, atque sic visum deo.

[Legitur v.: διεκπερανθῇ, καὶ τελευτήσῃ βίον. Ἐν γὰρ βραχεῖ καθεῖλε κῳλίγῳ χρόνῳ Πάμπλουτον etc., obtrusis poëtae interpretamentis. Δόσις dictum videri possit ut διδόναι πληγὰς et similia; cf. et T. 1488; sed de hoc mihi non constat, itaque potius reposuerim:

Διεκτεραν9ῇ· ἵν' γὰρ βραχεῖ καθείλετο
Πάμπλουτος ὄλβος, δαίμονος καλοῦ δόσις,
Ὅταν etc.]

TYRO.

Tyronis historiam narrat Homerus Odyss. Λ. 234. ubi tamen nihil est quod in scena exhiberi potuerit. Argumentum fuit Tyro a filiis agnita, quos ex Neptuno pepererat, quosque statim a partu exposuerat, Neleo et Pelia: hi Sideronem Tyronis novercam interfecerunt. Τελειωθέντες δὲ ἀνεγνώρισαν τὴν μητέρα, καὶ τὴν μητρυιὰν ἀπέκτειναν Σιδηρώ, auctore Apollodoro p. 46. editionis Heynii, cuius in notis omnia collecta quae ad Tyronis historiam pertinent. Fabulam bis edidit Sophocles, unde modo prior, modo posterior Tyro citatur.

I. Aristoteles de Rhetorica L. II. cap. 25. Αλλος τόπος, τὸ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος κατηγορεῖν, οἷον ὡς ὁ Σοφοκλῆς·

Σαφῶς Σιδηρὼ καὶ φορεῖσα τοὔνομα.

Ex alia fabula quam e Tyrone senarius hic esse non potest.

II. Comicus in Lysistratâ 138.

Οὐκ ἐτὸς ἀΦ' ἡμῶν εἰσιν αἱ τραγῳδίαι.
Οὐδὲν γὰρ ἐσμὲν πλὴν Ποσειδῶν καὶ σκάΦη.

Ad quem locum Scholiastes: Εἰς τὴν Σοφοκλέους δὲ Τυρὼ ταῦτα συντείνει, ἐκθεῖσαν τὰ τέκνα εἰς σκάφην. Alius: Εἰς τὴν Τυρὼ δὲ Σοφοκλέους αἰνίττεται καθεῖσαν τὰ τέκνα εἰς σκάφος — ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐμίγη Τυροῖ, καὶ ἐγέννησε Νηλέα καὶ Πελίαν.

III. Scholiastes Euripidis ad Orestem in fine: Η κατάληξις τῆς τραγῳδίας ἢ εἰς Ὀρῆνον, ἢ εἰς πάθη καταλήγει· ἡ δὲ κωμῳδία γέλωτι καὶ εὐΦροσύναις ἐνύΦανται, ὅθεν ὁρᾶται τόδε τὸ δρᾶμα κωμικῇ καταλήξει χρησάμενον· διαλλαγαὶ γὰρ πρὸς Μενέλαον καὶ Ὀρέστην. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἀλκήστιδι ἐκ συμφορῶν εἰς εὐφροσύνην, καὶ ἐν Τυροῖ Σοφοκλέους ἀναγνώρισμα κατὰ τὸ τέλος γίνεται.

IV. Aristoteles de Poëtica cap. XVI. Εἴδη δὲ ἀναγνωρίσεως· πρώτη μὲν ἡ διὰ σημείων. τούτων δὲ τὰ μὲν σύμφυτα, τὰ δὲ ἐπίκτητα· καὶ τούτων τὰ μὲν ἐν τῷ σώματι, οἷον οὐλαί· τὰ δὲ ἐκτὸς, τὰ περιδέραια· καὶ οἷον ἐν τῇ Τυροῖ διὰ τῆς σκάφης.

V. Pollux IV. 141. ubi describit tragicas personas: Τυρὼ πελιδνὴ τὰς παρειὰς παρὰ Σοφοκλεῖ.

VI. Scholiastes Aristophanis ad Aves 276. Ἕξεδρον χώραν ἔχων] Ἐκ τῆς Σοφοκλέους δευτέρας Τυροῖς ἀρχή·

Τίς ὄρνις οὗτος ἔξεδρον χώραν ἔχων;

[Quaenam ista peregrinum incolens avis locum?]

VII. Athenaeus pag. 99. ubi χορτασθῆναι pro κορεσθῆναι adhiberi ostendit: Σοφοκλῆς τε ἐν Τυροῖ·

Ὃν τοῖσι παγχόρτοισιν ἐξενίζομεν.

[Quem omnigenis epulis excepimus.]

VIII. Idem p. 475. Μνημονεύει δὲ τῶν καρχησίων καὶ Σαπφώ. Σοφοκλῆς δὲ Τυροῖ·

— Προεστῆναι μέσην
τράπεζαν ἀμφὶ σιτία καὶ καρχήσια.

Proferuntur haec etiam a Macrobio Saturn. V, 21. Quae autem apud Athenaeum sequuntur, ipsius verba sunt, rem apud Tragicum narratam obiter explicantis: πρὸς τὴν τράπεζαν φάσκων προσεληλυθέναι τοὺς δράκοντας, καὶ γενέσθαι περὶ τὰ σιτία καὶ τὰ καρχήσια. Casauboni errorem corrigit Gataker. T. I. p. 500.

[Reponendum esse vidit Schweighaeuser, vir doctissimus, προεστῆναι μέσην τράπεζαν, i. e. προεστῆναι πρὸς μέσην τράπεζαν, ut intelligi solent verbales praepositiones. quod v. legitur, frequenti commutatione, προστῆναι μέσην τράπεζαν soloecum est, nec versus fert προστῆναι μέσης τραπέζης, ut rescribendum esset ex linguae regulis. Confirmatur correctio verbis Athenaei, quibus haec περιφράζει. — Mediae mensae adstitisse dracones circum cibos et pocula.]

IX. Stobaeus Floril. Tit. XX. p. 107.

Πόλλ' ἐν κακοῖσι θυμὸς εὐνηθεὶς ὁρᾷ.

Sopitus animus in malis multum videt.

[Vid. supra ad Tympanist. I.]

X. Idem Tit. XLVI. p. 177.

Ἄκων δ' ἁμαρτὼν οὔ τις ἄνθρωπος κακός.

Non est malus, qui sponte non peccat sua.

Qui praecedit versus Euripidis est in Auge: hic autem Sophoclis in Tyrone. Singulos suis auctoribus tribuit Cod. Vindobon.

[Elegantius foret Ἀκονθ' ἁμαρτὼν etc. ut et alibi poëta.]

XI. Idem Tit. LXXXVII. p. 355.

Πολλῶν δ' ἐν πολυπληθίᾳ
οὔτ' ἀπ' εὐγενέων ἐσθλὸς, οὔτ' ἀχρείων
ὁ λίαν κακός·
βροτῶν δὲ πιστὸν οὐδέν.

Mortalium in tanto grege
non semper e vili statu
enascitur mens degener:
non semper e propagine
boni creantur nobili.
nil usque constans: sed vagae
sunt rebus humanis vices.

XII. Idem Tit. XCIX. p. 417.

Τίκτουσι γάρ τοι καὶ νόσους δυςθυμίαι.

Saepe aeger animus corpori morbos dedit.

XIII. Idem Tit. CX. p. 459.

Μὴ σπεῖρε πολλοῖς τὸν παρόντα δαίμονα·
σιγώμενος γάρ ἐστι θρηνεῖσθαι πρέπων.

Malum quod urget spargere in vulgus cave:
debetur etenim luctibus silentium.

XIV. Idem Tit. CXVI. p. 475.

Γῆρας διδάσκει πάντα καὶ χρόνου τριβή.

Senium diesque longa res omnes docent.

XV. Aelianus de Nat. Animal. L. II. cap. 10. Μάλιστα δὲ κομῶσα ἵππος ἁβροτάτη τέ ἐστι καὶ θρυπτικωτάτη. ἀτιμάζει γοῦν ἀγαβῆναι τοὺς ὄνους αὐτήν. ἵππῳ δὲ γαμουμένη ἥδεται, καὶ ἑαυτὴν ἀξιοῖ τῶν μεγίστων. ὅτερ οὖν συνειδότες οἱ βουλόμενοι ἡμιόνους σφίσι γενέσθαι, ἀποθρίσαντες τῆς ἵππου τὴν χαίτην εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν, εἶτα μέντοι τοὺς ὄνους ἐπάγουσιν· ἡ δὲ ὑπομένει τὸν ἄδοξον ἤδη γαμέτην, πρῶτον αἰδουμένη. καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἔοικε μεμνῆσθαι τοῦ τάθους. Morem equas tondendi, quo facilius asinos admittant, tangit ruraus XII. 16. versusque ipsos Sophoclis profert XI. 18. Θήλειαν δὲ ἵππον εἰς ἀφροδίσια λυττήσασαν πάνυ σφόδρα παῦσαι ῥᾳδίως ἐστὶν, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, ἤν τις αὐτῆς ἀποκείρῃ τὰς κατὰ τοῦ

τένοντος τρίχας· αἰδεῖται γὰρ, καὶ οὐκ ἀγανακτήσει, καὶ παύσεται τῆς ὕβρεως καὶ τοῦ σκιρτήματος τοῦ πολλοῦ, κατηφήσασα ἐπὶ τῇ αἰσχύνῃ. τοῦτό τοι καὶ Σοφοκλῆς αἰνίττεται ἐν τῇ Τυροῖ τῷ δράματι. πεποίηται δέ οἱ αὐτὴ λέγουσα, καὶ ἃ λέγει, ταῦτά ἐστι·

Κἐμὴς δὲ πένθος λαγχάνω πώλου δίκην,
ἥτις ξυναρπασθεῖσα βουκόλων ὕπο,
μάνδραις ἐν ἱππείαισιν ἀγρία χερὶ
θέρος θερισθῇ ξανθὸν αὐχένων ἄπο·
κύρσασα δ' ἐν λειμῶνι ποταμίων ποτῶν,
ἴδῃ σκιᾶς εἴδωλον, αὐγασθεῖσ' ὑπὸ
κουραῖς ἀτίμως διατετιλμένην Φόβην.
κείνην ἀνοικτίρμων τις οἰκτείρειεν ἂν
οἵαισιν αἰσχύνῃσιν οἷα μαίνεται
πενθοῦσα, καὶ κλαίουσα τὴν πάρος Φόβην.

Haec a Tyrone proferebantur, contumelias querente, quibus a noverca Siderone adficiebatur: haud autem minus indigne a librariis mulcati fuerunt hi versus, quos foede depravatos legas apud Aelianum, et pessime interpolatos in Excerptis Grotii, cui infelicissime omnium cessisset emendandi eorum conatus, nisi manum iis etiam admovisset Reiskius. Descriptos eos habeo perquam accurate e duobus codicibus Bibliothecae Regiae. In 1. v. ex λαχανοπώλου pronum erat veram lectionem eruere λαγχάνω πώλου, quod iam occupaverunt Tyrwhittus meus et Heathius. In 5. codicum lectio σπασθεῖσα cassa est, ne quidem pro σπάσασα, σπασαμένη, sensu *ducendi*, *bibendi* accipienda. Coniectura Heathii ἀφεθεῖσα probari nequit, unde absurdus oritur sensus. Nam qui se aqua in flumine videre possit, a quo fuerit abacta? perspicuum est enim nomina ποταμίων ποτῶν pendere a participio, cuius in locum librariorum stupor suffecit illud σπασθεῖσα. Quod sententia flagitat reposui, κύρσασα. In 6. uterque cod. habet ἴδῃ, recte. Unus διατετιλμένη: ambo φόβης: mendose. Reliquorum tam concinna est lectio, ut de emendationis veritate nemo dubitare possit, nisi quis forte minus credat vocem Φόβην tam paucis interiectis bis a Poëta fuisse adhibitam. Sane in ultimo versu legi mallem τὴν πάρος χλιδήν. Grotius male affecta Graeca sic vertit:

At flos capilli periit ita ut herbae solent.
nam rapuit illum saeva pastorum manus
stabulis in ipsis, atque cervicis decus
populata flavam corporis messem abstulit.
at ipsa prato sparsa simulacrum sui
in amne vidit, et videns exhorruit
sine honore collum et damna desectae comae.
equae miseticors aliquis ingemeret vicem,
cernens ut illa prae pudore insaniat,
frustraque moerens perditam quaerat iubam.

[Nihil frequentius permutatione literarum τ et π, ϑ et σϑ, α et ω. Lego itaque: σταϑεῖσα δ' ἐν λ. ποταμίῳ ποτ' ἂν Ἴδοι σκιᾶς etc.]

XVI. Vide Lexicon in Δυςθυμία. Ἐρηνοβοσκός. Ἐχθίμα. Ηνεγκον. Ταυροφάγον.

ΤΒΡΙΣ Σατυρική.

I. Stobaeus Floril. Tit. XXVI. p. 119.

Λήθην τε καὶ τὴν πάντ' ἀπεστερημένην
κωφὴν, ἄναυδον.

Oblivionem rebus orbatam omnibus
surdam, taceatem.

II. Athenaeus p. 657. Δέλφακα δὲ ἀρσενικῶς εἴρηκε — Σοφ. Τβρει·

Ἐσθίειν ἐθέλω τὸν Δέλφακα.

ΤΔΡΟΦΟΡΟΙ.

Vide Scholiastam nostrum ad Antigonam v. 1. Philocteten 1161. (1197. B.) et Lexicon in Κοινός. Ὄχος.

ΦΑΙΑΚΕΣ.

Nullibi, quod sciam, occurrit hic dramatis titulus, praeterquam in lexico Ms. Bibliothecae Coenobii Benedictini ad S. Germanum Parisiis, cuius excerpta mihi misit doctissimus Ruhnkenius. Vide Lexicon in Ἀποσημῆναι. Ἀρτύματα.

ΦΑΙΔΡΑ.

I. Stobaeus Eclog. p. 133.

— Περιώσι' ἄφυκτά τε
μήδεα παντοδαπᾶν βουλᾶν
ἀδαμαντίναις ὑφαίνεται
κερκίσιν Αἶσα.

Densas multiplicis consilii vias,
quarum nemo queat vincula rumpere,
orditur radiis Parca adamantinis.

II. Idem Floril. Tit. XVII. p. 95.

Οὐ γὰρ δίκαιον ἄνδρα γενναῖον φρένας
τέρπειν, ὅπου μὴ καὶ δίκαια τέρψεται.

Generosa nullum corda debent gaudium
probare, nisi quod de probis rebus venit.

III. Idem Tit. XLIII. p. 163.

Οὐ γάρ ποτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἀσφαλὴς πόλις,
ἐν ᾗ τὰ μὲν δίκαια καὶ τὰ σώφρονα
λάγδην πατεῖται, κωτίλος δ' ἀνὴρ λαβὼν
πανοῦργα χερσὶ κέντρα κηδεύει πόλιν.

Constare nescit patriae securit..s,
ubi superbo iura calcantur pe'e,
pudorque sanctus; virque verbosus, tenens
manibus habenas callidis, urbem regit.

Emendandi pruritum sedabit Theognis, ad quem Sophocles respexisse videtur:

Λαξ ἐπίβα δήμῳ κενεόφρονι, τύπτε δὲ κέντρῳ
ὀξέϊ, καὶ ζεύγλην δύσλοφον ἀμφιτίθει.

Profert hos versus Luciani Scholiastes ad Lexiphanem T. II. p. 336. ubi perperam legitur χερσὶν ἔργα κηδεύοι. — χερσὶ dat cod. Reg. pro vulgato χειροῖν.

IV. Idem Tit. LXIII. p. 245.

Ἔρως γὰρ ἀνδρας οὐ μόνους ἐπέρχεται,
οὐδ' αὖ γυναῖκας, ἀλλὰ καὶ θεῶν ἄνω
ψυχὰς ταράσσει, κἀπὶ πόντον ἔρχεται·
καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεὺς, ἀλλ' ὑπείκει, καὶ θέλων ἐγκλίνεται.

Non in virorum sola Amor se pectora
et feminarum insinuat: ipsas quin deûm

solicitat animas, et ferum ponti gregem:
nec ipse contra tendere omnipotens deûm
rex audet; ultro flexus imperium subit.

Tres primos versus tamquam Euripidis profert Clemens Alex. Strom. VI. p. 745. unde eos Grotius Excerpt. p. 485. inter Euripidis fragmenta ex incertis dramatibus retulit, non recordatus se eos iam in Florilegio pro Sophocleis exhibuisse, aliamque dedit versionem:

Non feminarum, non virûm praecordia
Cupido domitat sola, sed Superûm quoque
perurit animos; penetrat et ponti vada.

Clementis in 3. versu recepimus lectionem ταράσσει, quam meliorem iudicamus Stobaeana χαράσσει. Aristophontis perquam lepidum fragmentum exstat de Amore apud Athenaeum pag. 563. quem a diis e coelo electum fingit, quia θεοὺς ἐτάραττε, ἐμβάλλων στάσεις.

V. Idem Tit. LXIX. p. 287.

Οὗτοι γυναικὸς οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν
κακῆς ἀνὴρ κτήσαιτ' ἄν, οὐδὲ σώφρονος
κρεῖσσον· παθὼν δ' ἕκαστος ὧν τύχῃ λέγει.

Uxore prava nulla contingit viro
maior calamitas, nec bona maius bonum.
quisque, ut periclum fecit, ita rem iudicat.

Hesiodi sententia est in operibus, quem aemulatur noster:

Οὐ μέν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ λῇΐζετ' ἄμεινον
τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο.

[Minus apte legitur οὕτω γυναικὸς etc. Ceterum ad Hesiodea pressius accedit Simonides Gnomicor. Brunck. p. 99:

Γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ' ἀνὴρ λῇΐζεται
ἐσθλῆς ἄμεινον, οὐδὲ ῥίγιον κακῆς.]

VI. Idem Tit. LXXIV. p. 311.

Ξύγγνωτε, καὐάσχεσθε σιγῶσαι· τὸ γὰρ
γυναιξὶν αἰσχρὸν ἐν γυναιξὶ δεῖ στέγειν.

Ignoscite et tolerate: nam quod feminis
est indecorum, par tacere est feminas.

VII. Idem Tit. CV. p. 439.

Τὸν δ' εὐτυχοῦντά πάντ', ἀριθμήσας βροτοὺς,
οὐκ ἔστιν ὄντως ὄντιν' εὑρήσεις ἕνα.

Hominum recense quidquid usquam est gentium:
omni beatum parte non inveneris.

VIII. Idem Tit. CVIII. p. 457.

Αἶσχη μέν, ὦ γυναῖκες, οὐδ' ἂν εἷς φύγοι
βροτῶν ποθ', ᾧ γε Ζεὺς ἐφορμήσοι κακά·
νόσους δ' ἀνάγκη τὰς θεηλάτους φέρειν.

Nemo, mulieres, dedecus vitaverit,
cui destinata sunt mala imperio Iovis.
morbos ferendum est, quos deûm mittit manus.

Perperam Grotius vers. 2. ᾧ κε Ζεὺς ἐφορμήσῃ. Cod. καὶ — ἐφορμήσοι.

IX. Vide Lexicon in Ἀγκύραι. Ἄγος. Ἀελλάδες. Ἄκλαστοι. Ἀτέ πτυσε. Αὐτομόλως. Ἀψεφές. Κυλλαίνων. Μῶλυς.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ ΕΝ ΤΡΟΙΑι.

I. Stobaeus Floril. Tit. CXXI. p. 493.

Ἀλλ' ἔσθ' ὁ θάνατος λοῖσθος ἰατρὸς νόσων.

Mors ultima est medicina morborum omnium.

II. Agellius Noctium Atticarum Lib. XIII. c. 18. Sophoclis versum e tragoedia laudat, cuius titulus in impressis corruptus est. Mihi certum videtur Sophoclem tragoediam nullum scripsisse, cui titulus fuerit ΦΥΛΕΤΗΔΕΣ. Quae proferuntur ad hunc locum doctorum virorum coniecturae, sunt omnes futiles et reiiciendae. Amplectenda erat lectio codicum eorum, in quibus plane scriptum Φιλοκτήτης. Sic autem Agellius: *Sed etiam ille versus non minus notus:*

Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ.

et in tragoedia Sophocli scriptus est, cui titulus est Φιλοκτήτης, *et in Bacchis Euripidi.*

[Senex senem te manu ducam, tanquam paedagogus.]

III. Priscianus Lib. XVIII. Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ·

Ὀσμῆς μόνον γ' ὡς μὴ βαρυνθήσεσθέ μου.
ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τῆς ὀσμῆς.

[Modo ne odor vobis gravis sit.]

IV. Vide Lexicon in Δράκοντα. Δρυοπαγῆ. Ζηλῶ. Ῥαχτηρίοις.

ΦΙΝΕΥΣ Σατυρικός.

Ad hanc fabulam pertinent quae leguntur apud Scholiastam Apollonii Rhodii II. 178. Επηρώθη δὲ τὰς ὄψεις ὁ Φινεὺς κατὰ μὲν ἐνίους ὑπὸ τοῦ Ηλίου, διὰ τὸ πολὺν χρόνον αἰτῆσαι μᾶλλον ζῆν, ἢ βλέπειν· κατὰ δὲ ἐνίους, ὅτι ἐπεβούλευσε Περσεῖ. Σοφοκλῆς δὲ, ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας υἱοὺς ἐτύφλωσεν Οαρθον καὶ Κράμβιν, πεισθεὶς διαβολαῖς Ιδαίας τῆς αὐτῶν μητρυιᾶς. Scholiastes noster ad Antig. 970. aliis nominibus Cleopatrae filios appellat.

I. Aristophanes Pluto 635.

Εξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας.

[Lusus verborum, quem Latine vix est reddere.]

ad quem versum Scholiastes ita notat: Εκ Φινέως Σοφοκλέους ὁ στίχος.

II. Pollux VII. 194. Τὸ δὲ τῶν κατήλων ἐργαστήριον, κατηλεῖον εἰρήκασιν οἱ κωμῳδοδιδάσκαλοι, καὶ τὸ κωμῳδούμενον ἐν Σοφοκλέους Φινεῖ·

Βλέφαρον κέκλεισταί γ', ὡς κατηλείου θύρας.

Vide Toupium ad Suidam II. 68. (ed. Lips. p. 205.)

[Ita legendum, inquit ibi Toup, non θύραι. Atque ita recte exhibet editio prima. Est autem Attica locutio βλέφαρον κέκλεισται. Palpebram habet clausam Phineus, ut tabernae ianuam, i. e. semper apertam habet.]

III. Athenaeus p. 119. Σοφοκλῆς τ' ἐν Φινεῖ ἔφη·

Νεκρὸς τάριχος εἰσορᾶν Αἰγύπτιος.

Iocose de Phineo hoc dictum; cui, ut eum describit Argonauticorum Poëta II. 200.

πίνῳ αὐσταλέος χρὼς
Εσκλήκει, ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον.

Ad eundem plane modum quo de seniculo macie extenuato et rugoso dicimus: *il ressemble à une momie.* Ceterum e paucis huius fabulae reliquiis satis clare liquet satyricam eam fuisse Si

Hesychio fides in Ἀχάλκευτα et Stephano in Βόςπορος, bis edita fuit: sed litera titulo adiecta, quam pro numerali nota acceperunt librarii, olim, ut coniicio, Σ fuit, et compendiose Σατυρικῷ notabat.

[Adspiciendus, ut cadaver conditum Aegyptiacum.]

IV. Stephanus: Βόςπορος — Σοφοκλῆς δ' ἐν Φινεῖ πρώτῳ διὰ διφθέγγου τὴν πρὸ τέλους φησὶ τὸ κύριον·

— Οὐδ' ἂν τὸ Βοςπόρειον ἐν Σκύθαις ὕδωρ.

[Neque Bosporanam apud Scythas aquam —]

V. Vide Lexicon in Ἀπενώτισαν. Ἀρτύμασι. Ἀχάλκευτα. Καταῤῥάκτης. Μάστακας.

ΦΟΙΝΙΞ.

Argumentum fuisse videtur Phoenix paternam fugiens domum ob imprecationes irati Amyntoris. Rem ipse narrat Phoenix in oratione ad Achillem, Iliadis IX. 447.

Vide Lexicon in Κινάρα. Φορβὰς γυνή.

ΦΡΙΞΟΣ.

I. Stephanus in Ἀστυ. — προάστιος. οὕτω γὰρ καὶ τὸ θηλυκὸν εὑρίσκεται, προαστία γῆ, ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους·

Ὅρια κελεύθου τῆςδε γῆς προαστίας.

[Terminos viae per hanc terram suburbanam]

II. Vide Lexicon in Ἀφελής.

ΦΡΥΓΕΣ.

Stobaeus Floril. Tit. VIII. p. 51.

Τοὺς εὐγενεῖς γὰρ κἀγαθοὺς, ὦ παῖ, φιλεῖ
Ἄρης ἐναίρειν· οἱ δὲ τῇ γλώσσῃ θρασεῖς,
Φεύγοντες ἄτας, ἐκτός εἰσι τῶν κακῶν·
Ἄρης γὰρ οὐδὲν τῶν κακῶν λογίζεται.

Ferventi bello non nisi fortes solet
Mars pignerare, lingua cui ventosior,
fuga periclum properat antevertere;
Marsque ipse simidos spernit a sese procul.

In 2. versu ἐναίρειν in codice superscriptum vulgato συναίρειν.

[Similes sententias etiam apud Aeschylum et Euripidem invenias.]

Tragoediam hoc titulo fecit etiam Aeschylus, ad quam pertinet observatio Scholiastae eiusdem Tragici ad Prometheum 435. in qua mentio fit Phrygum Sophoclis ex librarii errore. Notum est ex Comici Ranis 941. in Phrygibus Aeschyli Achillem sedentem, capite velato et diu tacentem in scena conspectum fuisse: itidemque Nioben ab Aeschylo exhibitam fuisse, quod forte Sophocles, quum Nioben doceret, imitatus est. Euripides apud Comicum, ubi Aeschylo vitia incipit obiicere, haec ait:

> Πρώτιστα μὲν γὰρ δῆθ' ἕνα τιν' ἐκάθισεν ἐγκαλύψας,
> Ἀχιλλέα τιν', ἢ Νιόβην, τὸ πρόσωπον οὐχὶ δεικνύς,
> πρόσχημα τῆς τραγῳδίας, γρύζοντας οὐδὲ τουτί.

Ad quae veteres Critici haec notant: Ὁ Ἀχιλλεὺς δὲ καθήμενός ἐστι, καὶ οὐκ ἀποκρινόμενος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Φρυξὶν ἢ Ἕκτορος λύτροις. οὐδὲν δὲ ὁ Ἀχιλλεὺς φθέγγεται. Alius: εἰκὸς τὸν ἐν τοῖς Φρυξὶν, ἢ Ἕκτορος λύτροις Ἀχιλλέα, ἢ τὸν ἐν Μυρμιδόσιν, ὃς μέχρι τρίτου μέρους οὐδὲν φθέγγεται. Inde liquet Aeschylei Scholiastae notam sic scribi debuisse: Σιωπῶσι παρὰ ποιηταῖς τὰ πρόσωπα, ἢ δι' αὐθάδειαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶν Αἰσχύλου, ἢ διὰ τὴν συμφοράν, ὡς ἡ Νιόβη παρὰ τῷ αὐτῷ καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ.

Atque hae sunt Sophoclis fabulae, quarum in antiquis monumentis memoria exstat. Longe quidem plures Fabricius in catalogo Sophoclis tragoediarum deperditarum recensuit titulos: sed falsi et conficti sunt perquam inepte, alii ex male acceptis auctorum testimoniis, alii ex scripturae mendis, ut quum librarii scripserunt Ακάμας pro Αθάμας: Λικύριοι, Κύριοι, Σκύριοι pro Σκύριαι: Ιππωνι pro Ιππόνῳ. etc.

[ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ. vid. argumentum Aiacis.]

ΑΠΑΝΙΣ non est titulus dramatis apud Hesych. in Ἀπάνθρωτος: sed initium glossae, quae sequi debebat. Foede mulcatus fuit Hesychius, optimi lexici conditor, a male feriato homine, qui breviarium quod habemus confecit. Ex ista mutila voce nescio quot absurdos titulos commenti sunt interpretes, quibus omnibus catalogum suum auxit Fabricius.

ΕΡΕΧΘΕΥΣ non est Sophoclis tragoedia: verum Euripidis. Illi solius Stobaei fide tribuitur, cuius in Floril. Tit. LIX. legitur hic senarius Sophocli adscriptus:

Ναῦς ἡ μεγίστη κρεῖσσον ἢ μικρὸν σκάφος.

At in Reg. Stobaei codice lemma huic versui adpositum Euripidi eum adiudicat perspicua scriptura Εὐριπίδου Ἐρεχθεῖ. Bene itaque Barnesius eum Euripidei Erechthei fragmentis contulit.

[Miror, ferri tam diu potuisse sententiam, in qua ne nica quidem inest salis. Repone:

Ναῦς ἡ ἐλαχίστη κρεῖσσον ἢ μακρὸν σκάφος,

vel minima navis praestat magnae cymbae; et proverbialem habebis locutionem, qualis haec est et similes apud nostrates: *Besser schlecht gefahren, als stolz gegangen.*]

ΙΔΙΟΤ ΑΔΩΣΙΣ nulla fuit. Vide supra ad Ἀντηνορίδαι.

ΙΟΚΑΣΤΗ nulla fuit. Male accepta Eustathii verba ad Odyss. pag. 1425. Παρὰ Σοφοκλεῖ γοῦν ἡ Ἰοκάστη τοῖς ἐν Θήβαις

εὐγενεῖς; Χώρας ἄνακτας λέγει. Haec quidem dicit Iocasta, non autem in cognomine dramate, verum in Oedipo T. 890.

ΙΠΠΟΔΥΤΟΣ. Nullum fuit hoc titulo Sophoclis drama diversum a Phaedra; ut nec ullus fuit Euripidis Atreus diversus a Thyeste. Inde recte accipias Arriani verba in Dissert. p. 149. Ἐμοὶ δὲ μὴ ἀρχὴ τὸ φαινόμενος καὶ τοία τραγῳδία ἄλλην ἀρχὴν ἔχει; Ἀτρεὺς Εὐριπίδου τί ἐστιν; τὸ φαινόμενον. Οἰδίπους Σοφοκλέους τί ἐστι; τὸ φαινόμενον. Φοίνιξ; τὸ φαινόμενον. Ἱππόλυτος; τὸ φαινόμενον. Intellige Atreum in Euripidis Thyeste, et Hippolytum in Sophoclis Phaedra; nisi malis transpositas forte voces in sedem suam sic reponere; Ἱππόλυτος Εὐριπίδου τί ἐστι — Ἀτρεύς; τὸ φαινόμενον.

ΚΑΣΑΝΔΡΑ nulla fuit unquam. Casaubono fraudi fuit prava editio scholiorum in Hesiodum. Locum, quo deceptus fuit, uti legi debet, damus infra XCVIII. In editione Dan. Heinsii p. 234. b, non comparent voces ἐν Κασάνδρᾳ, quae addi debebant ad citationem ex Lycophrone.

[ΜΕΜΝΩΝ. vid. argumentum Aiacis.]

ΜΕΝΑΛΙΠΠΗ. Non fuit hoc nomine drama Sophoclis. Citat quidem Scholiastes Comici ad Ranas versum ἐκ Μελανίππης Σοφοκλέους: sed vitium ibi est e male accepto scripturae compendio: et legendum ἐκ Μελανίππης σοφῆς. Vide Valckenarii Diatr. Eurip. p. 49.

ΝΑΥΠΑΚΤΟΣ commentitius est titulus. Vide Küsterum ad Suidam in Κατουλάς.

ΤΕΚΜΗΣΣΗ haud minus stulte excogitata fuit quam Ἰοκάστη, ex his Eustathii verbis ad Iliad. Δ. p. 843. Ἡ δὲ τοῦ Σοφοκλέους Τέκμησσα ἐν τῷ, Ὥστε μ' ὠδίνειν τι φρὴς, τὸ ὑπερβολικῶς λυπεῖσθαι, ὠδίνειν ἀποῦσα — quae pertinent ad Aiacem 773.

EX INCERTIS TRAGOEDIIS.

I. Stobaeus Eclog. p. 119.

Θεοῦ δὲ πλαγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.

Contra dei ictum non data est homini fuga.

II. Ibidem p. 125.

Τὸ χρύσεον δὲ τῆς Δίκης
δέδορκεν ὄμμα, τὸν δ' ἄδικον ἀμείβεται.

Iustitia aureo
vultu tuetur semper ac punit malos.

[Malim: τὸν ἄδικον δ' ἀμ.]

III. Ibidem p. 133.

Κλύετε Μοῖραι,
Διὸς αἳτε παρὰ θρόνον ἀγχόταται
ἑζόμεναι.

[Versus requirit Κλύετ', ὦ Μοῖραι: deinde malim:

Διὸς — — — ἀγχόταθ' ἑ-
ζόμεναι:

nam compositio vocum similis structurae et ὁμοιοτελεύτων, quales sunt ἀγχόταται et ἑζόμεναι, ingrata est. Sed hoc non Sophocli, sed Euripidi Peleo, tribuitur a Stobaeo eclog. phys. tit. 9. Fefellit viros doctos, ut reor, quod fragmentum ibi Sophocleae Phaedrae sequitur. Vid. fragm. Eurip. ex recens. S. Musgravii.]

Audite Parcae, quae solio Iovis
magni sedetis proxima numina.

IV. Ibidem.

Ἔζῃς ἄρ', οὐδὲ γῆς ἔνερθ' ᾤχου θανών;
Οὐ γὰρ πρὸ μοίρας ἡ τύχη βιάζεται.

Vivis, neque umbri occubas crudelibus?
Adeo ante fatum nulla vis est casibus.

V. Ibid. p. 141.

Πάντ' ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος ἐς τὸ φῶς ἄγει.

Nudata cuncta tempus in lucem trahit.

VI. Ibid. p. 171.

Ἀλλ' οὐ γὰρ ἂν τὰ θεῖα, κρυπτόντων θεῶν,
μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκεπῶν.

Divina numquam discere est, si dii velint
celare: non si cuncta scrutando eruas.

VII. In Eclogarum Stobaei editione Antverpiensi leguntur ista Sophoclis p. 17.

Χρόνος αὖ χαρὸ ἅμα κρατεῖ τερμοσύνᾳ βίου
πόλλ' ἂν εὑρίσκει σοφὰ μαιομένοις.

Emendandi conatus Grotio et Heathio male cessisse mihi videtur: iudicent periti, an melius coniecerim:

Χρόνος αὖ μακρὸς ἅμα κραταιᾷ
ἀχρημοσύνᾳ βίου
πόλλ' ἂν εὑρίσκοι σοφὰ μαιομένοις.

[Symbolam meam dabo: nam Brunckii quoque tentamen duriusculum est, neque sententiam praestare mihi videtur satis aptam. Legam igitur;

Χρόνος ἂν Καιρῷ ἅμα κραταιῷ
τέρμασιν ἐν βίου
πόλλ' ἂν εὑρίσκοι σοφὰ μαιομένοις.

Tempus simul et Occasio potens intra terminos vitae multa inveniat sapientia desiderantibus. Plena sunt eiusmodi sententiarum scripta veterum. Literas κ et χ, α et αι, αι et ε propter iotacismum, ο ω et α, denique ι et υ, passim inter se commutatas licet deprehendere.]

VIII. Stobaeus Floril. Tit. II. p. 13.

Σκαιοῖσι πολλοῖς εἷς σοφὸς διόλλυται.

Pravos tot inter qui sapit solus perit.

IX. Tit. III. p. 17.

Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς τοὺς πονοῦντας ὠφελεῖν.

Iuvare miseros optimis dignus labor.

Hunc versum Sophocli adscribere debebat Grotius: non autem pravum senarium excudere e Philosophi nescio cuius sententia quae praecedit in Gesneri editione p. 56. Ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, ὁ νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ.

X. Tit. IV. p. 27. seqq.

Ἀλλ' οἱ κακῶς πράσσοντες οὐ κωφοὶ μένον,
ἀλλ' οὐδ' ὁρῶντες εἰς ὀρῶσι τἀμφανῆ.

Quos distinent adversa, surdescunt malis,
et clara quae sunt non vident, nec quum vident.

Ὡς δυσπέλαστόν ἐστιν ἀμαθία κακόν.

Nihil scientum vulnus intractabile est.

Ἡ δὲ μωρία
μάλιστ' ἀδελφὴ τῆς πονηρίας ἔφυ.

Insipientiae
fure optimo vocatur improbitas soror.

Ἐνταῦθα μέν τοι πάντα τἀνθρώπων νοσεῖ,
κακοῖς ὅταν θέλωσιν ἰᾶσθαι κακά.

Hoc graviter errat aegra mens mortalium,
quod mala mederi posse confidit malis.

Ταῦτ' ἐστὶν ἄλγιστ', ἂν, παρὸν θέσθαι καλῶς,
αὐτός τις αὑτῷ τὴν βλάβην προσθῇ φέρων.

Res misera, quum sit recte agendi copia,
tunc quem sibi ipsi sponte damnum arcessere.

XI. Tit. V. p. 35. seq.

Οὐκ ἔστ' ἀπ' ἔργων μὴ καλῶν ἔπη καλά.

Rei indecorae non decora oratio est.

Hunc verum Sophocli diserte tribuit Plutarchus de Aud. p. 47. ubi sic a Grotio conversus est;

Bona verba nasci rebus e foedis negant.

Χαίρειν ἐπ' αἰσχραῖς ἡδοναῖς οὐ χρὴ ποτε.

Gaudere foedas ob voluptates, nefas.

XII. Tit. VIII. p. 53.

Οὐ τοῖς ἀθύμοις ἡ τύχη ξυλλαμβάνει.

Fortuna adesse non solet pavitantibus.

XIII. Tit. XIII. p. 83.

Αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ·
ἡ γὰρ σιφτὴ τῷ λαλοῦντι σύμμαχος.

Non est remedium rebus afflictis pudor:
tacens videtur stare at accusantibus.

Eadem sententia Chorus in Trachiniis 813. Deianiram hortatur, ut obiectum a filio crimen dissolvat.

XIV. Tit. XVIII. p. 97.

Τί ταῦτ' ἐπαινεῖς; πᾶς γὰρ οἰνωθεὶς ἀνὴρ
ἥσσων μὲν ὀργῆς ἐστὶ, τοῦ δὲ νοῦ κενὸς,
Φιλεῖ δὲ, πολλὴν γλῶσσαν ἐκχέας μάτην,
ἄκων ἀκούειν ἅπερ ἐκὼν εἶπεν κακῶς.

Quid ista laudas? quisquis immergit mero
sese, fit exsors mentis, atque ira minor:
quantumque cepit gaudii dicens male,
mala audiendo iure tantumdem dolet.

Hi versus citantur partim a Plutarcho Moral. p. 89. et Clemente Alex. p. 181.

XV. Tit. XXIV. p. 119.

Κλέπτων δ' ὅταν τις ἐμφανὴς ἐφευρεθῇ,
σιγᾶν ἀνάγκη, κἂν καλὸν φέρῃ στόμα.

Furti tenetur quisquis ipso in crimine,
quamvis disertus, debet obticescere.

Ἦ δεινὸν ἄρ' ἦν, ἡλίκ' ἄν τις ἐσθλὸς ὢν
αὐτῷ ξυνείδῃ.

Egregia res est, testis innocentiae
suus sibi animus.

XVI. Tit. XXVIII. p. 123.

Ὀρκοισι γάρ τοι καὶ γυνὴ φεύγει πικρὰν
ὠδῖνα παίδων· ἀλλ' ἐπὰν λήξῃ κακοῦ,
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δικτύοις ἁλίσκεται,
πρὸς τοῦ παρόντος ἡμέρου νικωμένη.

Abiurat alios denuo partus pati
semianima mulier: sed simul cessit dolor,
quam facile eosdem rursus in casses cadit!
delet peracti memoriam praesens amor.

Ὅρκος γὰρ οὐδεὶς ἀνδρὶ φιλήτῃ βαρύς.

Nulla improbo conditio iurandi gravis.

XVII. Tit. XXIX. p. 129.

Πόνου μεταλλαχθέντος οἱ πόνοι γλυκεῖς.

Iuvant labores, transiit postquam labor.

XVIII. Tit. XLI. p. 161.

Μή μοι κρυφαῖον μηδὲν ἐξείπῃς ἔπος·
κλεῖθρον γὰρ οὐδέν· ὡς δ' ἂν εὐπετὲς λάβοις,
γλώσσης κρυφαῖον οὐδὲν οὐ διέρχεται.

Quod vis taceri, nolo mihi commiseris:
non habeo claustrum, visne loquar apertius?
tenere lingua quidquid arcanum est negat.

XIX. Tit. XLIII. p. 165.

Ὅπου γὰρ οἱ Φύσαντες ἡσσῶνται τέκνων,
οὐκ ἔστιν αὕτη σωφρόνων ἀνδρῶν πόλις.

Ex Piersoni certa emendatione dedi Φύσαντες pro veteri lectione Φυλάσσοντες, cui nescio cur Grotius suffecerit Φυλακτῆρες haud meliori sensu, nec minus reclamante metro. Vertere poterat:

Ubi parentes liberis morem gerunt,
morata non est, ut decebat, civitas.

Νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχώροις, καλόν.

Res est honesta patrias leges sequi.

XX. Tit. XLV. p. 175.

Πολλῶν καλῶν δεῖ τῷ καλῶς τιμωμένῳ·
μικροῦ δ' ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται κλέος.

Tenens honores eget honestis dotibus:
parvum laborem grande non sequitur decus.

XXI. Tit. LIV. p. 205.

Γνῶμαι πλέον κρατοῦσιν, ἢ σθένος χερῶν.

Dextra valente plus valet sapientia.

XXII. Tit. LXII. p. 237.

Εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος.

Si corpus istud servit, at mens libera est.

XXIII. Tit. LXIII. p. 239.

Ὦ παῖδες, ἦ τοι Κύπρις οὐ Κύπρις μόνον,
ἀλλ' ἔστι πολλῶν ὀνομάτων ἐπώνυμος·
ἔστιν μὲν ᾅδης, ἔστι δ' ἄφθιτος βίος,
ἔστιν δὲ λύσσα μαινὰς, ἔστι δ' ἵμερος
ἄκρατος, ἔστ' οἰμωγμὸς· ἐν κείνῃ τὸ πᾶν,
σπουδαῖον, ἡσυχαῖον, εἰς βίαν ἄγον.

ἐντήκεται γὰρ πνευμόνων ὅσοις ἔνι,
ψυχὴ τίς οὐχὶ τῆςδε τῆς θεοῦ βορά;
εἰςέρχεται μὲν ἰχθύων πλωτῷ γένει,
χέρσου δ' ἐνεστιν ἐν τετρασκελεῖ γονῇ·
νωμᾷ δ' ἐν οἰωνοῖσι τοὐκείνης πτερὸν,
ἐν θηρσὶν, ἐν βροτοῖσιν, ἐν θεοῖς ἄνω.
τίν' οὐ παλαίουσ' ἐς τρὶς ἐκβάλλει θεῶν;
εἴ μοι θέμις (θέμις δὲ ταὐληθῆ λέγειν),
Διὸς τυραννεῖ πνευμόνων, ἄνευ δορός·
ἄνευ σιδήρου πάντα τοι ξυντέμνεται
Κύπρις τὰ θνητῶν καὶ θεῶν βουλεύματα.

Pueri, Venus quae dicta, non tantum est Venus,
sed omnium una nominum vim possidet:
eademque letum vitaque immortalis est,
eadem furor lymphatus, eadem mel merum
amoris, eadem luctus: insunt omnia,
studium, quies tranquilla, violenti impetus.
quorum medullas occupavit, liquitur
his anima. tanti numinis quid liberum?
illa et natantes caerulo pisces salo
et humi vagantum saecla quadrupedum subit:
illa inter ipsos alites alas quatit;
homines ferasque subiugat, Superos quoque.
nam quem deorum adorta non tandem obruit?
et si loqui fas, vera sed fas est loqui,
Iovis cor ipsum superat: atque hasta sine,
sine ense cuncta dissipat victrix Venus
mortalium consilia et immortalium.

Primos huius fragmenti versus recitat Plutarchus Moralium p. 757. In 8. βορὰ Grotii emendatio est. Tam priorum editt. βορὸς lectio est, quam codicis, quem in ceteris secutus sum. Notanda est hypallage πνευμόνων ὄσφις, pro πνεύμοσιν ὅσων. Sic enim ordinanda et supplenda est phrasis: ὅσων γὰρ ἐν πνεύμοσιν ἐντήκεται ἡ Κύπρις, τούτων τίς ψυχὴ οὐ γίνεται τῆςδε τῆς θεοῦ βορά;

[Versu 3. v. legitur βία, sed mors opposita vitam requirit,

non vim. Quod ad πνευμόνων, genitivus s. pro quarto casu p. adhibetur.]

XXIV. Tit. LXVII. p. 275.

Τίς δ' οἶκος ἐν βροτοῖσιν ὠλβίσθη ποτὲ
γυναικὸς ἐσθλῆς χωρὶς, ἐγκωθεὶς χλιδῇ;

Nam qui penates sine ope matronae probae
efflorueruut copia atque honoribus?

XXV. Tit. LXXIII. p. 311.

Κατ' ὀρφανὸν γὰρ οἶκον ἀνδρόφρων γυνή.

Virile sapiens femina in vidua domo.

XXVI. Tit. XCVI. p. 385.

Πενία δὲ συγκραθεῖσα δυσσεβεῖ τρόπῳ
ἄχθην ἀνεῖλε καὶ κατέστρεψεν βίον.

Impietas, quoties est egestati comes,
evertit vitam summis a radicibus.

Hi versus supra soccum adsurgunt, et Sophocleo colore nitent. Librarii errore Diphilo tributi sunt, cuius nomen proxime sequenti versui praescribi debuit.

XXVII. Tit. XCVIII. p. 395.

Ὦ θνητὸν ἀνδρῶν καὶ ταλαίπωρον γένος!
ὡς οὐδὲν ἐσμὲν, πλὴν σκιαῖσιν εἰκότες,
βάρος περισσὸν γῆς ἀναστρωφώμενοι.

O misera, vere misera, sors mortalium!
nam praeter umbras quid sumus, vel pondera
ignava, palabunda tellurem super?

Οὐ γὰρ δέμις ζῆν πλὴν θεοῖς ἄνευ κακῶν.

Illaesa solis vita concessa est deis.

Ὦ δαῖμον, ὡς οὐκ ἔστ' ἀποστροφὴ βροτοῖς
τῶν ἐμφύτων τε καὶ θεηλάτων κακῶν.

Deus alme, quam nusquam ulla vitandi via est
aut insita aut immissa de coelo mala!

Ζώειν τις ἀνθρώπων τὸ κατ' ἦμαρ ὅπως
ἥδιστα πορσύνοι· τὸ δ' ἐς αὔριον αἰ-
εὶ τυφλὸν ἕρπει.

Hilaris, quae nunc lucet, agatur:
crastina nobis est caeca dies.

Hi versus in codice Vindob. tribuuntur Sophocli.

[B. duos priores versus non recte finierat verbis ἀνθρώπων et πορσ. Male quoque adhuc legebatur Ζώοι — πορσύνων.]

XXVIII. Tit. CVIII. p. 457.

Στέργειν δὲ τἀμπεσόντα κ' εὖ θέσθαι πρέπει
σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ στένειν τύχην.

Quod casus offert, ponere ex usu suo,
non gemere fortunam, aleatoris boni est.

XXIX. Tit. CXI. p. 463.

Ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν.

Spes namque multos sola mortales alit.

XXX. Tit. CXVIII. p. 485.

Οὐκ ἔστι γῆρας τῶν σοφῶν, ἐν οἷς ὁ νοῦς
θεία ξύνεστιν ἡμέρᾳ τεθραμμένος.
* * * *
Προμηθία γὰρ κέρδος ἀνθρώποις μέγα.

Non est senecta, quae sapit grandaevitas,
cui mens relucet pasta divina die.
ingens hominibus quaestus est prudentia.

[ἡμέρα, i. e. χρόνῳ. Ultimus horum versuum male cum antecedentibus coniungi solet.]

XXXI. Tit CXXII. p. 497.

Τὰ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον, ἢ τὸ ζῆν κακῶς.

Non esse praestat quippe, quam luctus pati.

Ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσιν ἱμείρει βίου,
ἢ δειλός ἐστιν, ἢ δυσάλγητος φρένας.

Quicumque vitam rebus in miseris amat,
aut timidus ille est, aut dolore occalluit.

XXXII. Tit. CXXIII. p. 503.

A. Θανόντι κείνῳ ξυνθανεῖν μ' ἔρως ἔχει.
B. Ἥξεις (ἐπείγου μηδὲν) ἐς τὸ μόρσιμον.

A. Illi peremto compori cupio miser.
B. Accipies, (ne tu arcesse), quod fato manet.

[v. haec tanquam ex una persona dicta accipiuntur, vertiturque: Sequere: ne tu etc.]

XXXIII. Excerpta Ruhnkenii e Stobaeo Ms.

Τἀληθὲς αἰεὶ πλεῖστον ἰσχύει λόγου.

[Vertas haec licet:

Veritas sermonis plurimum semper valet.

Sed frigida haec sententia, malimque adeo reponi πλεῖον, hoc sensu:

Magis valet sermone semper veritas.]

XXXIV. Porphyrius in libro de Styge apud Stobaeum Serm. CIII. p. 563. Ἡ τε γὰρ αἰγειρος, ὡς φασιν ἄλλοι τε καὶ Πλούταρχος, φιλοπενθὴς καὶ ἀτελὴς πρὸς καρποτογονίαν. διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἔν τισι φησίν·

Οὐ χρή ποτ' ἀνθρώπων
μέγαν ὄλβον ἀποβλέψαι·
τανυφλοίου γὰρ ἰσαμέριος
ὅστις αἰγείρου βιοτὰν ἀποβάλλει —

Sophoclea dedi ad fidem Reg. codicis. Sententia haud absoluta est. Pro ἀτελὴς in Porphyrii verbis codex habet εὐτελής. Grotii haec versio est:

Hominum nimias ne tu nimium
mirator opes: nam populeo
similis trunco, cui vita perit. . . . .

[Versus sunt iambelegi, quorum postremus leviter depravatus. Tentabam:

Οὐ χρή ποτ' ἀνθρώπων μέγαν ὄλβον ἀποβλέψαι· τανυφλοίου γὰρ ἰσαμέριος
πῶς οὔ τις αἰγείρου ποβαλεῖ βιοτάν;

Ultima sic verte: nam, populeo similis trunco, nonne moriturus quisquis est?

Sententiae ad integritatem iam nihil deest.]

XXXV. Idem de Antro Nympharum Cap. XVIII. Πηγαὶ δὲ καὶ νάματα οἰκεῖα ταῖς ὑδριάσι Νύμφαις, καὶ ἔτι γε μᾶλλον ἢ Νύμφαις ταῖς ψυχαῖς, ἃς ἰδίως μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, ἡδονῆς οὔσας ἐργαστικάς. ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς οὐκ ἀνοικείως ἐπὶ τῶν ψυχῶν εἶπε·

Βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος, ἀλλὴ δ' ἔρχεται.

[v. deest ἢ post μᾶλλον, sententia obscura.
Susurrat mortuorum examen, alioque abit.]

XXXVI. Helladius Chrestom. p. 4. editionis Meursii: Ὅτι ὁ στίχος, ὁ καὶ παροιμιαζόμενος,

Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω.

ἔστι μὲν Σοφοκλέους: τοῦτον δὲ παρῳδήσας ὁ Φιλωνίδης ἔφη·

Ὅρκους δὲ μοιχῶν εἰς τέφραν ἐγὼ γράφω.

οἱ δὲ τὰς γυναῖκας σκώπτοντες φασὶν,

Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω.

Sic ultimum versum, qui Xenarchi Comici est, recitat Athenaeus pag. 441. ubi alia multa facete dicta profert in mulierum temulentiam.

[In aquas ego iuranda scribo mulieris.]

XXXVII. Athenaeus L. I. p. 23. Κατακεῖσθαι δὲ λέγεται, καὶ κατακεκλίσθαι — ἔστι δὲ εὑρεῖν καὶ ἐπὶ ἐννοίας ταύτης σπανίως τὸ ἀνακεῖσθαι. Σάτυρος παρὰ Σοφοκλεῖ τοῦτό φησιν·

Ἐπικαιόμενος τῷ Ἡρακλεῖ ἀνακειμένῳ
μέσον ἐς τὸν αὐχέν' εἰσαλοίμην.

Videntur ista derivata ex Hercule ad Taenarum.

[Vereor, ut haec persanata sint. Libertas metri, si quidem hi iambici sunt, ut videntur, arguit fabulam Satyricam. certe tunc reponendum fuerit: τῷ γ' Ἡρακλεῖ 'νακειμένῳ Μέσον ἐσαλοίμην ἐς τὸν αὐχέν'. sed nil definio. Vertunt: Ignem si concipiam, Herculi accumbenti mediam in cervicem insiluerim.]

XXXVIII. Ibidem p. 33.

Ὦ γλῶσσα σιγήσασα τὸν πολὺν χρόνον,
πῶς δῆτα τλήσει πρᾶγμ' ἐπεξελθεῖν τόδε;
ἢ τῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἐμβριθέστερον,
ὑφ' ἧς τὸ κρυφθὲν ἐκφανεῖς ἀνάκτορον.

O lingua tanto quae taces iam tempore,
quod horruisti facere quo poteris modo?
certe necessitatis immensum est onus,
herile quae te cogit arcanum eloqui.

XXXIX. Idem L. II. pag. 39. Ἀπὸ τῆς ἀλλοιούσης τὴν γνώμην, καὶ πρὸς τὸ ψευδὲς τρεπούσης εὐθυμίας, ἣ γίνεται κατὰ τὴν μέθην — Σοφοκλῆς φησὶ,

— Τὸ μεθύειν ἡμισυῆς λοτήριον.

Levari calamitas vino solet.

XL. Eustathius ad Iliad. Α. p. 835. Ὡς τὸ ὀρυμὸν καὶ ὁ ὀρυμὸς, καὶ τὰ ἄλλα, οὕτω διγενὲς καὶ τὸ μέρον. καὶ ἀρσενικὸν μὲν αὐτοῦ ἐν τῷ,

Πρῶτον μὲν ὄψει λευκὸν ἀνθοῦντα στάχυν,
ἔπειτα φοινίξαντα γεγγύλον μέρον·
ἔπειτα γῆρας λαμβάνεις Αἰγύπτιον.

Sophoclis versus sunt teste Athenaeo pag. 51. et auctore Lexici Ms. in Bibl Sangerm. cui soli tertius versus debetur in Αἰγύπτιον γῆρας. Non est in Athenaei epitome, quam descripsisse videtur Eustathius: quamquam, si opus integrum habuit, versum illum omittere potuit, ut inutilem rei quam proposuerat confirmandae.

[Postremum horum versuum non intelligo; intelligerem, si scriberetur:

Ἔπειτα τὸ γέρας λαμβάνεις Αἰγύπτιον,

eo sensu, ut regnum Aegyptiacum nescio cui promitteretur quo tempore mori rubescere coepissent.

Primum videbis candidam virere spicam, dein rubescere rotundum morum; tunc regnum Aegypti accipies.

Τὸ cum tractum esset ab antecedente syllaba, γῆρας scripserint ad sustentandum versum.]

XLI. Athenaeus L. III. p. 99. et ex eo Eustathius ad Odyss. Ψ. p. 1944. Ἐστι δὲ μέχλος οὐ μόνον μηχανῆς ξύλον τι, ἀλλὰ καὶ σύρας ἐχεὺς, ὁ καὶ ἐπιβλὴς ἐν Ἰλιάδι. τροπικῶς δὲ καὶ ὁ φύλαξ παρὰ Σοφοκλεῖ, οἷον·

Θάρσει· μέγας σοι τοῦδ' ἐγὼ φόβου μέχλος.

Subiicit Athenaeus: Κἂν ἄλλοις δὲ τὴν ἄγκυραν Σοφοκλῆς ἰσχάδα κέκληκεν, διὰ τὸ κατέχειν τὴν ναῦν·

Ναῦται δ' ἐμηρύσαντο νηὸς ἰσχάδα.

[Bono animo sis: magnus tibi ego sum huius terroris obex. — Nautaeque sustulerunt navis retinacula.]

XLII. Idem L. VII. p. 277.

Χορὸς δ' ἀναύδων ἰχθύων ἐπερρόθει,
σαίνοντες οὐραίοισι τὴν κεκτημένην.

Sic a Poëta nos versus scriptos fuisse opinor in Achillis-Amatoribus, ubi Peleus narrabat, quo modo Thetide per vim potitus fuisset: et primo quidem describebatur ad litus accedens marina dea, delphino forte vecta, circumnatante piscium turba, qui dominam caudis adulabant. Facete Sophocleis Athenaeus usus est, cuius haec verba sunt: Πολλῶν οὖν ὄντων τῶν ἰχθύων, οὓς κατὰ τὰς ἑκάστας ὥρας ἐνδαινύμεθα· κατὰ γὰρ τὸν Σοφοκλέα, Χορὸς δ' ἀναΰδων ἰχθύων ἐπερρόθει σαίνουσιν οὐραίοισιν, οὐ τὴν κεκτημένην, ἀλλὰ τὰς λοπάδας.

[Chorusque mutorum piscium circumstrepit, caudis adulans nuptam.]

XLIII. Idem L. X. p. 428. Καὶ Σοφοκλῆς ἐν δράματι σατυρικῷ φησὶν ὡς ἄρα,

Τὸ πρὸς βίαν πιεῖν
ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῶν βίᾳ.

Bibere nolentem, malum
non lenius, quam ferre nolentes sitim.

XLIV. Idem L. X. p. 433. Τὸ δίψος γὰρ πᾶσιν ἰσχυρὰν ἐπιξυμίαν ἐμποιεῖ, τὴν περὶ τῆς ἀπολαύσεως. διὸ καὶ Σοφοκλῆς φησί·

Διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ,
οὐκ ἂν πλέον τέρψειας ἢ πιεῖν διδούς.

[Nam sitiens pluris dicta sapientissima
Non faciat potu, quem praebueris sedulo.]

XLV. Idem L. XI. in fragmento a Casaubono edito p. 783. in Ἀρύβαλλος — λέγουσι δὲ καὶ πρόχουν ἄρυστιν. Σοφοκλῆς·

Κακῶς σὺ πρὸς θεῶν ὀλουμένη,
ἥ τὰς ἀρύστεις ὧδ' ἔχουσ' ἐκώμασας.

Huc pertinet Hesychii glossa: Ἀρύστεις, τὰς ἀπνευστὶ πόσεις. τὰ δὲ αὐτὰ καὶ ἀρυστῆρας καὶ ἀρυστίχους ἐκάλουν.

[At dii te male perdiderunt, qui urnas gestans sic lascivieris.]

XLVI. Idem L. XV. p. 688. Καὶ ὁ Σοφοκλῆς δὲ τὰς ἀπολελυμένας τοῦ Φόβου πεποίηκε λεγούσας·

Θυμῷ δ' οὐκ ἔτι Φαιδρὰ χορεύει
τάρβους θυγάτηρ.

Non ultra animo leve subsultat
nata Pavoris.

Trepidationem, τὴν πτόησιν τῆς καρδίας, filiam Pavoris appellat. Est autem Φαιδρὰ neutrum plurale adverbii vice, ut in Oed. Col. 319. quod frequentissimum.

XLVII. Etymol. M. p. 601. extrema: Νεῖκος, ἡ Φιλονεικία, παρὰ τὸ νέοις ἐοικέναι· ἡ γὰρ Φιλονεικία τοῖς νεαροῖς ἁρμόζει. Σοφοκλῆς·

Ὕβρις δέ τοι
οὐ πώ ποθ' ἥβης ἐς τὸ σῶφρον ἵκετο,
ἀλλ' ἐν νέοις ἀνθεῖ τε καὶ φθίνει πάλιν.

Etymologici mendas detersit Piersonus ad Moerin p. 181.

[— Superbia
Prudentiorem attingere aetatem haud solet,
Sed in iuvenibus et viget et deperit.]

XLVIII. Clemens Alex. Paedag. III. p. 286. Ἀβροδίαιτον ἐτοιμοδίζων νεανίαν ὁ Σοφοκλῆς, λέγει·

Γυναικομίμοις ἐμπρέπεις ἐσθήμασιν.

Verbum est ἐμπρέπεις, perperam ab editoribus pro nomine acceptum: non animadversum errorem in versione retulit Grotiús:

Qui mentiuntur feminas amictibus.

XLIX. Idem Strom. V. p. 656.

Καὶ τὸν θεὸν τοιοῦτον ἐξεπίσταμαι,
σοφοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεὶ,
σκαιοῖς δὲ φαῦλον καὶ βραχεῖ διδάσκαλον.

Notus mihi iste mos dei: sapientibus
rimanda verbis fata perplexis canit;
contra rudes simplicius ac brevius docet.

Duos posteriores versus profert Plutarchus Mor. p. 406. Aeque vera videretur sententia, si duabus transpositis vocibus legeretur:

σκαιοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεὶ,
σοφοῖς δὲ φαῦλον κἂν βραχεῖ διδάσκαλον.

Sed alterum tuetur auctoritas librorum. In his nihil decerni potest, quum ignoretur, a qua persona et qua occasione sententia recitata fuerit.

L. Idem Strom. V. p. 715. et Eusebius P. E. p. 680.

Τὴν τοῖδε γάρ τοι Ζεὺς ἔγημε μητέρα,
οὐ χρυσόμορφος, οὐδ' ἐπημφιεσμένος
πτίλον κύκνειον, ὡς κόρην Πλευρωνίαν
ὑπημβρύωσεν· ἀλλ' ὁλοσχερὴς ἀνήρ.
* * * * *
ταχὺς δὲ βαθμοῖς νυμφικοῖς ἐπεστάθη
ὁ μοιχός - - - - - - - - -
ὁ δ' οὔτε δαιτὸς, οὔτε χέρνιβος θίγων
πρὸς λέκτρον ἦλθε, καρδίαν ὠδαγμένος·
ὅλην δ' ἐκείνην εὐφρόνην ἐθρύπτετο.

Eius parenti namque nupsit Iupiter,
non flavus auro, non olor pluma nitens,
qualis puellae iunctus est Pleuroniae,
matremque fecit: ast homo plane integer.
* * * * *
notis volucrem postibus gressum intulit
adulter - - - - - - - - -
non dextra lympham, non cibum lingua adtigit:
at pectus acri saucius morsu, torum
init, atque Veneri nocte se tota dedit.

E satyrica fabula Hercule ad Taenarum versus hi derivati esse videntur: non enim de alius, quam Herculis natalibus, furtivoque Iovis cum Alcmena concubitu in illis agitur. In ultimo versu Eusebius legit ἐθόρνυτο.

LI. Idem p. 728. Iustinus de Monarchia p. 159. Edit. Oxon.

Ἔσται γὰρ, ἔσται κεῖνος αἰᾶνος χρόνος,
ὅταν πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν σχάσῃ
χρυσωπὸς αἰθὴρ, ἡ δὲ βοσκηθεῖσα φλὸξ
ἅπαντα τἀπίγεια καὶ μετάρσια
φλέξει μανεῖσα - - - - - -
- - - - ἐπὰν δ' ἄρ' ἐκλίπῃ τὸ πᾶν,
Φροῖδος μὲν ἔσται κυμάτων ἅπας βυθὸς,
γῆ δ' ἑδράνων ἔρημος, οὐδ' ἀὴρ ἔτι
πτερωτὰ φῦλα βαστάσει πυρούμενος·
κἄπειτα σώσει πάνθ' ἃ πρόσθ' ἀπώλεσεν.

nam veniet ille, veniet haud dubie dies,
laxabit ignis quum redundantes opes
auratus aether: lege tum spreta furens
terras et illis quidquid est sublimius
depascet ardor: inde quum defecerit
hoc omne, nulla iam ferent undas vada,
neque ulla ramos eriget tellus, neque
exustus aër pascet aligerum genus.
mox reddet idem cuncta qui exitio dedit.

Illi versus non magis sunt Sophoclis, quam illi qui proxime sequuntur, quorum suppositionem abunde demonstravit Bentleius in Epistola ad Millium. Eos certatim alter alterum describentes a Iustino usque omnes allegarunt Christianorum dogmatum vindices. Unum Clementem pag. 63. et 717. adire satis fuerit.

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστιν θεὸς,
ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακρὰν,
πόντου τε χαροπὸν οἴδμα καὐνέμων βίας.
θνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίαν πλανώμενοι
ἱδρυσάμεσθα, πημάτων παραψυχὴν,
θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων, ἢ χαλκέους,
ἢ χρυσοτεύκτους, ἢ 'λεφαντίνους τύπους
θυσίας τε τούτοις καὶ καλὰς πανηγύρεις
νέμοντες, οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Unus profecto est, unus est tantum deus,
coeli solique machinam qui condidit,
vadumque ponti caerulum et vim spiritus.
at ducta caeco errore genus mortalium
commenta cladis in suae solatium est
simulacra divûm facta saxo aut arbore,
vel pondere auri, dente vel Lucae bovis:
his victimarum sanguinem, his festos dies
quum dedicamus, ea religio creditur.

LII. Idem Strom. II. p. 494. Εὖ γοῦν ἡ τραγῳδία περὶ τοῦ Διὸς γράφει·

Πρὸς δ' οἶον ἥξεις δαίμονα,
ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν
ᾔδη, μόνην δ' ἔστεργε τὴν ἁπλῶς δίκην.
Heu quam severi pectoris visis deum,
qui gratiae largitur aut aequo nihil,
sed iure summo semper et ubique utitur.

Auctorem horum versuum Clementi non nominatum, Sophoclem esse testatur Plutarchus in Erotico pag. 661. Primi in fine a mala manu additae voces ὡς ἔρωτα litura emendandae erant. Grotius substituit ὡς ἀρηρότα: Heathius aliud, ad mentem Latini interpretis.

Quaedam apud Clementem leguntur, quae ille scribendi festinantia et memoriae lapsu Sophocli falso tribuit. Aeschyli versus Choëph. 503. quos in promtu habebat, codice non inspecto, allegavit tamquam Sophoclis, Strom. p. 504. Ibid. p. 574. tragico nostro tribuit sententiam quae Euripidis est in Oedipo, teste Stobaeo Floril. Tit. I. Porro p. 726. poëtae nescio cuius epici hexametros profert duos, e quibus Grotius in Excerptis pravos anapaestos fecit, quos pro Sophocleis nemo adgnoscat. Hoc idcirco moneo, ne quis opinetur me imprudentem ista praetermisisse. Heathii, licet in superstitum scenicorum poëtarum lectione valde triti, errores sunt huius generis non pauci. Sed quis memoria ita polleat, ut quaecumque legerit, simul ac fiunt obvia, statim recordetur apud quem auctorem prius illa

viderit? Duo senarii, quos citat Suidas in Ἄξιος λαβεῖν, Euripidis sunt in Medea 321. Versus quem citat in Ψεῦσον, Aristophanis est in Thesmoph. 870. Proverbium quod in voce Ἀηδὼν inter duas Sophocleas χρήσεις importune insertum fuit ab inepto librario, quodque suo loco iuxta literarum seriem legitur, pro Sophocleo fragmento venditari non debebat.

LIII. Plutarchus in Timol. p. 252. Τῶν δὲ Τιμολέοντος ἔργων οὐδέν ἐστιν, ᾧ μὴ τὰ τοῦ Σοφοκλέους ἐπιφωνεῖν ἔπρεπεν·

Ὦ θεοί, τίς ἄρα κύπρις, ἢ πίς ἵμερος
τοῖδε ξυνήψατ';

[Proh dii, quaenam igitur venus, quod desiderium huius coniunxit?]

LIV. Idem in Pompeio p. 661. et in libro de Aud. poëtis p. 65. edit. Grotii:

Ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

Quicumque regis in domum gressus tulit,
iam servus illi est, liber etsi advenerat.

LV. Idem in Alexandro p. 667. Philippus Alexandrum filium πείθειν ἐπειρᾶτο μᾶλλον ἢ προστάττειν, καὶ τοῖς περὶ μουσικὴν καὶ τὰ ἐγκύκλια παιδευταῖς οὐ πάνυ τι πιστεύων τὴν ἐπιστασίαν αὐτοῦ καὶ κατάρτυσιν, ὡς μείζονος οὔσης πραγματείας, καὶ κατὰ τὸν Σοφοκλέα,

Πολλῶν χαλινῶν ἔργον οἰάκων θ' ἅμα,

μετεπέμψατο Ἀριστοτέλην.

[Multarum habenarum ac gubernaclorum opus.]

LVI. Idem in Demetrio p. 911. Ὁ Σοφοκλέους Μενέλαος ταύτην εἰκόνα ταῖς αὑτοῦ τύχαις παρατίθησιν·

Ἀλλ' ὁμὸς αἰεὶ πότμος ἐν πυκνῷ θεοῦ
τροχῷ κυκλεῖται, καὶ μεταλλάσσει φύσιν·
ὥςπερ σελήνης γ' ὄψις εὐφρόνας δύο
στῆναι δύναιτ' ἂν οὔ ποτ' ἐν μορφῇ μιᾷ,
ἀλλ' ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχεται νέα,
πρόσωπα καλλύνουσα καὶ πληρουμένη,

χῶταν περ αὐτῆς εὐγενεστάτη φανῇ,
πάλιν διαῤῥεῖ, κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται.

At mea deorum vita praecipiti rota
versatur usque et usque et alternat vices:
ut illa Phoebi, sidus inconstans, soror
servare vultum nescit in noctes duas;
sed ex latente nascitur primum nova,
maiorque pulcriorque paullatim venit:
at ore postquam fulsit integerrimo,
tabescit iterum, denique in nihilum redit.

[Versu 3. v. legitur σελήνης δ' ὄψις, minus apte.]

LVII. Idem in Artaxerxe p. 1025. Καθόλου μὲν ἴσως τὸ Σοφόκλειον·

Ταχεῖα πειθὼ τῶν κακῶν ὁδοιπορεῖ.
Res ad malas consilia festinant gradum.

LVIII. Idem in libro de Aud. poëtis edit. Grotii p. 7.

Ἔργου δὲ παντὸς ἦν τις ἄρχηται καλῶς,
καὶ τὰς τελευτὰς εἰκὸς ἔσθ' οὕτως ἔχειν.
In opere quovis si bonum est primordium,
credibile finem se quoque habiturum bene.

Ibid. p. 11.

— Στενωπὸς Ἅιδου καὶ παλίῤῥοια βυθοῦ.
Vbi reciprocus gurges, et portae Inferûm.

Ibid. p. 23.

Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἴῃ.
Lucrum omne dulce, licet emas mendacio.

Perperam Grotius in fine senarii dedit ἔῃ. Eamdem sententiam vide in Aethiopibus I. et Electrae in v. 61. quem Heathius inter incerta fragmenta retulit.

Οὐκ ἐξάγουσι καρπὸν οἱ ψευδεῖς λόγοι.
Perferre frugem falsa negat oratio.

Ibid. p. 24.

Γένοιτο κἂν ἄπλουτος ἐν τιμαῖς ἀνήρ.
Honore saepe et pauper ornari solet.

Οὐδὲν κακίων πτωχὸς, εἰ καλῶς φρονοῖ.
Nihil hoc inops deterior est, bene qui sapit.

Ἀλλὰ τῶν πολλῶν καλῶν
τίς χάρις, εἰ κακόβουλος φροντὶς
ἐκτρέπει τὸν εὐαίωνα πλοῦτον;
Multis honestis quod decus aut nitor,
si prava mentis consilia educant
vitae creatrices beatae
divitias?

[Male v. legitur ἐκτρέφει, crebra literarum π et φ commutatione. Malim quoque in senariorum formam haec redigere iambicorum ita:

Χάρις τίς ἄρα τῶν καλῶν, κακόβουλος εἰ
φροντὶς τὸν εὐαίωνα πλοῦτον ἐκτρέπει;
Quae gratia est bonorum, si alio pessima
consilia fortunatas derivent opes?]

Ibid. p. 27.

Ὡς τρισάλβιοι
κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δεσχθέντες τέλη
μόλωσ' ἐς Ἀΐδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
ζῆν ἐστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά.
Felices nimis,
initia quotquot ista quum conspexerint,
eunt ad Orcum: namque eos solos manet
ibi vita; reliquos, miserias praeter, nihil.

In fabulae loco, unde haec derivata, mentio erat forte τοῦ λωμῶνος τοῦ τοῖς μύσταις ἀνακειλέναι, cui Sophoclem auctorem laudat Scholiastes Comici ad Ranas 347.

Ibid. p. 31.

Τοιβὰς γὰρ, ὦ γυναῖκες, οὐδ' ὁρῶν Ἄρης
σοὺς προσώπῳ πάντα τοφθαλμὸς κρυπ.
Mars, o mulieres, caecus, hirsutae suis
velut ore frendens cuncta commiscet mala.

LIX. Idem Moral. p. [illegible] et 609.

Ὅτῳ δ' ἔρωτος δίγνιμ παιδικοῦ προσῇ . . .

Vide Valckenarium ad Phoenissas p. 138.

Ibid. p. 84. Ἡ δὲ προσωπὴ τὰς ὑπερβολὰς πρότερον καὶ τὰς ὀξύτητας τῶν παθῶν ἀνίησι,

Πρὸς ἆπερ οἱ μαργῶντες ἐντανώτατοι,

κατὰ τὸν Σοφοκλέα. Tragici verba usui suo accommodavit. At is scripserat non ἆπερ, sed οὖπερ, ἅπερ, seu πρὸς ταῦτά γ' οἱ —.

LX. Idem libro de Fortuna p. 98,

Τὰ μὲν διδακτὰ μανθάνω, τὰ δ' εὑρετὰ
ζητῶ· τὰ δ' εὐκτὰ παρὰ θεῶν ἠτησάμην.

Discenda disco, et invenienda si qua sunt, inquiro: voti quae sunt, a diis peto.

Ibid. pag. 99. Clemens Protreptico p. 78.

Βᾶτ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χειρώναξ λεὼς,
εἰ τὴν Διὸς γοργῶπιν Ἐργάνην στατοῖς
λίκνοισι προστρέπεσθε.

Turba in viam procedite manuaria,
torvo ore quotquot Erganan satam Iove
vannos ferentes mysticas veremini.

Vide Lexicon in Χειρώνακτες et Gatakerum T. I. p. 493.

LXI. Idem in Consolatione p. 107.

Σὺ δ' ἄνδρα θνητὸν, εἰ κατέφθιτο, στένεις,
εἰδὼς τὸ μέλλον οὐδὲν εἰ κέρδος φέρει.

Quod occubuerit morte mortalis, doles,
nec scis an ipsum hoc non sit olim e re tua.

LXII. Idem in Coniugial. praec. p. 141. Ταῖς Λυσάνδρου συγατράσιν ὁ τύραννος ὁ Σικελικὸς ἱμάτια καὶ πλόκια τῶν πολυτελῶν ἔπεμψεν. ὁ δὲ Λύσανδρος οὐκ ἔλαβεν, εἰπών· Ταῦτα τὰ κόσμια καταισχυνεῖ μου μᾶλλον ἢ κοσμήσει τὰς θυγατέρας. πρότερος δὲ Λυσάνδρου Σοφοκλῆς τοῦτο εἶπεν·

Οὐ κόσμος, οὐκ, ὦ τλῆμον, ἀλλ' ἀκοσμία
φαίνοιτ' ἂν εἶναι, σῶν τε μαργότης φρενῶν.

Erras, miser, quod istud ornamen vocas:
probrum est, tuaeque mentis insolentia.

LXIII. Idem in Quaest. Rom. p. 280. Διὰ κόρον καὶ πλησμονὴν ἐξυβρίζουσι καὶ βύες καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι καὶ ἄνθρωποι, ὡς που καὶ Σοφοκλῆς πεποίηκε·

Σὺ δὲ σφαδάζεις, πῶλος ὡς εὐφορβίᾳ·
γαστὴρ τε γάρ σευ καὶ γνάθος πλήρης —

Iactaris, ut equus pascuo in laeto solet:
tibique venter, os quoque est plenum.

LXIV. Idem de Ei apud Delphos p. 394.

Οὐ νάβλα κωκύτοισιν, οὐ λύρα, Φίλα.

[Nec nablium luctus amat, nec lyra.]

LXV. Idem de Orac. def. pag. 414. — Πολλὰ καλὰ τοῦ θεοῦ διδόντος ἀνθρώποις, ἀθάνατον δὲ μηδέν· ὥστε θνήσκειν καὶ τὰ θεῶν, θεοὺς δὲ οὐ, κατὰ τὸν Σοφοκλέα. Senario non admodum eleganti sententiam concluserunt:

Θνήσκει δὲ καὶ τὰ τῶν θεῶν, θεοὶ δ' ἆρ' οὔ.

Non di quidem moriuntur, at quae sunt deûm.

Verbis suis Tragici sententiam expressit Plutarchus, sed ad versus non respexit, quos a Philostrato conservatos fuisse credidit Gatakerus, non recordatus se eos legisse in Oedipo ad Colonum 607. Est horum sententia prorsus diversa.

Ibid. p. 417.

Οὔμὸς δ' ἀλέκτωρ αὐτὸν ἦγε πρὸς μύλην.

Grotius aliter ac Plutarchus accepit, legendo αὑτὸν, et vertit:

Meus
se sponte pullus ad molam salsam tulit.

LXVI. Idem de Ira cohib. pag. 458. Καὶ τὸν Νεοπτόλεμον ὁ Σοφοκλῆς καὶ τὸν Εὐρύπυλον ὁπλίσας, Ἐκόμπασ' ἀλοιδόρητα, φησὶν,

Ἐῤῥηξάτην ἐς κύκλα χαλκέων ὅπλων.

Ibid. p. 463. Ὁ δὲ Σοφοκλῆς λέγων ὅτι

Τὰ πλεῖστα φωρῶν αἰσχρὰ φωράσεις βροτῶν,

ἄγαν ἔοικεν ἡμῖν ἐπεμβαίνειν καὶ πολυύειν. Eumdem senarium lau-

dat rursus in libro de fraterno amore pag. 481. Sic eum vertit Grotius:

Deprendere hominum pleraque est vitio obsita.

LXVII. Idem de Animi tranquill. p. 468. Ὥςπερ οἱ Σοφοκλέους ἰατροὶ

Πικρῷ πικρὰν κλύζουσι φαρμάκῳ χολήν.
Amaram amaro remedio bilem lavant.

Sic prolatus senarius in praecedenti tractatu p. 463. tacito auctoris nomine: at in libro de Facie in orbe lunae pag. 923. sic legitur, et quidem, meo iudicio, rectius:

Πικρὰν πικροῖς κλύζουσι φαρμάκοις χολήν.

LXVIII. Idem de Garrulitate p. 504. Ὁ μὲν γὰρ Σοφοκλέους Νέστωρ τὸν Αἴαντα τραχυνόμενον τῷ λόγῳ παύων, ἠθικῶς τοῦτο εἴρηκεν·

Οὐ μέμφομαί σε· δρᾶν γὰρ εὖ κακῶς λέγεις.
Non culpo te: male faris, at bene rem geris.

Idem senarius rursus occurrit pag. 810. Non aliunde traductus videtur, quam e Syndipnis.

Ibidem pag. 511. Πρῶτον μὲν οὖν ἐν ταῖς τῶν πέλας ἐρωτήσεσιν σαυτὸν ἔθιζε σιωπᾶν, μέχρις οὗ πάντες ἀπείπωνται τὴν ἀπόκρισιν.

Οὐ γάρ τι βουλῆς ταὐτὸ καὶ δρόμου τέλος.

ὡς φησιν ὁ Σοφοκλῆς.

Non finis idem consiliis, qui cursui.

LXIX. Idem de Vitioso pudore p. 530. Κακὴ δὲ (ἡ δυσωπία) θαλάμου καὶ γυναικωνίτιδος ἐπίτροπος· ὡς φησιν ἡ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ μετανοοῦσα πρὸς τὸν μοιχόν·

Ἔπεισας, ἐξέθωψας.
Suasti, esque id eblanditus.

LXX. Idem Sympos. I. problem. 8.

Βραδεῖα μὲν γὰρ ἐν λόγοισι προσβολὴ
μόλις δι' ὠτὸς ἔρχεται τρυπωμένου,
πέρᾳ δὲ λαύσσων, ἐγγὺθεν δὲ πᾶς τυφλός.

In colloquendo tardus appulsus soni
vix ipsa penetrat aurium foramina:
tuetur aliquid eminus, propius nihil.

[Haec pro emendatis haberi nequeunt. Non displiceret

— τρυτωμένου·
πόρρω δὲ λεύσσειν· ἐγγύθεν δὲ πᾶς τυφλός.

ut ex propinquo colloqui, sed ex longinquo res adspicere moneremur, ne visus turbaretur. λεύσσειν pro λεῦσσε.]

Ibid. II. Probl. 5. Καὶ Σοφοκλῆς εἰρηκέ που περὶ τῶν Τρώων, ὡς

Φίλιπποι καὶ κερουλκοὶ,
σὺν σάκει δὲ
κωδωνοκρότῳ παλαισταί.

[Malim haec ita digeri:

Φίλιπποι καὶ κερουλκοὶ,
σάκει δὲ κωδωνοκρότῳ παλαισταί.

Equorum amantes et sagittarii, scutisque tinnientibus luctatores.

Vide de his scutorum tintinnabulis Musgrav. ad Rhes. 383.]

Ibid. VIII. Probl. 9. Τοῦ Σοφοκλέους ἐπὶ τῶν, ὅτι μὴ πρότερον ἦν, ἀπιστουμένων εἰ γέγονε νῦν, οὐ φαύλως εἰπόντος·

Ἅπαντα τἀγέννητα πρῶτον ἦλθ' ἅπαξ.

Sic senarium scribendum esse ostendit Valckenarius Diatr. Eurip. p. 222. Prava est Grotii coniectura, unde nata versio a Sophoclis et Plutarchi sententia prorsus aliena:

Quidquid fit usquam, coepit aliquando id semel.

Ibid. IX. Probl. 14. Ο Σοφοκλέους Ὀδυσσεὺς φησὶ Σειρῆνας εἰς-αφικέσθαι Φόρκου κόρας ἀθροῦντος τοὺς Ἀιδου νόμους. Sumta haec ex Ulyssis sermone in Dramate, ut opinor, Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλήγι. Operam luderet, qui ex his verbis integros senarios concinnare vellet. Perspicue nihil video, nisi prioris finem:

Σειρῆνας εἰςαφικόμην.

[At his adde Φόρκου κόρας, et integrum senarium habebis. sequens sic inceperit:

Ἅιδου νόμους ἀθροῦντος.]

LXXI. Idem in Amatorio pag. 768. Ἐνθουσιασμοῦ δὲ τὸ μαντικὸν ἐξ Ἀπόλλωνος ἐπιπνοίας καὶ κατοχῆς· τὸ δὲ βακχεῖον ἐκ Διονύσου,

Κἀπὶ Κορυβάντεσσι χορεύσατε,

φησὶ Σοφοκλῆς.

Ibid. p. 768.

Φίλων τοιούτων οἱ μὲν ἐστερημένοι
χαίρουσιν, οἱ δ' ἔχοντες εὔχονται φυγεῖν.

Tales amicos scilicet qui non habent,
sibi gratulantur; quique habent, optant fugam.

LXXII. Idem in libro An seni sit gerenda resp. p. 792.

Λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν ὥςπερ εὐπρεπὴς
χαλκὸς, χρόνῳ δ' ἀργῆσαν ἤμυσε στέγος —

Namque aes velut decorum splendet usibus,
quum non habitata tempore concidat domus.

Hac comparatione cum alibi utitur Plutarchus, tum in libro de Occulte vivendo p. 1129. ubi pro εὐπρεπὴς minus bene legitur εὐγενὴς. Ovidius Amorum I. 8. 51.

Aera nitent usu: vestis bona quaerit haberi:
canescunt turpi tecta relicta situ.

Ibid. p. 802. Τὴν γὰρ Ἐργάνην οὗτοι μόνον θεραπεύουσιν, ὡς φησι Σοφοκλῆς. Οἱ παρ' ἄκμονι τυπάδι βαρείᾳ καὶ πληγαῖς ὑπακούουσαν ὕλην ἄψυχον δημιουργοῦντες. Ista in senarios digessit, aliisque Sophocleis coniunxit, quae dedimus supra LX. Gatakerus ibi laudatus ad hunc modum:

Λίκνοισι προστρέπεσθε, καὶ παρ' ἄκμονι
τυπάδι βαρείᾳ τὴν ὕλην ὑπήκοον
πληγαῖς τε πολλαῖς δημιουργεῖτ' ἄψυχον.

Sed praeterquam minime apparet ista olim sic continuata fuisse,

sunt isti senarii non unam ob mendam Sophocle indigni: solet ille primam in ὕλη producere, et media in ἀψυχος nullibi correpta invenitur.

[Priore fragmento legendum censeo, ὅςπερ εὐγενὴς, intell. ἐστί: aeb, quod nobile est, i. e. bonum. εὐπρεπὴς interpretamentum est vocis lectioris. Posterius me felicioribus relinquo.]

LXXIII. Idem de Herodoti malign. p. 854. Αλλὰ

Δεινὸν τὸ τὰς Πειθοῖς πρόςωπον,

ὡς φησιν ὁ Σοφοκλῆς.

[Potens est Suada.]

LXXIV. Idem de Solert. anim. p. 959.

— Τιθασὸν δὲ χῆνα, καὶ περιστερὰν

ἑφέστιον οἰκέτιν τε.

[Cicurem anserem et columbam domesticam et familiarem.] Ibid. pag. 985. Ἀλλὰ ἡμῖν γε πάλαι τὸ τοῦ Σοφοκλέους δεδογμένον ἐστίν·

Εὖ γὰρ καὶ διχοστατῶν λύγος

σύγκολλα τἀμφοῖν ἐς μέσον τεκταίνεται.

Perperam in impressis legitur συγκολλᾶτ' ἐς μέσον ἀμφοῖν τέτακται. In Valckenarii schedis lectionem e codice enotatam reperio τεκταίνεται, unde in proclivi fuit senarii numeros restituere. Graeca male constituit Grotius; verum sententiam eleganter expressit:

Quamvis dissidens sententia
facile iugatur, media si placeat via.

LXXV. Idem in libro contra Epicurum p. 1093. Sophoclis quaedam profert a librariis tam male habita, ut non interpretem, sed vatem, desiderent: Μουσομανεῖ δ' ἐλάφθην δ' ἄν, καὶ τῷ τοτὶ διερὰν, ἔρχομαι δ' ἔκ τε λύρας, ἔκ τε νόμων. Ista emendata dabit forte Wyttenbachius in editione operum Plutarchi moralium, quam avide exspectamus. Si quid interea coniicere licet, ad hunc fere modum scripta olim exstitisse videntur:

Μουσομανεῖ δ' ἀϑάλφϑην δακέτῳ·
ποτὶ δειράδα
ἔρχομαι ἔκ τε λύρας, ἔκ τε νόμων.

[Elegii formam in his videor agnoscere, legamque adeo:

Μουσομανεῖ 'λήφϑην ἀδινῷ, κ' οὔτοι ποτὶ δηρὸν
Ἔρχομαι ἔκ τε λύρας, ἔρχομαι ἔκ τε νόμων.

Musicus invasit me ingens amor, ut mihi longe
Nec siet a fidibus nec sit abire modis.

Μουσομανὲς pro substantivo usurpatum, ut p. adiectiva et participia, etiam absque articulo. Alterum ἔρχομαι, quia superfluum videbatur stolidis librariis, omissum est. Brunckii δάκετον me pungit, fateor, neque in nescio quam δειράδα ascendere cum illo sustinuerim.]

LXXVI. Scriptor vitae Homeri in Opuscul. mythol. Thom. Gale p. 367. Πάλιν δὲ τὸ Ομήρου (Ιλ. γ'. 65.)

Οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ ϑεῶν ἐρικυδέα δῶρα,

Σοφοκλῆς παρέφρασεν, εἰπών·

Θεοῦ τὸ δῶρον τοῦτο· χρὴ δ' ὅσ' ἂν ϑεοὶ
διδῶσι, φεύγειν μηδὲν, ὦ τέκνον, ποτέ.

[Deus, puer dat, nec deorum munera
Refugere, quaecunque accidunt, unquam decet.]

LXXVII. Homeri Scholiastes ineditus ad Ιλ. Τ. 292. cuius locum protulit Valckenarius ad Phoenissas p. 526. Επιτείνεται τῇ ὄψει τὰ παϑήματα. καὶ Σοφοκλῆς·

Ὄψις γὰρ ὠτων κριτικωτέρα πολύ.

In fine semarii codex habet πάντως, Valckenario mutatum in πέλει.

[Visus enim auribus multo acrior.]

LXXVIII. Eustathius ad Ιλ. Φ. pag. 1237. Διαγνωμονοῦντος Ἀχιλλέως ὅτι τε εὐψύχως ἔτι διάκειται, καὶ διερῷ ποδὶ, καϑ' Ομηρον, ἢ χλωρὸν γόνυ, κατὰ Θεόκριτον, ἔχων βαίνει, καὶ οὕτω δίος,

Εἰς ἀλίβαντα καταπεσεῖν αὐτὸν, ζῶντι ποδὶ χρώμενον. ὡς φησι Σοφοκλῆς.

[— Inter mortuos eum delabi, vivente m.

Graeca sic potius constituam:

Ἐς ἀλίβαντά νιν καταπεσεῖν, ποδὶ
Ζῶντι χρώμενον]

LXXIX. Idem ad Odyss. E. p. 1538. Λέγει δέ που καὶ Σοφοκλῆς τὸ, Τηροῦντα τοὺς λέγοντας καὶ συνάγοντα τὰς ὀφρῦς καὶ τὰς ἀκάνθας ἐπεγείροντα. εἰπὼν τοῦτο ἐκεῖνος ὡς ἀπὸ ἰχθύων, οἳ τὰς ἀκάνθας ὀρθοῦσι καιρῷ θυμοῦ. Fefellit procul dubio memoria Eustathium: quae tamquam Sophoclis profert, Tragicum minime redolent; Aristophanis potius esse crediderim. Non raro alios pro aliis auctores laudat Eustathius, ut quum p. 867. ὀψοφαγίστατος καὶ βλακίστατος e Sophocle profert, quae sunt Xenophontis. Ομνυμι (male pro ὄμνυ) πέδον γῆς pag. 436. Sophocli tribuit, quod legitur in Eurip. Medea 747. Aeschyli versum in Agamemnone 278. parumper depravatum Sophocli adscribit p. 1872.

LXXX. Cicero ad Atticum II. 16. Cnaeus quidem noster iam plane quid cogitet nescio:

Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι Φορβειᾶς ἄτερ.

Grotius vertit:

Non ille modicis tibiis ultra canit,
sed agreste tumidus inflat et sine fibula.

Hos versus, quorum auctorem Cicero non laudat, Sophoclis esse compertum est ex Longino περὶ ὕψους p. 7. editionis Toupii: Γελᾶται ἔτι μᾶλλον τὰ Κλειτάρχου. Φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνὴρ, καὶ φυσῶν, κατὰ τὸν Σοφοκλέα, Οὐ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοις, Φορβειᾶς δ' ἄτερ. De tibicinum capistro videndus Salmasius ad Solinum p. 585.

LXXXI. Dionysius Halic. de structura orationis p. 66. edit. Lond. in 8.

Μύω τε καὶ δέδορκα, καὐξανίσταμαι,
πλείων Φυλάσσων αὐτὸς, ἢ Φυλάσσομαι.

Conniveo, conspicio, consurgo quoque:
nec servor aliis ipse quam servo magis.

LXXXII. Pindari Scholiastes ad Olymp. I. 97.

Λύσω γάρ, εἰ καὶ τῶν τριῶν ἓν· οἴσομαι.
[Solvam, si ex tribus vel unum tulero.

Ad verba ibi Pindari μετὰ τριῶν τέταρτον Scholiastes inter alia: Ἔνιοι δὲ, ὅτι τρία λέγονται κοινῶς καὶ τὰ πρὸς θάνατον συνεργοῦντα, ξίφος, ἀγχόνη, κρημνός. Σοφοκλῆς· Λύσω κ. τ. λ. Fugit hic locus paroemiographos.]

Idem ad Pyth. II. 125. Οἱ γὰρ Φοίνικες παλιγκάπηλοι, καὶ Σοφοκλῆς·

Ὠνὴν ἔθου καὶ πρᾶσιν, ὡς Φοῖνιξ ἀνὴρ
Σιδώνιος κάπηλος.

[Vendidisti, ut Phoenix caupo Sidonius.]

Idem ad Pyth. IV. 215.

Χῶρος γὰρ αὐτός ἐστιν ἀνθρώπου φρενῶν,
ὅπου τὸ τερπνὸν καὶ τὸ πημαῖνον φύει·
δακρυρροεῖ γοῦν καὶ τὰ καὶ τὰ τυγχάνων.

[Male vulgatae οὗτος pro αὐτὸς, i. e. ὁ αὐτός. sed ita saepissime erratum. Vid. B. ad Oedip. T. 544. Vertas:

Namque unus animis est in humanis locus,
Ubi dolorque gaudiumque nascitur;
Quare vel hoc vel nactus illum lacrumat.]

Ibidem 222. [ad verba Pindari: κράναν Τπερηΐδα λιπὼν Schol. inter alia: Τπερεία δὴ κρήνη ἐν ταῖς Φεραῖς. ὡς Σοφοκλῆς·]

Ὦ γῆ Φεραία, χαῖρε, σύγγονόν θ' ὕδωρ,
Τπερεία κρήνη, νᾶμα θεοφιλέστατον.
[Pheraea terra, et patria tu, salveto, aqua
Hyperia, fons mi ex omnibus amatissime!]

Idem ad Nem. X. 59. Καὶ γὰρ τὸ πρῶτον, ἔσχατον ποτὲ δύναται γενέσθαι, καὶ τὸ ἔσχατον, πρῶτον. κέχρηται καὶ Σοφοκλῆς τῷ ἐσχάτῳ, ἀντὶ τοῦ πρώτου·

Ἔχει γὰρ ἕδραν Ζεὺς ἐν ἐσχάτῳ θεῶν.
[Sedem deorum Iupiter summam tenet.]

Legitur vulgo ἤδη γὰρ ἕδρα.
[Malim ἑδρᾶ γὰρ ἕδραν etc.]

Idem ad Nem. XI. 7.

Ὦ πρῶρα λοιβῆς ἑστία.

LXXXIII. Scholiastes Aeschyli ad Persas 181.

Ἐδοξάτην μοι δύο γυναῖκ' εὐείμονε.

Ἐντεῦθεν ἔλαβεν ὁ Σοφοκλῆς τὸ
Ἐδοξάτην μοι τὰ δύ' ἠπείρω μολεῖν.

Prave scriptum vulgo senarium sic restituit Valckenarius, cuius emendationem protulit Piersonus ad Herodianum p. 435.

[Videbantur mihi esse duae continentes.]

LXXXIV. Scholiastes Euripidis ad Oresten 491.

Ὀργὴ γέροντος, ὥστε μαλθακὴ κοπὶς,
Εὔχειρα θήγει', ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται.

Absurde vulgo legitur νοτὶς, cui aptari non possunt duo sequentia verba: at cultri acies acuitur et obtunditur. κοπὶς reponendum esse iam viderat Valckenarius ad Hippol. pag. 240. Hoc nomen aversati videntur librarii; nam ubi ponendum erat in Antig. 693. pro eo scripserunt κόνις, haud minus inepte. Sic etiam apud Lucianum in Asino 40. ubi legendum absque ulla dubitatione, ἐγὼ δὲ τὸ μέλλον ἤδη προορώμενος, κράτιστον ἔγνων τὸ σώζειν ἐμαυτὸν ἐκ τῆς κοπίδος. meliores libri pro κοπίδος habent κονίδος, eodem errore: at deteriores, quos sequuntur impressi, habent καινίδος, quod graece perito nemini sincerum videri possit. Praeterea male legitur posteriore versu θήγει. Grotius lectionis vitium non animadvertit, sed in versione bonam saltem sententiam dedit, licet graecis, uti legi debent, minus congruam:

Aevi-senilis ira, ceu tenuis vapor,
subito excitari, subito et exstingui solet.

[Insulse adhuc legebatur ἐν χειρὶ θήγετ' vel θήγει. Forma εὔχειρος vel hoc loco satis confirmatur, quam adiectivorum terminationem, ut quaeque rariora, sectari Nostrum, pluribus in locis demonstrare vidimus eruditissimum Musgravium. εὔχειρα valet εὐχείρως, facile.]

Idem ibid. 603.

Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.

Proverbialis est senarius sine auctoris nomine saepe citatus. Vide Erasmi Adagia Chil. I. Cent. III. 9.

[Iovis quidem usque tesserae cadunt bene.]

LXXXV. Idem ad Medeam 33. Ἀτιμάσας ἔχει. Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ἠτίμησε. καὶ Σοφοκλῆς·

Παῖδας μὲν οὓς ἔφυσ' ἀναλώσας ἔχει·

καὶ πάλιν·

Εὐφημίαν μὲν πρῶτα κηρύξας ἔχω.

Horum senariorum prior de Thyeste dictus videtur. Huius Atticismi exempla in superstitibus Sophoclis fabulis occurrunt permulta, geminumque gemellum in Antig. 22.

[Pueros, quos genuit, ipse interfectos habet.

Prospera primum nuntio.]

LXXXVI. Scholiastes Comici ad Nubes 1162. Ἀυσανίας πατρῴων μεγάλων κακῶν. λύων τὰς τοῦ πατρὸς ἀνίας — τὸν Σοφοκλέα μυκτηρίζει λέγοντα·

Ζεὺς ἐπὶ νόστον ἄγει
τὸν νικομάχαν καὶ παύσανίαν
Ἀτρείδαν.

Sic scribenda et digerenda videntur Tragici verba. Conf. Suidam in Ἀυσανίας.

[Malim Ἀτρειδᾶν. Verte: Iupiter adducit Atridis reditum victorem et luctus domitorem.]

LXXXVII. Idem ad Aves 1240. Διὸς μακέλλῃ. τοῦτό φησι παρὰ τὸ Σοφόκλειον,

Χρυσῇ μακέλλῃ Ζηνὸς ἐξαναστραφῇ.
[Aureo ligone Iovis evertatur. — Aeschylea vox.]

LXXXVIII. Idem ad Lysistratam 8. Τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς. ἀντὶ τοῦ ἐσκυθρωπακέναι. ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος. τοιοῦτο γὰρ τὸ πρόσωπον τῶν ἐν μερίμνῃ ὄντων. Ὁμηρος· (Il. O. 102.)

Οὐδὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι κυανέῃσιν ἰάνθη.

καὶ Σοφοκλῆς·

Ὡς ἂν Διὸς μέτωπον ἰανθῇ χαρᾷ.

Confer Suidam in Τοξοποιεῖν.
[ut Iovis frons gaudio solveretur.]

LXXXIX. Philo Iudaeus T. II. p. 448. Τὸν ἀψευδῶς ἐλεύθερον ἀναζητῶμεν, ᾧ μόνῳ τὸ αὐτοκρατὲς πρόσεστι — ἀναφθέγξεται γὰρ ἐκεῖνο τὸ Σοφόκλειον, οὐδὲν τῶν Πυθοχρήστων διαφέρον· Θεὸς ἐμοὶ ἄρχων, θνητῶν δὲ οὐδὲ εἷς. Senarium restituit Grotius.

Ἄρχων δ' ἐμοὶ θεός ἐστι, θνητῶν δ' οὐδὲ εἷς.
Deus imperator, nemo mortalis mihi.

[Pravus ille versus. Reposuerim equidem: Ἄρχ. δὲ θνητῶν οὔτις ἀλλ' ἐμοὶ θεός.]

XC. Achilles Tatius Isagoges ad Arati Phaenom. Cap. I. initio:

Μισῶ γὰρ ὅστις τἀφανῆ περισκοπεῖ.
Occulta qui rimatur, odiosus mihi est.

Idem ibid. ubi de astronomiae inventoribus: Σοφοκλῆς δὲ εἰς Ἀτρέα τὴν εὕρεσιν ἀναφέρει λέγων· Πᾶς προσκυνεῖ δὲ τὸν στρέφοντα κύκλον ἡλίου, quae verba ad senarii numeros sic revocavit Grotius:

Στρέφοντα κύκλον ἡλίου πᾶς προσκυνεῖ.
Quisque colit orbem Solis hunc qui vertitur.

XCI. Scriptor vitae Arati apud Petavium p. 151.

Ἥλιος οἰκτείρειέ με,
ὃν οἱ σοφοὶ λέγουσι γεννητὴν θεῶν,
καὶ πατέρα πάντων.

[Solem mei misereat, quem sapientes deorum genitorem vocant, patremque omnium.]

XCII. Scholiastes Aristidis T. II. pag. 235. ad haec verba: Αλλ' ἡ μὲν παροιμία καὶ Ὅμηρος φησί] τὸ Αλιεὺς πλῆγεὶς νοῦν ἴσχει, παροιμία· τὸ δὲ Παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. Ὁμήρου γὰρ εἰπόντος τὴν ἀρχὴν, ὕστερον εἰς παροιμίαν ἐλήφθη, ὥσπερ καὶ τὸ

Φίλου κακῶς πράξαντος ἐκποδὼν φίλοι.

Σοφοκλέους ὄν, παροιμιῶδες γέγονε.

[Miser est amicus? amici fugiunt illico.]

XCIII. Strabo L. VII. p. 452. Σοφοκλῆς λέγει περὶ τῆς Ωριθυίας, ὡς ἀναρπαγεῖσα ὑπὸ Βορέου κομισθείη

Ὑπέρ τε πόντον πάντ' ἐπ' ἔσχατα χθονὸς,
νυκτός τε πηγὰς, οὐρανοῦ τ' ἀναπτυχὰς,
Φοίβου τε παλαιὸν κῆπον —

Hi versus e Phineo desumti videntur.

[Super mare totum ad terrae usque terminos, fontesque noctis, et expansa coeli, ac Phoebi antiquum hortum.]

XCIV. Idem L. XV. p. 1008.

Θεὸν κατεῖδον τὴν βεβακχιωμένην
βροτοῖσι κλεινὴν Νῦσαν, ἣν ὁ βούκερως
Ἴακχος αὐτῷ μαῖαν ἡδίστην νέμει.

[Dein vidi bacchantem, celebrem inter mortales Nysam, quam corniger Iacchus dulcissimam habet nutricem.]

XCV. Stephanus, Αἶα, πόλις Κόλχων — ἔστι δὲ καὶ Θετταλίας ἄλλη, ὧν μέμνηται Σοφοκλῆς· τῆς μὲν πρωτέρας, λέγων,

Εἰς Αἶαν πλέων.

τῆς δὲ δευτέρας, οὕτως·

Ἔστιν τις Αἶα Θεσσαλῶν παγκληρία.

[Est Aea quaedam Thessalorum ditio.]

XCVI. Idem: Ἀνακτόριον, Ἀκαρνανίας πόλις — τὸ ἐθνικὸν, Ἀνακτόριος, καὶ θηλυκὸν Ἀνακτορία, ἡ γῆ· καὶ Ἀνακτοριεύς. Σοφοκλῆς δέ φησι διὰ διφθόγγου·

Ἀνακτόρειον, τῆσδ' ἐπώνυμον χθονός.

Locus hic perquam mendosus vulgo legitur, in quo Sophoclis senarius plane contrarium illius, quod propositum fuerat, evincit. Nam metri ipsa ratio ostendit Tragicum Ἀνακτόρειον scripsisse, non Ἀνακτόριον.

[Anactorium, huius terrae cognomine.]

XCVII. Idem: Ἀρτάκη, πόλις Φρυγίας — τὸ ἐθνικὸν, Ἀρτακηνός· Σοφοκλῆς δὲ Ἀρτακεὺς εἶπε·

Τί μέλλετ' Ἀρτακεῖς τε καὶ Περκώσιοι;

[Quid cunctamini, Artaces et Percosii?]

XCVIII. Scholiastes Hesiodi ad Theogn. v. 30.

Καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον.

παρέσον ἡ δάφνη ἐνεργεῖ πρὸς τοὺς ἐνθουσιασμούς. Σοφοκλῆς·

Δάφνην φαγὼν ὀδόντι πρῖε τὸ στόμα.

καὶ Λυκόφρων ἐν Κασάνδρᾳ· (6.)

Δαφνηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὅπα.

Male positae voces ἐν Κασάνδρᾳ errori, quem supra notavi, occasionem dederunt, quo creditus fuit Sophocles tragoediam fecisse Cassandrae titulo.

[Lauro comesa dentibus os momordit.]

XCIX. Dicaearchus de statu Graeciae p. 16. edit. Io. Hudson: Αἱ δὲ γυναῖκες τῶν Θηβαίων τοῖς μεγέθεσι, πορείαις, ῥυθμοῖς εὐ-

σχημονέσταταί τε καὶ εὐτρεπέσταται τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι γυναικῶν. μαρτυρεῖ Σοφοκλῆς·

Θήβας λέγεις μοι ταῖς πύλαις ἑπταστόμους,
οὗ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ θνηταὶ θεάς;

[v. θεούς. sed tunc dii quoque, non tantum deae, intelligi possent, quod a sententia abhorret. Verto: Thebas mihi memoras, septem portis instructas, quo solo terrarum loco mortales feminae pariunt deas?]

C. In Excerptis Ruhnkenii e Stobaei codice Ms.

Επεὶ πέπρακται πᾶν τὸ τοῦ θεοῦ καλῶς,
χωρῶμεν ἤδη, παῖδες, εἰς τὰ τῶν σοφῶν
διδασκαλεῖα, μουσικῆς παιδεύματα.
προσλαμβάνειν δὲ δεῖ καθ' ἡμέραν ἀεὶ,
ἕως ἂν ἐξῇ μανθάνειν, βελτίονα.
παῖς δ' ὢν κακὸν μὲν δρᾶν τι προῖκ' ἐπίσταται,
αὐτὸς παρ' αὑτοῦ μανθάνων ἄνευ πόνου·
τὰ χρηστὰ δ', οὐδ' ἂν τὸν διδάσκαλον λάβῃ,
ἐμνημόνευσεν, ἀλλὰ κέκτηται μόλις.
ταῦτ' οὖν φυλαξώμεσθα, καὶ μοχθητέον,
ὦ παῖδες, ὡς ἂν μήτ' ἀπαιδεύτων βροτῶν
δοκῶμεν εἶναι, κἀποδημοῦντος πατρός.

V. 8. in apographo Ruhnkenii scriptum erat

τὴν χρηστάδ' οὐδ' ἂν τὸν διδακτὸν λάβῃ.

[Quando res divina bene facta est, adeamus iam sapientium scholas, ubi musica docetur. Addiscere autem quotidie, quamdiu licet, debemus meliora. Et pueri quidem mala sponte facere sciunt, ipsi ab ipsis edocti, absque labore; bonorum vero, nec si magistrum ad eam rem ceperint, meminisse solent, vixque illa perdiscunt. Haec igitur cavete, pueri, et id operam date, ut ne rudes videamur, etiamsi pater peregre profectus sit.

Versu 7. v. legitur minus commode παρ' αὐτῶν. Fuerunt haec fortasse Hylli ad fratres verba.]

CI. Ex eodem cod. in quo adpositus est Dramatis titulus mihi plane incogniti. Sic lemma habet Σοφοκλῆς Φοιωτ.

Νέος πέφυκας· πολλὰ καὶ μαθεῖν σε δεῖ,
καὶ πόλλ' ἀκοῦσαι καὶ διδάσκεσθαι μακρά.
ἀεί τι βούλου χρήσιμον προσμανθάνειν.

[Iuvenis es: multa igitur et discere debes, multaque audire et dudum magistros ad ea capere. Semper, quod usui sit, aliquid velis addiscere.]

CII. Ex eodem cod.

Οὐχὶ παρὰ πολλοῖς ἡ χάρις τίκτει χάριν.

[Non gratiam usque gratia apud omnes parit.]

ANNOTA-

ANNOTATIONES

IN

SOPHOCLIS

DRAMATA QUAE SUPERSUNT.

ADMONITIO.

Annotationes, quibus B litera in fine addita est, Brunckii esse scito. Litera V animadversiones designat doctissimi Vauvilliers, litera M Musgravii, depromtas illas ex editione curata ab Academia Oxoniensi 1800. 2 voll. 8. ex schedis immortalis Viri, post mortem eius pretio redemtis, auctisque Aldinae, duarum Florentinarum, Colinaeanae et Turnebiae editionum varia lectione, tum fragmentis, lexico Sophocleo, et indice verborum, ex editione Brunckiana, denique locorum Sophoclis Suidae laudatorum indice, secundum ordinem fabularum et versuum, a Musgravii manu.

Litera p. indicat passim, s. sic.

ANNOTATIONES
IN VITAM SOPHOCLIS.

Scriptor huius vitae quis fuerit, ignoratur: nam eundem esse, a quo Scholia in Nostrum habentur, quae παλαιὰ vocant, ut coniicit Cl. Lessing in vita Sophoclis, *Vermischte Schriften, 14ter Th. Berlin*, 1793. argumentis probabilibus adstrui nequit. Satis antiquum tamen esse, suadent auctores, quos laudat, dudum deperditi, Aristoxenus, Ister, Satyrus. vid. seqq.

Σοφίλου. Sic et Suidas, et anonymus in anthologia, lib. 3. cap. 25. ep. 42.

Τόν σε χοροῖς μέλψαντα Σοφοκλέα, παῖδα Σοφίλου,
Τὸν τραγικῆς Μούσης ἀςέρα Κεκρόπιον.

Clementi Alex. ed. D. Heinsii p. 36. et Tzetzae Chil. 6, 69. Σόφιλλος audit, Diodoro Sic. bibl. hist. 13. mendose Θεόφιλος. Et hic et in sequentibus cf. laudatam Lessingii scriptionem ingeniosam et doctam, sed non absolutam.

Ceterum circa idem fere tempus alius Sophilus vixit, Rhamnusius, pater Antiphontis Rhetoris, ut monet I. A. Fabric. in bibl. Graeca, v. Sophocles.

Ἀριςόξενος. Notus eius nominis scriptor, Tarentinus, Aristotelis discipulus πολυγράφος, cuius exstat de musica libellus, satis obscurus. Opusculum eius quoddam de poëtis tragicis laudatur Ammonio v. v. ῥύεσθαι et ἐρύεσθαι.

Ἴστρος. Callimachi primum servus, dein discipulus, historiarum scriptor, cuius mentio est apud Diogenem Laërtium, Athenaeum, Suidam.

τυχὸν — τέκτονας. Sed hoc quoque certissime irrisuri fuissent Comici, praesertim Aristophanes, qui Nostrum, alioquin

ipsi probatissimum, acerbe perstrinxit, quod mercede conductus carmina conscripsisset senex. vid. Lessing l. l., qui acute coniicit, Aristoxenum et Istrum, Κολωνιάτην Sophilum accipientes, cogitasse de Κολωνίταις, de quibus Suidas: οὕτως ὠνόμαζον τοὺς μισθωτοὺς, ἐπειδὴ περὶ τὸν Κολωνὸν ἐζήκεσαν, ὃς ἐγγὺς πλησίον τῆς ἀγορᾶς, quo cum omnis generis operae et artifices confluerent mercenarii, inde alteri illorum scriptorum fabrum lignarium dici Sophilum, alteri ferrarium. "Principe loco genitum Athenis" Sophoclem tradit etiam Plinius H. N. 37, sect. 11. §. 1. ed. Hard., ut aut Pentacosiomedimnorum, aut certe equitum classi annumerandum recte illum censeat Lessing l. l. p. 281.

σὺν Περικλεῖ καὶ Θουκυδίδῃ. Periclem nemo ignorat. cuius adversarius fuit Thucydides, Melesiae filius Alopecensis, Atheniensium demagogus, de quo Plato in Theage p. 242. et in Lachete p. 252. Plutarch. Nicia p. 524. et in Pericle cap. 11. etc. vid. Fabric. bibl. gr. v. Thucydides. ed. Harles. vol. 2, p. 728. De expeditione, quam una cum illis suscepit Sophocles, vid. infra ad verba: 57 ἐτῶν ὄντα.

Φλιάσιον. Phliunte, urbe Achaiae, oriundum: nam cognomine Argolidis oppidum minus celebre. Istri fabulam βιογράφος noster recte refellit, utpote quam nemo alius, ne Comicus quidem, memoravit. vide tamen infra quae monemus ad Dioscoridis epigramma.

δήμου Κολωνῆθεν. De κολωνῷ ἀγοραίῳ (sic enim vocabatur) supra dictum ad verba τυχὸν — τέκτονας. Alter κρλωνὸς, unde tribus Sophili et Sophoclis appellata, ab urbe stadiorum circiter 10 distantia situs erat, prope viam, quae ad Academiam ducebat. vid. infra M. ad Oedip. Col. 14, et Meursii opus, inscriptum: Aeschylus, Sophocles, Euripides, seu de tragoediis eorum libri 3. Lugd. Bat. 1619. quod continetur etiam Gronov. thesauri vol. 10, pp. 87—94. Ut ille collis ἀγοραίου cognomen tulit a vicino foro, ita hic ἱππίου a templis ibi exstructis Neptuni ἱππίου et Minervae ἱππιάδος. Gentilis duplex forma, Κολωνεὺς et Κολωνιάτης. Post haec v. legitur: καὶ τῷ βίῳ καὶ τῇ ποιήσει περιφανὴς, quae et per se vigent, et orationem tam male interrumpunt, ut dubitare nequeamus, quin ab aliena manu profecta sint.

καὶ — ἐξετάζετο. De his nihil praeterea innotuit, nec multum celebratur Sophocles στρατηγὸς, de quo infra.

γεγενῆθαι. Natus Sophocles secundum marmor Par. sive Arundel. (epoch. 57.) ol. 70, 3, anno ante Christ. 498, annos 29 ab Aeschylo nato (olymp. 63, 4.), 18 ante Euripidem (olymp. 75, 1.), unde constat, male in vulgatis verba εἴκοσι τέσσαρα et δέκα ἑπτὰ sedes inter se commutasse. quod sensit Lessingius.

περὶ παλαίστραν καὶ μουσικήν. Gymnastica et musica tota continebatur Graecorum educatio. vid. elegantissimus Barthelemy, Voyage du jeune Anacharsis, vol. 3, p. 153. sqq. ed. Bipont. Latissime enim apud Graecos patuit verbi μουσικὴ significatio. Publice autem iuventus Attica exercebatur ludis equestribus, gymnicis et musicis, praesertim in Panathenaeis Μεγάλοις et Μικροῖς, dataque praemii loco victoribus corona oleaginea et vas oleo repletum. cf. Cl. Bruningsii compend. antiqq. graec. p. 281.

παρὰ Λάμπρῳ. Veteribus Lyricis adnumeratur Lamprus, qui magna fuit in musicis gloria, teste Corn. Nepote Epam. 2. Socratis etiam fuit magister. Perperam in T. scriptum παρὰ Λαμπίου, ut Turnebus edidit. In membr. proxime ad verum παρὰ Λάμπῳ. In meo παρὰ Λαμπίῳ. In Triclinii recensione lemmati additum: διωρθώθη δὲ παρὰ τοῦ σοφωτάτου Μαγίστρου. Thomas is est. verum plurimis in locis eius correctionibus membranarum scripturam praetulimus. B.

A Lampro musico Sophoclem et saltandi artem didicisse, tradit Athenaeus lib. 1. p. 20. Ceterum an idem is fuerit cum poëta eiusdem nóminis lyrico celeberrimo, cuius meminit Plut. de mus. ed. Reisk. tom. 10. p. 685., vel cum Lampro grammatico, laudato in scriptione de Magnis moralibus, quae Aristoteli tribui solet, incertum est. Socratis autem magistrum non Lamponem vel Lamprum fuisse, sed Connum, pulcre probat Lessingius p. 291 sqq.

μετὰ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν. quae accidit olymp. 75, 1. Xerxe ingruente, plurimi Atheniensium liberos et familias Troezenem miserunt, alii vero in insulas Aeginam et Salaminem, teste Herodot. 8. *Der junge Sophocles war folglich* (Lessingium audis l. l. p. 305.) *nach diesem letztern Orte in Sicherheit ge-*

bracht, wo es der tragischen Muse, alle ihre drey Lieblinge, in einer vorbildenden Gradation, zu versammeln, beliebte. Der kühne Aeschylus half siegen; der blühende Sophokles tanzte um die Tropäen; und Euripides ward an dem Tage des Sieges auf eben der glücklichen Insel geboren. Ut autem illo honore dignaretur Sophocles, in causa fuit eius pulcritudo, de qua Athen. 1. p. 20. ed. Casaub., qui et refert, secundum nonnullos ἐν ἱματίῳ saltasse puerum. vid. fragm. Thamyridis.

παρ' Αἰσχύλου δὲ τὴν τραγῳδίαν ἔλαβε. sic dedi, iubente usu. nam talia non discuntur, ut bene monet Lessingius; sed recte λαμβάνειν vel παραλαμβάνειν maiorum inventa dicuntur seriores. exemplorum rei ubique obviorum unum instar omnium proferam ex Aristophanis Ran. 970. ubi sic Euripides ad Aeschylum:

— ὡς παρέλαβον τὴν τέχνην παρὰ σοῦ, τοπρῶτον εὐθὺς
Θἰδοῦσαν ὑπὸ κομπασμάτων καὶ ῥημάτων ἐπαχθῶν,
Ἰσχνανα μὲν πρώτιστον αὐτὴν, κ. τ. λ.

quae sic vertit Brunck: quum primum artem a te accepi turgentem inani fastu et verbis molestis, primulum eam statim attenuavi.

Tinniebat adhuc in auribus librarii τὸ ἐδιδάχθη, cui accommodans verbum ἔλαβε, minus dilucide fortasse exaratum, scripsit ἔμαθε, et παρὰ Αἰσχύλῳ ut supra παρὰ Λάμπρῳ. frequentes in libris eiusmodi confusiones.

ἐν τοῖς ἀγῶσι. in certaminibus scenicis, quae tragici committebant tribus tragoediis, unoque dramate satyrico, quae vocabatur tetralogia. At αὐτὸς (Sophocles) ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν, inquit Suidas, cuius rei fides sit penes auctorem: nam et Aeschylum, antiquiorem Nostro, et iuniorem Euripidem, tetralogiis certasse constat, vereorque, ne comoedias in animo habuerit grammaticus, quae singulatim iudicatae sunt. vid. Lessing. l. l. p. 381 sqq. τριλογίαι quae dicantur, docentem adi sis eruditissimum Schneiderum in lexico v. τετραλογία.

τὴν ὑπόκρισιν τοῦ ποιητοῦ. nam ingenui, imo etiam nobiles, Graecorum actores, nihil, quod placeret, indignum se iudicante elegantissimo populo, ut bene Lessing l. l. p. 359. Romanos ali-

ter statuisse, notum est. vid. infra ad verba ἐν μόνῳ τῷ Θαμύ-ριδι etc.

ἀντὶ δώδεκα τεντεκαίδεκα. Sic v. legitur, ut passim numeros inter se permutarunt librarii. Chorus iusto crebrior iam ab Aeschylo imminutus est, ut in colloquentes personas spectatorum magis converterentur oculi animique. ipse tamen cum Eumenides induxisset 50, quarum numero terribilique adspectu consternatus fuit populus, lege cautum est, ut ne chorus personis ultra 15 constitueretur, posteaque, splendidiore in dies et cariore apparatu scenico, 12 tantum adhibiti sunt χορευταὶ, auctore, ut ex hoc loco colligere licet, Sophocle, quem et tribuum favorem ita captasse, utpote hominem politicum, et maioris numeri inutilitatem agnovisse, probabile est. Eumenides autem Aeschylus docuit olymp. 70, 2., anno ante Sophoclem natum, secundum marmor Parium. cf. anonymum Aeschyli βιογράφον, Poll. 4, 15, aliosque, quos laudat Fabric. bibl. gr. vol. 2. p. 176.

καὶ τὸν τρίτον ὑποκριτὴν ἐξεῦρε. Alii, in his Themistius edit. Harduin. pag. 316., Aristotelem, ut ait, secutus, Aeschyli hoc inventum existimarunt. Quanquam ipse philosophus de poët. 4. facit cum βιογράφῳ, quod miratus Dacier, cum et in Choëphoris tres colloquantur, Orestes, Pylades, Clytaemnestra, et in Eumenidibus totidem, Minerva, Orestes, Apollo, non male coniicit, inventionem rei propterea Sophocli attribui, quia frequentior eius apud illum usus. nam quod addit vir doctus, Orestiam exhibitam 12 annos post primam Sophoclis tragoedia victoriam, ut aemuli repertum in sua dramata transtulisse videatur Aeschylus, temporis rationibus refellitur. vid. annotat. praeced.

ἐν μόνῳ τῷ Θαμύριδι ποτὲ ἐκιθάρισεν. Thamyrae historia nota. Plinius N. H. 7, 57.: Cithara sine voce cecinit Thamyris primus. in quo imitatus eum noster, quod tenui esset voce. Acute de hac fabula disserit Lessing l. l. p. 360 sqq. Ut autem hic musicum egit Sophocles, ita in Πλυντρίαις seu Nausicaa saltatorem. Valck. in Hippol. p. 181. Cum suas Πλυντρίας doceret, pila ludentis Nausicaae personam ipse Sophocles more suae gentis repraesentavit. Eustath. in Od. ζ. p. 250, 28. cum Sophoclem σφαιριστικῆς dixerat peritum fuisse, ὃς καὶ, addit, ὅτε, φασὶ, τὰς

Πλυντρίας ἐδίδασκε, τὸ τῆς Ναυσικάας πρόσωπον σφαῖρα παίζούσης ὑποκρινόμενος ἰσχυρῶς εὐδοκίμησεν. hausit ista, ni fallor, ex Athenaei l. 1., cuius nos in epitome p. 20. F. legimus de Sophocle scripta: ἄκρως ἐσφαίρισεν, ὅτε τὴν Ναυσικάαν καθῆκε. sic enim legendum cum Casaubono etc.

ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ. quae in foro aedificata erat, picturisque decorata deorum et heroum Atheniensium, inprimis eorum, qui contra Persas militaverant. Cui operi adhibiti, quanquam mercede non conducti, primum Polygnotus, dein Micon, a quo fuisse Sophoclis imaginem, verosimilius, quam ab antiquiore Polygnoto. vid. Lessing. l. l. p. 366. et quos ille laudat Diog. Laërt. 7, Segm. 5. Plin. N. H. 35, 35.

Σάτυρος. Non male Lessingius de Peripatetico huius nominis cogitat, qui vitas virorum celebrium conscripsit. vid. Jonsius lib. 2. de script. hist. philos. c. 11. Notus et Satyrus histrio eximius tragicus, Demosthenis aequalis, cuius meminit Lucian. in necyomantia tom. 1. p. 336., idem, ut puto, quem Κωμικὸν ὑποκριτὴν vocat, falsus saepe memoria, Plutarchus de laude sui pag. 545., quem tale quid de Sophocle vel iactasse vulgō, vel etiam in scriptis reliquisse nunc deperditis, credere nihil vetat. Mirum autem, rem levissimam tanquam Sophocle dignam inventore commemorari a Satyro, quisquis ille fuerit. Peram et καμπύλην βακτηρίαν (coniungi enim haec verba recte iussit Lessing p. 388.) senum in scena gestamina fuisse, tradit Poll. 4, 18. et sane baculis fere utuntur senes, ut in vita communi, ita et in theatro, quae illius imago est. Statuendum igitur, peculiarem baculorum fuisse speciem, quae καμπύλη vocaretur, usui fortasse theatrali prae aliis aptam, quam Sophocles induxerit.

Θίασον. ἑταιρίαν, sodalitium eruditorum. vid. de Θιάσοις seu ἑταιρίαις doctissimi Boettigeri dissertat. in *Attisch. Museum* 1. *Heft.* Vereor autem, ne hoc quoque dictum, alicubi sublectum, prave acceperit bonus Ister, ut supra Φλιάσιον voluit Sophoclem, quod fortasse nescio quis figurate sic eum appellasset. Certe poetae tragici, exemplo Sophoclis edocti et ad imitandum eum excitati, non male dicerentur Θίασος ἐκ τῶν πεπαιδευμένων, συναγόμενος ταῖς Μούσαις ὑπὸ Σοφοκλέους.

Καρύσιος. Pergamenus, cuius διδασκαλίας, seu librum de ar-

gumentis dramatum, et commentarios laudat Athenaeus 6. p. 235. E. et passim. Libellum quoque edidit de Sotade Maronita, scriptore Ἰωνικῶν ἀσμάτων molliumque carminum, quae ab eo dicta fuerunt Sotadea. Διδασκαλίας eiusmodi novimus etiam Aristotelis, sed iunioris cuiusdam huius nominis grammatici, ut censet Jonsius l. l., Callimachi, Aristophanis grammatici, Aristarchi, Eratosthenis, Cratetis, aliorumque.

Ceterum Suidas 24 victorias tragoedia retulisse nostrum refert, Diod. Sic. autem 18. 25 annorum fuisse, cum primus ἐπεδείξατο, Aeschylumque in tragico certamine vicit, auctor est Euseb. chronic. ad olymp. 77, 2. cf. Plutarchum in Cimone, qui cum novem aliis ducibus, iussu Archontis, iudicavit, praemioque Sophoclem ornavit. ex quo tempore, ut in comoedia semper 6, ita in tragoedia 10, usi sunt iudicibus.

Primam Nostri fabulam fuisse Triptolemum, eamque actam ol. 77, 4. secundum Plinii H. N. 8, 12 pag. 107., ingeniose exsequitur Lessing in Laoc. p. 296 sqq.

δευτερεῖα — τρίτα. Intell. ἄθλα, victoriae praemia secundaria, tertia. Praeter victoris enim aliorum quoque duorum nomina proclamabantur, qui proxime ad victoriam accesserant. vid. Anachars. vol. 7. p. 251. ed. Bip., ubi praeclare de his rebus agitur.

πεντήκοντα ἑπτὰ ἐτῶν ὄντα. Sic scribere debuit auctor huius vitae, si modo sibi constare voluit. nam quum in lucem editus fuisset Sophocles an. 2. ol. 71., septimo ante Peloponnesiaci belli exortum anno non plus vel minus quam 57 annos natus erat. enimvero praetor lectus fuit cum Pericle in bello contra Samios an. 4. ol. 84. Nihil magis obnoxium fuit librariorum negligentiae aut fraudi, quam numerales notae. in membr. has sunt ξθ. id est 69. In T. ξε. i. e. 65, qui numerus in meo plene scriptus est. — Ἐν τῷ πρὸς Ἀναίαν πολέμῳ. sic bene edidit Turnebus. in vett. libb. scriptum πρὸς Ἀνανίους, in T. πρὸς Ἀνανίαν. Anaea urbs est Cariae e regione Sami, cuius frequens mentio in bellorum historia, quae gesserunt Samii. B. vid. ad Oed. Col. 390.

Reprehendit eum praetorem collega Pericles, quod oculos non abstinuit a puero formoso praetereunte: vid. Cic. de offic. 1, 40. Plut. in Pericle p. 156. etc. Amori autem, feminarum certe, velut Archippae meretricis (Athen. 13. p. 592. B.), etiam

senex indulsit Sophocles, dictitare solitus, se gaudere, quod paulatim libidines velut rabiosum quendam effugeret dominum ac crudelem.' Cic. de sen., Ammianus 25, 4, Stobaeus, etc.

Ceterum bonum militem egit Sophocles, non ducem, teste eodem Pericle. Avaritiae in illa expeditione accusatum eum fuisse, testatur schol. Aristoph. ad Pac. 697.: Ὁ Σιμωνίδης διεβέβλητο ἐπὶ φιλαργυρίᾳ· καὶ τὸν Σοφοκλέα οὖν διὰ φιλαργυρίαν ἀοικέναι τῷ Σιμωνίδῃ· λέγεται δὲ, ὅτι ἐκ τῆς στρατηγίας ἐν Σάμῳ ἠργυρίσατο.

Praemium autem ingenti plausu exceptae tragoediae, quae Antigone inscripta, fuit haec στρατηγία, qua ornatus poëta anno post actam fabulam. vid. Sam. Petit. Misc. 3, 18.

πολλῶν βασιλέων. Hieronis fortasse, et Archelai: nam nomina nusquam memorantur.

τὴν τοῦ Ἄλωνος ἱερωσύνην. Achilles multique alii heroës a Chirone instituti sunt. in quibus Alonem fuisse, an alius tradiderit, nescio.

ἱδρύσῃ δὲ etc. Sacellum Sophocli consecratum post mortem, quod Δεξιὸν audiit, memoratur in etymol. magno. ubi quotannis ei sacrificatum esse, auctor est, infra laudatus βιογράφῳ, Ister.

Ἱερώνυμος. philosophus Peripateticus, Rhodius, cuius liber περὶ τραγῳδοποιῶν laudatur Suidae v. Ἀναγυράσιος, et Apostolio 11, 41. prov. Scripserat plures libros de poëtis, primum, ut videtur, de Epicis, alterum de Tragicis, tres alios de Comicis, Melicis, et Citharoedis. Athen. 14. vid. Fabric. l. l.

Dicebatur quoque Aesculapium hospitio excepisse Sophocles, ὁ Θεοφιλής, auctoribus Cicerone et Plutarcho; item, precibus pacasse ventos, Atticam vastantes, ut narratur in Vie de Sophocle, Théatre des Grecs par le P. Brumoy, 1785. vol. 2. p. 351., cuius scriptor bene observat, superstitiosum propterea non fuisse nostrum, utpote qui divinorum futuri ignorantiam Oedipo tyranno 490., avaritiam Antigonae v. 1067., perstrinxerit.

Μηνυτοῦ Ἡρακλέους. vide Meursii Athenas Atticas l. 2. cap. 20. Pro τὴν οὖσαν οἰκίαν in membr. scriptum τὴν μὴ οἰκοῦσαν οἰκίαν. B.

Atque inde meliora nobis eruere poterat Brunckius. quid enim? nullane praeter illam domus ἐν δεξιᾷ fuit ἀξιόντι? dedi equidem, quae nisi vera, certe veris simillima, videantur.

ἡ πρὸς τὸν υἱὸν Ἰοφῶντα γενομένη αὐτῷ δίκη. De Rochefort, scriptor vitae Sophoclis in Théatre des Grecs vol. 2. pp. 545 — 560, postquam narravit, saepius spe decidisse tragicum, nec vicisse Oedipo tyranno, sed praelatum sibi vidisse similis argumenti drama docentem Philoclem (vid. disputatiunculum, Διὰ τί τύραννος ἐπιγέγραπται), ignobilem poëtam, ab Aristophane exagitatum in Avibus, sic pergit:

Sophocle eût encore été trop heureux, si les chagrins qu'il trouva sur ses pas dans la carrière qu'il parcourut, ne fussent venus que des inconstances de ce vent populaire, qui ne doit pas faire plier long-tems la tête à l'homme raisonnable. Le plus cruel des chagrins, c'est d'éprouver des ingratitudes de la part de ceux dont on ne devoit attendre que reconnoissance et qu' amitié.

Sophocle, parvenu à une extrême vieillesse (80 annos natus, secundum Aristot. de rhet. 3, 15.), vit ses enfans (sic Tullius de senect. 7.) se soulever contre lui, et l'appeller en justice pour lui faire donner un curateur, comme à un homme tombé en enfance, et incapable de gérer lui-même ses biens. A cet outrage, le vieux sang de Sophocle bouillonne dans ses veines; il paroît devant les juges, et lit la tragédie d'Oedipe à Colone, qu'il venoit de finir. Les juges ne purent entendre, sans étonnement, ce magnifique ouvrage où est tracé le plus vigoureux caractère de vieillard qui ait été mis sur la scène, et dans lequel un père, malheureux et accablé d'années, soutenu par les mains caressantes de ses deux filles, maudit un fils ingrat, que l'ambition et l'orgueil amènent à ses pieds. La tragédie entière se rapportoit à Sophocle et à ses enfans. La scène étoit à Colone, bourg de l'Attique, où il étoit né. Le vieillard misérable et furieux, le fils ingrat et perfide, tout faisoit allusion à sa propre histoire. Les juges se levèrent, saisis d'admiration pour le père, d'indignation contre les enfans, et le reconduisirent à sa maison, au milieu d'une foule de peuple, qui l'accompagnoit avec des acclamations de joie et des batte-

mens de main, comme on avoit coutume de l'applaudir au sortir de la représentation de ses pièces. Cf. Lucian. Macrob. 24. tom. 3. p. 226. ed. Reizii, ibique interpp., Schol. Aristoph. ad Ranas 73., Plutarchi locum laudatum ad Oedip. Col. 646.

ἔχων γὰρ etc. Concessum fuit, inquit Bruningius l. l. p. 64. (civibus Atticis), διὰ τὸ λειπανδρεῖν, ob exhaustam bello iuventutem, praeter unam civem, ducere domum peregrinam, et ex ea liberos suscipere. vid. Demosth. apud Seldenum de iure naturae et gentium 5, 6. Civis fuit Nicostrata, peregrina, et Sicyonia quidem, Theoris, teste Suida v. Iophon. Praeter hunc filios habuit Sophocles Leosthenem, Aristonem, Stephanum et Meneclidem.

Νεάνθης. Cyzicenus, discipulus Philisci Milesii, rhetor, qui scripsit περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς, Ἑλληνικὰ etc. vid. quos laudant Fabric. et Harles bibl. gr., Athen. pp. 111. 311. 376. Diog. Laërt. 7, sect. 57. etc.

Τελευτῆσαι etc. Denatus Sophocles ol. 93, 3. De genere mortis dissentiunt scriptores. vid. Valer. Max. 9, 12. ibique interpp., Gyraldus de Poëtis dial. 7.

Καλλιππίδην. tragicum actorem, cuius meminerunt etiam Plutarch. Agesil. p. 607. Alcibiad. p. 209. Athenaeus 12. p. 535. alii.

παρὰ τοὺς Χόας. Festum Ἀνθεστηρίων, quod incidit in dies 11. 12. et 13. mensis Anthesterionis, congruentis fere cum nostro Februario, Bacchi gaudiis et sacris, quorum praecipua pars fabulae, celebrabatur, alterque illorum dierum Χόες vocatus est, unde Bacchum χοοτότην dici monet Schol. Aristoph. ad Acharn. v. 992. vid. Bruningii l. l. p. 276.

ἐπὶ Δεκέλειαν. Cellarius geogr. ant. lib. 2. cap. 13.: Ad mare Euboeum versus fuit Decelia sive Decelea, Δεκέλεια, ut Stephanus prodit, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, vicus in tribu Hippothoontide: ab Athenis, secundum Thucydidem lib. 7. p. 496. circiter 120 distans stadiis. Hanc Spartani, consilio Alcibiadis, muniverunt. Corn. Nep. Alcib. cap. 4. De sepultura Sophoclis vid. et Plin. H. N. 7, 29. et Pausan. in Atticis.

Δυσάνδρῳ. principi 30 tyrannorum. de quo itidem vid. Nepos, etc.

Κηληδόνα. v. χελιδόνα, insulse. Egregiam correctionem debemus viro clar. Imm. G. Huschke, Analect. crit. in antholog. graec. 1800. nam aves quidem tumulis impositas vel insculptas esse, velut aquilam fortitudinis, columbam timiditatis, symbolum, constat: sed hirundini, mediocri cantatrici, quid rei sit cum Sophocle, nemo divinaverit. Iam docet vir eruditissimus, Pindarum novum Sirenum genus, Κηληδόνας ab ipso vocatum, induxisse, de quo Eustathius ad Od. λ'. p. 1689.: ἐκ δὲ τοῦ κηλεῖν καὶ αἱ παρὰ Πινδάρῳ Κηληδόνες παράγονται, ὧν Ἀθήναιος (p. 290.) μέμνηται, ὡς θελγουσῶν οὐδὲν ἧττον ἦπερ αἱ τοῦ μύθου Σειρῆνες. quas ab artificibus imitando expressas et in tumulis poëtarum et oratorum haud secus ac Sirenas Homericas, collocatas fuisse, et sponte verisimile est, et comprobatur pulchro vase, Locris reperto, in quo conspicitur virginis figura, lyram pulsantis, adscripto nomine ΚΑΛΕΔΟΝΕΣ. quod Κηληδόνες fuisse videtur Huschkio, mihi, quoniam una tantum puella est, Κηληδονὶς, verbo derivato a κηληδών, ut χελιδονὶς (Brunck. anal. 3. p. 310.) a χελιδών. Ceterum eiusdem ac κηληδὼν commatis vocabula esse ἀλγηδὼν, χαιρηδὼν, et apud Auson. 11, 20. Siredon:

Tres in Trinacria Siredones: omnia trina;

bene monet ibidem vir doctissimus, quem cf.

σχῆμα τὸ σεμνότατον. apte sic describitur Siren, seu Celedon, utpote dulcissimae, qua praeditus Noster, eloquentiae imago. quae verba, de hirundine accepta, risum moveant.

αὐτῷ θύειν. vid. supra ad verba ἱδρύθη δέ.

ἑκατὸν τριάκοντα. Suidas 123 composuisse tradit, et esse, qui multo plures commemorent. Scripsit et, teste Suida, elegias, (in quo imitatus eum Sophocles, nepos), ac paeanas, et prosario sermone librum de choro tragico adversus Thespin et Choerilum. Plura in hanc rem dat Fabricius l. l.

Αἰσχύλῳ. qui victus a Sophocle iuvene in Siciliam secessit ad Hieronem. res nota. vid. et supra v. Καρύστιος.

Εὐριπίδῃ. Aemulorum Sophoclis hic princeps, inferior tamen illo non uno nomine iudicatus, quod loci veterum quam

plurimi ostendant. quanquam bonae eius partes neque Atheniensibus despectae fuere, neque ipsi Sophocli, rixato aliquando cum Euripide, teste Polluce 4. 26. Thomas Mag. in vita Euripidis: Φασὶ δὲ ἐπὶ τῷ ἀκούσματι τῆς Εὐριπίδου τελευτῆς τοὺς μὲν Ἀθηναίους πάντας πενθῆσαι, Σοφοκλέα δὲ αὐτὸν μὲν καὶ φαιὸν ἐνδεδῦσθαι χιτῶνα, τοὺς δὲ ὑποκριτὰς αὐτοῦ ἀςεφανώτους τῷ τότε εἰςαγαγεῖν πρὸς τὸν ἀγῶνα. Obiit autem Euripides annos 6 ante Sophoclis mortem, secundum Anonymi descript. Olymp. vid. Euseb. chronic. ed. Jansson. 1658. p. 313., secundum alios vero, in his Suidam, eodem, quo ille, anno.

Χοιρίλῳ. Atheniensis hic fuit, circa ol. 64. clarus, scriptor tragoediarum 150. terdeciesque victor. vid. Fabric. bibl. gr.

Ἀριςίᾳ. filio Pratinae, cui monimentum positum Corinthi in foro, teste Pausania 2, 13. p. 141.

Ἰοφῶντι. Non ignobilis hic poëta tragicus. vid. Valer. Max. 8. 7. extern. 12. Stob. in eclog., quem tamen patris fabulas pro suis venditasse, tradit Schol. Aristoph. ad Ran. 73. et 78.

τὸ πᾶν μὲν Ὁμηρικῶς ὠνόμαζε. Fallitur grammaticus: nam et parvam Iliadem in Philoctete et cyclicos poëtas passim expressit, testibus Aristotele A. P. cap. 23. extr., Athenaeo p. 277. E., aliis, quod pariter fecerunt Aeschylus, Euripides, tragicique. vid. Harles ad Fabric. bibl. gr. sed prae ceteris placuisse Graeciae, accommodatumque esse cum poëtarum tum historicorum et philosophorum scriptis, Homerum, inter omnes constat.

Ὀρθῶς etc. Senarios hos ex Tragici nostri dramate sumtos opinamur, cui titulum fecit Νίπτρα, vel Ὀδυσσεὺς ἀκανθοκλήξ. B.

ἠθοποιεῖ etc. Recte conferri iubet Fabricius laudes Nostri itemque censuras docte exponentem Bailletum in iudiciis eruditorum de poëtis cap. 113. Nota Virgiliana illa:

En erit, ut liceat totum mihi ferre per orbem
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Iuvenalis 6, 636:

Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu.

Phrynichus Arabius, seu grammaticus in Σοφιςικῇ παρασκευῇ, de qua vid. Photius pag. 324. ed. A. Schotti 1653., Aeschylum vocat τὸν μεγαλοφωνότατον, Sophoclem τὸν γλυκύν, Euripidem τὸν πάνσοφον. Similiter Plut. 9. p. 92.

καὶ ἄλλοι — ἀπαυθίζει. Innuere videtur, quae vocantur, furta Sophoclis. de quibus quid statuendum sit, bene docet Lessing l. l. Philostratum Alexandrinum scriptionem reliquisse περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς tradit Porphyrius apud Euseb. praep. evang. 10, 3.

ἐκ μικροῦ — μιᾶς. Sic depravatum locum bene restituisse mihi videor. Veterum librorum scriptura est, ἐκ μ. ἡμ. ἤλεγξεν ὡς μιᾶς ὅλον κ. τ. λ. Inde vulgatam lectionem temeraria correctione extudit Thomas: ὥστε ἐκ βραχέος κώλου ἤρκεσεν ὅλον ἡ. τὸ πρόσωπον. B.

Φησὶν οὖν Ἀριστοφάνης. Dixerit hoc in deperdita quadam fabula. certe locum non invenio in Aristophane Brunckiano.

Φησὶ δὲ Ἀριστόξενος, etc. In definienda harmonia Phrygia quantum fluctuarint Plato et Aristoteles veteresque, vid. apud Barthelemium Voyage du jeune Anacharsis vol. 3, p. 346.

ANNOTATIONES IN EPIGRAMMATA.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ. Non lyrici poëtae clarissimi, qui floruit circa olymp. 62, ante Christ. 530., sed cognominis cuiusdam serioris. vide plures Simonides recensentem Küsterum ad Suid.

ΣΙΜΜΙΟΥ ΘΗΒΑΙΟΥ. Simmias Thebanus, Socratis familiaris, scripsit dialogos 23., uno volumine comprehensos, quorum titulos nonnullos Suidas, universos commemorat Laërtius. Apud Suidam et Eudociam p. 387. pro περὶ φιλίας legendum π. φιλοσοφίας· deinde περὶ ἐπιμελείας et περὶ ψυχῆς pro ἐπιμ. ψυχῆς. Mentio huius Simmiae apud Platonem, Aelianum V. H. 1, 16. Julian. epist. ad Themistium p. 264. Plut. de deo Socratis, qui p. 578. A. narrat, eum per longum tempus versatum fuisse cum Aegyptiis. Alius Simmias Syracusanus, cuius meminit Laërt. 2, 114; alius Rhodius, qui Alexandriae floruit, cuiusque extant non magni pretii lusus poëtici, inscripti ovum, securis etc. vid. Fabric. bibl. gr. 2, pag. 749. Jacobsii anthol. gr. 7, 4 et passim. Add. Fac. Anth. Pal. T. III. p. 225.

ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ. Dioscorides poëta Istri aequalis fuisse, et Alexandriae floruisse videtur clar. Jacobsio l. l. pag. 396. 397.

Ad explicandum epigramma Brunckius haec profert e Salmasii notis ad Script. Hist. Aug. 2, p. 834.: Tumulo Sophoclis imposita erat Bacchi statua, quae manu personam sive larvam κουρίμου παρθένου sustinebat. Bacchus igitur in hoc epigrammate viatorem alloquitur et dicit: Tumulus hic Sophoclis est,

o homo, quem Musae mihi sacrae virgines sacro ipsi ac divo custodiendum mandarunt. Ille me Phliunte profectum, adhuc sentes et rubos inambulantem, et ex acerno stipite properanti falce edolatum, in aureum habitum reformavit, et delicata purpurea veste induit. Sed postquam morti datus est, saltationum oblitus, agilem et salium pedem quieti dedi, et hic super eius sepulcro reposui. Respondet viator: O felicem te, qui talem stationem sortitus sis! Sed unde haec κούριμος, quam manibus retines, aut ex quo dramate sumta est? Ad haec Bacchus viatori: Sive tibi eam Antigonen accipere placeat, sive Electram, non erraveris: utraque enim summam inter eius tragoedias obtinet. Ita ille, quem versu 2. ἱρῶν legisse pro vulgato ἱρὴν, monet Jacobs l. l. p. 394.; sed παρθενίων quoque non dicam reposuisse, sed invenisse illum, quoniam de eo nihil annotat, in aliquo codice MS., ex versione intelligitur. Exulet igitur insulsum istud παρθενίην, quod v. obtinet, exulet item Brunckii παρθεσίην, pro παραθεσίην, sive παράθεσιν, ne pro ferculis Sophoclem accepisse a Musis videatur Bacchus. cf. Jacobs.

μὲ τὸν ἐκ Φλιοῦντος. Flor. et 3. Ald. Φλοιοῦντος. Phliunte, inquit clar. Jacobs, tragoediam inventam esse, nonnulli prodiderunt; quare in alio Dioscoridis epigrammate Φλιασίων Σατύρων. Referendum hoc inprimis ad Pratinam Phliasium, qui, cum in satyrico dramate excelluisset, a nonnullis pro inventore huius generis habitus est. Hinc fortasse factum est, ut tragoedia quoque, quam antiquissimis temporibus a satyrico dramate parum diversam fuisse constat, pro Phliasio invento haberetur. Ister Historicus, qui Dioscoridi aetate aequalis fuisse videtur (vide Vossium de Hist. Gr. 4, 12.), Sophoclem οὐκ Ἀθηναῖον, ἀλλὰ Φλιάσιον εἶναι dixerat. — An Istrum hoc nostrum carmen, male intellectum, in errorem induxit? Sic Jacobsius; ceteroqui perbene, nisi quod incunabula, ut ita dicam, erroris, quem erravit Ister, in hoc quaerit epigrammate, cum tamen verba huic annotationi praescripta de Sophocle accipi possint nullo modo. sed figurate nescio quis poëtam dixerit Φλιάσιον, i. e. scriptorem dramatum satyricorum seu tragicum, quod proprie interpretatus Ister. Non nemini alludere Dioscorides videbatur Bacchi cognomini, quod

commemorat Aelian. V. H. 3, 41. ubi vidd. inttpp., ut Φλιάσιος diceretur per lusum verborum Bacchus, ὁ Φλιοῦς. cui non assentior.

τρίβολον πατέοντα, Πρίνινον. Baccho, itidem inquit Jacobs, tribuuntur, quae histrionum erant. Hi ante scenam exstructam pedibus horridam calcabant aream. Rudem se olim, durum et agrestem fuisse τῷ πρίνινον significat deus scenicus: nam durum τὸ τοῦ πρίνου ξύλον, teste Schol. ad Aristoph. Ach. 179. ubi cives Acharnarum vocantur

Στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι, ἀτεράμονες.

quo respexisse Julianum in Misopog. pag. 350. D. monet Jacobs.

v. 6. Baccho tribuuntur chori partes, iam non saltantis, ex quo defunctus est artis tragicae princeps, Sophocles. Sic Alcaeus Mess. epigramm. 19. Pylade mortuo: — ἔλληξε μέλαθρα Διωνύσοιο χορείης. Idem.

ἡ κούριμος, inquit Jacobs, persona tragica puellae tonsis crinibus, ut in luctu fieri solebat. Salmasius l. l.: ἡ κούριμος est ἡ κ. παρθένος, et erat persona tragica, quam ita Pollux (4, 139. 140.) describit: ἡ κούριμος παρθένος ἀντὶ ὄγκου ἔχει τριχῶν κατεψηφένων διάκρισιν (v. διαίρεσιν), καὶ βραχέα ἐν κύκλῳ περικέκαρται. ὑπωχρος δὲ τὴν χρόαν. ἡ δὲ ἑτέρα κούριμος παρθένος τὰ ἄλλα ὁμοίως πλὴν τῆς διακρίσεως, καὶ τῶν κύκλῳ βοστρύχων, ὡς ἐκ πολλοῦ δυστυχοῦσα. Tales Antigone et Electra virgines in tragoediis cognominibus.

Ἀντιγόνην. Hanc tragoediam coronatam esse, constat ex nostro βιογράφῳ et scriptore argumenti Antigonae. Jacobs.

De Polo, nobili histrione, Electram aliquando agente, vid. Gell. N. A. 7, 5.

ΕΡΤΚΙΟΤ. Gellius N. A. 13, 16: Erucius Clarus, qui praefectus urbi et bis Consul fuit, vir morum et literarum veterum studiosissimus, ad Sulpicium Apollinarem scripsit, hominem memoriae nostrae doctissimum, etc. cf. eundem 6, 6. Paulus libro singulari de officio Praefecti Vigilum l. 3.: Et

Divus Antoninus Erycio Claro rescripsit, etc. Non dubito, inquit Menag. Juris civilis amoenitatt. Paris. 1677. p. 198., illum esse Erycium Clarum, quo iterum et Severo Coss. natum esse Severum, quemque occisum a Commodo, narrat Spartianus in Severo. Igitur hic per Divum Antoninum Antoninus Pius intelligendus. Meminit eius et Dion libro 73., sed a Commodo interfectum non dicit, verum id tantum: statuisse Commodum, illum interficere. — Sextus quidam Erucius memoratur Plinio epistolarum libro primo et secundo. Erucius et Erycius idem.

Cf., quem laudat Fabricius, Puteanum de Erycio c. 7.

ANNOTATIONES

IN ARGUMENTUM METRICUM OEDIPI REGIS.

Aristophanes ille Zenodoti grammatici discipulus, Aristarchi magister, Byzantius, Philopatore atque Epiphane tum maxime imperantibus illustris fuit. cuius hodie exstant summaria, ut Sophoclis, ita et Euripidis atque Aristophanis Comici. vid. eruditissimus F. A. Wolfius prolegom. ad Homerum pp. 216 sqq.

V. 11. Legitur vulgo soloece ὅπως πύθηται. In uno cod. a prima manu πύθοιται. Scripserat auctor ὅ. πύθοιτο, Tragico ipso praeeunte v. 71. B.

Atqui recte habet, ex usu graeco, utraque scriptura.

V. penult. Aldus e codd. dedit:

διπλαῖς τε χερσὶν ἐξανάλωσεν κόρας.

Turnebus vero iuxta Triclinium:

διπλαῖσι χερσὶν ἐξετύφλωσεν κόρας.

In hoc prava est utraque scriptura, quod *geminarum manuum* mentionem inducat, ubi res ipsa *geminos* flagitat *oculos*: ἐξανάλωσε χερσὶ δισσὰς κόρας. Ducem hìc etiam habebat Grammaticus Sophoclem in Antig. 51. διπλᾶς ὄψεις ἀράξας αὐτὸς αὐτουργῷ χερί. In uno codice réperi:

κόρας κατησβόλωσεν αὐτὸς ὀμμάτων
πόρπαξι δεινῶς ὑσερηθεὶς τοῦ φάους.

In quibus videor latentem deprehendisse sinceram lectionem:

πόρπαισι δισσὰς ἐξανάλωσεν κόρας.

Hoc scribere debuit Grammaticus ex ipso Dramate 1268. Euripides Phoeniss. 59.

χρυσηλάτοις πόρπηξιν αἱμάξας κόρας.

Apud eumdem Polymestor in Hecuba 1155.

ἐμῶν γὰρ ὀμμάτων,
πόρπας λαβοῦσαι, τὰς ταλαιπώρους κόρας
κέντοῦσιν.

Nihil est igitur, quo in dubium vocari possit πόρπαισι. Quod ad ἐξετύφλωσεν adtinet, glossema est a Triclinio inepte genuino verbo substitutum. Vide Valckenarium ad Phoeniss. p. 223.

Sic Brunckius, quod ad πόρπαισι, recte, quod ad δισσὰς κόρας, ut mihi quidem videtur, parum bene, nam longe elegantius δισσὸν φάος, cuius vestigia praebet unus ille codex MS.

Disquisitionem quae sequitur de inscriptione Dramatis ad fidem codd. dedi, reiectis putidis nugis recentissimi nescio cuius Graeculi. Latinam versionem subiungere inutile duxi. Facile intelligit quicumque primoribus labris graecum sermonem gustarit, *quosdam fuisse, qui* OEDIPUM PRIOREM, *non* REGEM *drama hoc inscripserint, habita ratione tam temporis, quo fuit editum, quam rerum in eo exhibitarum.* Quippe diu ante alterum Oedipum, quem Sophocles extrema in senectute fecit, in scenam inducta fuit haec fabula; et Colonum adiit Oedipus longo tempore postquam se ipsum excaecaverat. B.

En tibi nugas istas, ne forte desideres. post γενέσθαι enim talia circumferuntur: οἱ δὲ λέγουσιν αὐτὸν γεννηθῆναι ἀπὸ Τύρου πόλεως. εἴρηται δὲ τύραννος κατὰ τὸ ἔτυμον, οἱονεὶ τυρῶν τοὺς λαοὺς, καὶ ἀνίας ἐπιφέρων καὶ τυρεύων δόλους κατ' ἀτῶν ὑπ' αὐτόν.

Ceterum de praestantia huius dramatis fere omnes conveniunt, tam veteres, in quibus Aristoteles, quam seriores. vide Mansonem ad elegantem versionem tragoediae germanicam.

De Philocle vid. supra ad βιογράφου verba: ἡ πρὸς τὸν υἱὸν etc.

Dicaearchus Siculus fuit, Aristotelis auditor, philosophus, orator, geometres, qui plura scripsit, de quibus Suidas et Menag. ad Diog. Laërt. 3, 4. Sic I. M. Heusinger ad Cic. de off.

2, 5, 4. quo loco Dicaearchus audit Peripateticus magnus et copiosus.

Ἀρχιλόχου. Celeberrimi iambographi, qui floruit olymp. 16 — 25. vid. Suidas et Sevinius sur la vie et les écrits d'Archiloche, in Mém. de l'Acad. des Inscriptt. vol. 10.

Hippias, Eleus, Democriti discipulus, qui floruit circa olymp. 100., ubi id tradiderit, perditis hodie omnibus eius scriptis, nescitur.

De αἰσυμνητείᾳ disputat Aristot. Polit. 3, 11.

ANNOTATIONES
IN OEDIPUM REGEM.

Dramatis versu 1. Κάδμου τροφή. sic Athenienses παῖδες Κραναοῦ vocantur Aeschyl. Eum. 1014. M. Ibidem audiunt Αἴγειος στρατός, et apud Euripidem passim Ἐρεχθεῖδαι, ut a regibus celebribus appellari solent populi. cf. infra 268.

Ceterum praeter infantes senesque, ex illustribus familiis oriundos (vid. 890. 1090. et 1207.), lecti conspiciebantur in scena invenes Thebani et Jovis sacerdos, qui omnes adduxerat. cf. 18.

τροφή, soboles. Rarissime hac potestate adhibetur vox. Euripides tamen μηκάδων ἀρνῶν τροφαὶ habet Cyclop. 189. M.

2. T. ἕ. τ. θ.; i. e. διὰ τί προσθακεῖτε τάσδε τὰς ἕδρας; τί προσχρήζετε ταύταις ταῖς ἕδραις; vid. Oed. Col. 1128, 1134. B.

θοάζετε. Plut. de aud. poët. vol. 2. p. 22. E. sedendi sensu interpretatur. θοάζειν πόνον habet Eurip. Bacch. 65, quod non inepte vertas urgere vel festinare laborem. M. θοάζειν proprie sonat θοὸν εἶναι, i. e. festinare; ut autem active usurpari solent verba neutra, ita hoc quoque impellere significat, velut Eurip. Orest. 333.: τίς δὸ' ἀγὼν φόνιος ἔρχεται, θοάζων σὰ τὸν μέλεον; et, ex utrisque his significatibus mixto quasi tertio, indicat celeri cursu vel impetu aliquid consequi, qua potestate adhibetur verbum Euripidis Hercul. fur. 383., ubi Diomedis, Thracum regis, equi dicuntur θοάζειν καθαιμα σῖτα. Schol. vetus: θοάζετε, κατὰ διάλυσιν, ἀντὶ τοῦ θάσσετε, ἢ θοῶς προκάθησθε. Prior ratio minus probabilis. B., Plutarchum secutus, vertit: curnam hic mihi sedetis?

3. ἐξεστεμμένοι. Male interpres: *coronati*. Vertere poterat: *instructi*. Non coronis erant redimiti, sed manibus ferebant ra-

mos oleae lana obvolutos, qui Graecis στέμματα vocantur. io Chryses Iliadis initio:

στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ.

Infra 892. rami isti supplicatorii στέφη appellantur. B.

De ramo supplicatorio, qui et εἰρεσιώνη, conferri Harpocrationem in voce, et La Cerdam in Virgil. Aen. 7, 237., iubet M., monens quoque, similis supplicationis Diogneto Rhodio factae meminisse Vitruvium 10, 22.

Ramos autem ἐν βάθροις, eximore, deponunt supplices. vid. 143.

10. τίνι τρόπῳ, quare, quamobrem? vid. Markland. ad Eurip. Suppl. 147. B.

11. στέρξαντες. Sic unus e Regg. codd., quam lectionem adgnoscit Schol., male expositam per παθόντες. ϛέργειν hic valet petere, cupere, orare, ut Oed. Col. 1061. B. Sic etiam MS. Cantabrig. aliique H. Stephano memorati. v. autem legitur ϛέξαντες, quod sic interpretatur M.: utrum malum vel iniuriam aliquam metuentes, an iam perpessi, ultionemque adeo comprecantes? Aram utique circumsidentes speciem praebebant hominum, qui vim perpessi erant, vel imminentem evitare sperabant. Ad pestis depulsionem quomodo talis consensus pertineret, nemini statim apparere potuit. Στέρξαντες Heathio placuit precandi sensu, cuius exemplum profert Oed. Col. 1062.

Sic M., cui probandum erat, ϛέγειν indicare perpeti, quod secus est. alienum haud dubie ϛέξαντες. De aris vid. V. ad 16. ϛέργειν eodem, quo et hic, sensu legitur apud scriptorem Argonauticorum Orpheo tributorum, quem veteribus Atticis recte accenset elegantissimus carminis iudex in Ephemeridd. Jenens. 1805. Jul. No. 140.

12. δυϛάλγητος. Gallice *insensible*. vid. fragm. inc. 31. B.

16. β. τ. σ. Non *aris tibi dicatis*, sed *aris pro foribus tuarum aedium positis*. Veterum hic mos notus. Plaut. Curcul. 1, 1, 71.

Nunc ara Veneris haec est ant horum fores.

Lenonis erat domus, quem consentaneum erat Venerem pro tutelari dea colere. At plerumque ante aedes [honestiores M.] Apollinis

erant arae τοῦ Ἀγυιέως. Comicus in Vesp. 875. γεῖτον, Ἀγυιεῦ, τοῦ ἐμοῦ προθύρου. Plaut. Bacch. 2, 1.

Saluto te, vicine Apollo, qui aedibus
propinquus nostris adcolis, veneroque te.

Vide El. 612. 1325. Eurip. Phoen. 281. 640. B.

Sic fere etiam M., et, qui Brunckio praeivit, Heath. Sed rectius V. βωμοὺς Iliad. Ϙ'. 441. et Odyss. η'. 100. receptacula seu bases, h. vero l. aedes Oedipi interpretatur et gradus, quibus ad palatium ascendebatur, qui infra 142. vocentur βάθρα. et aram quidem non semper significare βωμὸς, etiam ex Suida intelligitur. Pindar. Ol. 6, 4.: Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ. vid. M. ad Oed. Col. 874.

18. ἱερῆς. [sic enim B. edidit pro vulg. ἱερεῖς.] Atticismum a librariis saepe obliteratum restitui. In Eurip. Suppl. 666. legendum e 2 codd.

ἱππεῦσί θ' ἱππῆς ἦσαν ἀνθωπλισμένοι.

non, ut v., ἱππεῖς. In Phoenissis 1236. 1255. optimi codicis auctoritate reposuimus ἀριςῆς. In Ai. 187. recte Turneb. edidit βασιλῆς, quod in v. 379. adsumi non debebat: sed in El. 665. 684. Attica forma βραβῆς omnino reponenda erat. — ἠθέων. sic scriptum oportuit; non, ut v., ἠΐθέων. Bene Valck. in Phoen. 952. edidit, οὐ γάρ ἐςιν ἦθεος. Eustath. ad Iliad. σ'. pag. 1166. ὃ γὰρ ἐν ἡλικίᾳ γυναικῶν αἱ παρθένοι, τοῦτο ἐν ἀνδράσιν ἠΐθεοι, οἱ ὡραῖοι, φασὶ, γάμου, καὶ μηδέπω γεγαμηκότες. ὡς δὲ καὶ τρισυλλάβως ἦθεος λέγεται ὁ ἠΐθεος, προσγραφέντος τοῦ ι, Διονύσιος Αἴλιος φησί. καὶ ἔςι, φασὶν, Ἀττικόν. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ παρθένου τὸ ἠΐθεος, καὶ χρῆσις φέρεται ἐκ τοῦτο αὖτη·

Εἰ μὴ κόρη δεύσειε τὸ ςαῖς ἦθεος. B.

V. abest τ'. quod addendum esse, vidit M. sed rescribendum quoque fuit ἱερεύς: nam plurium sacerdotum nisi h. l. nulla mentio. vid. ad 150. Animadvertit hoc etiam Laurentius Sahl in sua Nostri editione, quae Hafniae prodiit abhinc biennium.

20. Deorum simulacra in foris statui solita fuisse, bene monet Johnson, conferens Aeschyli Sept. 278. Herald. in Tertull. apol. lib. 1. digress. 14. M.

Παλλάδος. Ὀγκαίας et Ἰσμηνίας, Schol. alii aliter.

21. Apollinis Ismenii Pausan. meminit Boeot. p. 730, ubi et templum eius describit. M. *μαντ. σπ.*, *ὅτι διὰ τῶν ἐμπύρων ἐμαντεύοντο οἱ ἱερεῖς* (Apollinis Ismenii Thebis), *ὡς φήσι Φιλόχορος*. Schol.

25. Descriptionem hanc pestis, iterum aliis verbis retractatam 165 sqq., poëtae, ni fallor, suggessit celebris illa Atheniensium calamitas, Thucydidi 2, 49. diligenter enarrata, deinde et Lucretio lib. 6. M.

27. *ἐν δ' ὁ π. Ϙ. σκήψας*, i. e. *ἐνσκήψας δέ*.

28. *σκήψας*. gl. *ἐπισκήψας*, *βαρέως ἐμπεσών*. B. *Ἐλαύνει*, pessumdat. Apollonides anthol. p. 97. Leonidas ib. 247. vid. et Aeschyl. Pers. 773. M., qui intelligebat Martem, cuius stella *πυρόεις* audit. vid. Cic. de Nat. deorum 2, 20. Homer. hymn. in Mart. 6. etc.

29. *δᾶμα Καδμεῖον*. Sic plerique codd. et Scholiastes, ut mox *ἄστυ Καδμεῖον*. Vulgo utrobique *Καδμείων*. B.

31. *ἰσούμενόν σε*, gl. *ἴσον*. *σύναπτε δὲ πρὸς τὸ κρίνοντες*. B. *ἰσούμενοι* malit M.

33. In *συμφοραῖς βιου* intellige quidquid sponte sua hominibus in vita evenire solet; *ταῖς συντυχίαις*, *τοῖς συναντήμασι*: in *δαιμόνων ξυναλλαγαῖς*, quidquid numen Deorum invehit praeter solitum, quidquid fit Deorum interventu. Posterius minus bene interpretatur auctor veteris glossae, *καταλλαγαῖς*, *φιλιώσεσιν*. Infra 939. Oedipus quaerit, num Polybus mortuus fuerit *νόσου ξυναλλαγῇ*, *morbi interventu*. In Oed. Col. 389. *ποίας φανείσης ξυναλλαγῆς*; *cuiusnam interventu?* ut recte explicat Scholiastes. Ad *πρῶτον* glossa: *ἡγοῦν ἐν τῷ εὑρεῖν μηχανὴν καὶ ἀπαλλαγὴν αὐτῶν*. B.

36. *ἀοιδοῦ*, Sphingis. cf. infra 130 etc. M.

40. *πᾶσιν* mihi videtur idem esse quod *παντάπασι*, i. e. *παντελῶς*. cf. Oed. Col. 647. 1411. Eurip. Heracl. 452. Herodian. 3, 43. Aristid. tom. 1. p. 565.: *μανίας τοῖς πᾶσι περιττῆς*. M. Nempe subaud. *ἐν*, ut idem valeat *πᾶσιν* atque alibi *πάντα*. vid. Bos v. *ἐν*. Similiter valet *πᾶς* Aiac. 267.

44. *τοῖσιν ἐμπείροισι*. gl. *τοῖς ἐν πείρᾳ πολλῇ γεγονόσι*. *τὰς ξυμφορὰς*, *τὰ τέλη*. *ζώσας*, *ἀσφαλεῖς*, *ἀδιαπτώτους*. Perperam hunc locum accepit Triclinius, cui frustra patrocinatur Toup. Cur.

nov. in Suid. pag. 60. ὡς τοῖς ἐν πείρᾳ γεγονόσι καὶ συνετοῖς καὶ τὰς συντυχίας, ἤγουν τὰς ἀποβάσεις τῶν βουλευμάτων, ὀρῶ μάλιςα ζώσας καὶ οὐκ ἀπολλυμένας. B.

ζώσας. ζώειν valet successu aut opibus florere. Noster El. 1368. Aristoph. Nub. 395., ubi nonnulli, teste Schol., ζῶντας interpretabantur πλουσίους. Antipater anthol. p. 81. ζώεις, beata es. Synesius in Calvit. encom. p. 51. ζωὴ δὲ καὶ φῶς καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τῆς ἀγαθῆς συζοιχίας ἐςί τε καὶ νομίζεται. Menand. fragm. 80. ζῶσι δ' οἷς ἐςιν βίος. Aeschyl. Ag. 828. ἄτης θύελλαι ζῶσιν. Hesiod. op. et d. 686.

χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Suid. ζώεσκον, ἀντὶ τοῦ ἐπλούτουν. Timocles apud Stob. serm. 89.

Τἀργύριόν ἐςιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς·
Ὅςτις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο μηδ' ἐκτήσατο,
Οὗτος τεθνηκὼς περιπατεῖ ζώντων μέτα.
(vulgo: Οὗτ. μ. ζ. τ. π. Editor.)

Stob. serm. 53.

Τέθνηκε κοινῇ πᾶς ὁ τῶν ζώντων βίος.

Menander apud Eustath. Od. σ'. p. 651.

Ἄνθρωπε, πέρυσι πτωχὸς ἦσθα καὶ νεκρὸς,
Νυνὶ δὲ πλουτεῖς.

Astrampsychus apud Suid.

Νεκροὺς ὁρῶν, νέκρωσιν ἔξεις πραγμάτων.

Gorgias apud Aristot. Rhet. 3, 3. χλωρὰ καὶ ἔναιμα σὰ πράγματα. Plut. Lucull. vol. 1. p. 491. E. αὖος, ἀμουσία τεθνηκώς. Id. de adulat. et amic. vol. 2. p. 49. C. πράγμασι ξηροῖς καὶ κατεψυγμένοις. Chariton l. 1. 9. δεινὸν — καὶ νεκρότερον τῆς τεθνεώσης. Arrian. Epictet. 3, 23. ἂν μὴ ταῦτα ἐμποιῇ ὁ τοῦ Φιλοσόφου λόγος, νεκρός ἐςι καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ λέγων. Eustath. in Il. χ'. p. 1352. ex antiquo auctore citat: τέθνηκε τὰ τῆς πόλεως πράγματα. Eurip. Hel. 294. τοῖς πράγμασιν τέθνηκα. (cf. Oedip. Col. 372. et infra ad 521, item Trach. 1132. Editor.) Lucret. 3, 1059:

Mortua quoi vita est prope iam vivo atque videnti.

Cic. in Verr. 5, 18. Antiquae sunt istae leges et mortuae. Id. ib. 4, 25. Cum iam pro damnato mortuoque esset. Cf. etiam Plaut. Pseud. 2, 3, 76. Truc. 1, 2, 62.

Γνώμη vss. 44. 45. expressae contrarium plerumque valere,

vere docet Herodot. 7, 49. M. — Alienum est ζώειν vel ζῆν, cum pro εἶναι usurpatur, velut 405. 1167. Elect. 150.

48. τῆς π. προϑ. subaudi ἕνεκα. vid. Bos de ell. M.

56. Similiter Themistocles dixerat, homines, non muros, esse urbes. Monuit Dacier ad versionem fabulae Gallicam.

58. γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτα. Sic apud Homerum Iliad. ζ. 333.

Ἕκτορ, ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας, οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν.

ad quem versum Eustath. p. 645. ἐπιμονὴν ὁ λόγος ἔχει τὴν κατ' ἦθος ἀληϑευτικήν. ὅτι ὅμοιον παρὰ τῷ Φιλομήρῳ Σοφοκλεῖ τὸ, γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι. καὶ τὸ, ἡδὺς οὐδὲ μητρὶ δυσχερής. καὶ τὸ, οὔτε τι τοῦ μὴ ϑανεῖν προμηϑὴς τό τε μὴ βλέπειν ἑτοίμα. Duo postrema exempla in El. sunt 888. 1138. Addere poterat ex Ai. 281. ἄκλητος, οὐδ' ὑπ' ἀγγέλων κληϑείς. B. De hoc quidem loco dissentimus.

60. νοσοῦντες. Atticum est absolute dictum, quasi pro νοσούντων. Homer. Ἀμφὼ δ' ἑζομένω. Camerarius.

64. πόλιν. i. e. cives, qui absunt in aliis urbis partibus. sic etiam supra 4. cf. 144. Ceterum B. non recte καί σ' exarari iussit pro vulg. καὶ σ', i. e. καὶ σέ: nam oppositio τοῦ καμὲ requirit ὀρϑοτονούμενον.

67. πλάνοις. Sic B. et Schol. recte ex Atticorum usu. Eurip. Hippol. 284. Φρενῶν πλάνον. Helena 541. οὐδ' ἀγύμναστον πλάνοις. 783. πόσον χρόνον πόντου πὶ νώτοις ἅλιον ἐφϑείρου πλάνον; Idem in Stobaeo Grotii p. 105. πλάνος τε καρδίᾳ προσίσταται. vid. Oed. Col. 1082. Phil. 738. B.

70. ἐμαυτοῦ γαμβρόν. Graecis γαμβροὶ appellantur quicumque per nuptias adfinitate iuncti sunt, generi, soceri, uxoris fratres, sororum mariti; quo postremo sensu, vel etiam generaliori accipiendum in Sarpedonis oratione, qua Hectorem obiurgat Il. E. 474.

Φῆς που ἄτερ λαῶν πόλιν ἐξέμεν ἠδ' ἐπικούρων,
εἷος σὺν γαμβροῖσι κασιγνήτοισί τε σοῖσι.

ad quem locum Eustathius pag. 572. γαμβροὶ νῦν μὲν, οἱ κοινῶς οὕτω καλούμενοι. ἡ δὲ τραγῳδία ἐν τῷ, κηδεύσας καλοῖς γαμβροῖς, τοὺς πενϑεροὺς δηλοῖ, ὡς καὶ αὐτοὺς κατὰ γαμικὸν κτηϑέντας συνάλλαγμα. καὶ ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ δὲ Οἰδίπους γαμβρὸν ἑαυτοῦ τὸν τῆς Ἰοκάστης ἀδελφὸν Κρέοντα λέγει, ὡς ἐξ ἐπιγαμβρίας συγγενῆ,

ἀλλαχοῦ μέν τοι κηδεχὴμ, κυριολεκτῶν, αὐτὸν λέγει ἐν τῷ, ἄναξ ἐμὸν κήδευμα. Sic nominis πενθερὸς late diffunditur significatio. Vide Lexicon. Sororis maritum notat apud Eurip. Elect. 1295. B. Ceterum ἐς et ξὺν scripsi ubicunque per metrum licuit. Similiter δυεῖν, et quae sunt huius generis alia.

78. οἶδε γ' — Sic recte B. et Schol. Perperam a librariis mutatum fuit in οἱ δέ τε, quia prius τ' in εἰς καλὸν σύ τ' εἶπας, acceperant pro τε. At valet τοι. ἀλλά τοι καλῶς εἶπας σύ· οἶδε γε ἀρτίως — Istud γε, ut saepe alias, valet γάρ. Praecedentia enim confirmat. B. De elisa diphthongo in τοι vid. ad Electr. 294.

80. εἰ γὰρ, *utinam*. gl. εἰθε δή. Librorum omnium lectio est ἐν τύχῃ γέ τῳ, quam adgnoscit Eustathius p. 1154. et alibi: et retineri poterat. Nihilominus certissima mihi videtur, ut elegantissima est, Marklandi emendatio in nota ad Eurip. Suppl. 1145. τὼς, cui respondet in proximo versu ὥςπερ. Sic in Ai. 819. ὥςπερ — τώς. In Aeschyli S. Th. 485. ὡς δ' ὑπέραυχα βάζουσιν — τώς νιν Ζεὺς ἐπίδοι κοταίνων. Ibid. 639. τὼς, sine relato ὡς, cuius vicem sustinent verba τὸν αὐτὸν τρόπον. — σωτὴρ nomen est substantivum pro adiectivo positum, cuius rei apud Poëtas, non Atticos solum, sed quoscumque, exempla passim obvia. Vide quae notavi ad Apollonii βοτῆρα αὔλιον Argon. IV. 1248. ὕβριν ἀνέρα τιμήσουσι legitur in Hesiodi Ἔργοις 174. Plurima exempla collegit Eustathius ad Odyss. Δ. p. 1484. B.

82. οὐ γὰρ ἂν κάρα. Coronati enim soli domum redibant, quibus laetae sortes obtigerant. Quocirca bene in scholio additum ἐπί τινι αἰσίῳ. Quibus vero vel tristia nuntiata fuerant, vel domum repetentibus adversi aliquid acciderat, ii coronas deponebant. Theseus apud Euripidem Hippol. 813. audito uxoris leto:

τί δῆτα τοῖσδ' ἀνέσεμμαι κάρα
πλεκτοῖσι φύλλοις, δυστυχὴς θεωρὸς ὤν;

Fabius Pictor legatus a Delphis Romam reversus in senatu dicit apud Livium XXIII. 11. *Se iussum ab templi antistite, sicut coronatus laurea corona et oraculum adiisset, et rem divinam fecisset, ita coronatum navim ascendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset.* B.

85. ἐμὸν κήδευμα, pro ἐμὸς κηδεστής. Sic Eurip. Orest. 479.

ὦ χαῖρε καὶ σὺ, Μενέλεως, κήδευμ' ἐμόν.

1257. ὦ ξυγγένεια πατρὸς ἐμοῦ. et Phoeniss. 298.

ὦ ξυγγένεια τῶν Ἀγήνορος τέκνων.

pro ὦ ξυγγενές. Et sic saepe res pro persona, seu, ut barbare loquuntur, abstractum pro concreto ponitur. Infra 128. τυραννίδος οὕτω πεσούσης, pro τυράννου οὕτω πεσόντος. De hoc schemate plura ad Antig. 756. B. Nomine ἄναξ compellari solebant non reges tantum, sed regum filii et consanguinei, denique urbis cuiuscunque proceres. vid. 890, Antig. 1085, et ad Eurip. Hipp. 88. M. Sic fere et B. ad 890.

87. τὰ δύσφορα. Sic codd. omnes, quod diversimode in glossis exponitur: τὰ δοκοῦντα σχέτλια. τὰ δυσχερῆ, ἤγουν ἡ ζήτησις τοῦ φονέως. Sic etiam legit Scholiastes, apud quem τὰ δύσφημα nihil aliud est quam interpretamentum. B.

92. ἕτοιμος. Subaud. εἰμί. Ai. 792. M. cf. et Eurip. Androm. 646, et, quae ad Hercul. fur. 628. laudat M., Phoen. 997. et Heraclid. 503. Quod imitantur Latini, praesertim Comici.

101. ὡς τήνδ' αἷμα χειμάζον πόλιν. Optima est docti viri apud Heathium emendatio. Libri omnes τόδ' αἷμα. Verum nondum facta mentio caedis definitae alicuius personae: proinde ex indole linguae dici debuit ὡς αἷμα χειμάζον πόλιν: non vero αἷμα τόδε, quum nihil praecesserit, ad quod istud τόδε referri possit. Acute vidit eruditus Britannus τόδε in τήνδε mutandum. Accusativus ὡς αἷμα χειμάζον absolute positus pro genitivo, schema est Atticis scriptoribus perquam familiare. Aristophanes in deperdita fabula:

ἀλλὰ, τὸ στρόφιον λυθὲν,
τὰ κάρυά μου 'ξέπιπτεν.

ubi, sive nominativus sive accusativus est, positus est pro τοῦ στροφίου λυθέντος. Vide Gregorium de Dial. Att. VII. XXXV. LXXX. Kusterum ad Comici Plutum 277. et quae notavimus ad Ranas 1437. B. Interpunctione sublevandus erat locus. τόδε, (ἤγουν) αἷμα. s. p. τόδε, τοῦτο. cf. Col. 1144.

110. τὸ ζητούμενον ἁλωτόν. Terent. Heaut. IV. 2. 8.

Nil tam difficile 'st, quin quaerendo investigari possiet.

B.

112. 113. Improbabile videtur Aristoteli poët. 16. et 25., haec nescire Oedipum; sed excusandum esse vitium, quoniam haec non sit rerum agendarum in fabula, sed dudum actarum, ignorantia. At vero Laii caedes tam ad fabulam hanc pertinet, quam quaevis aliae, quae illa continentur, res gestae, utpote quae omnium causa fuerit et origo. quam si neglexisse deprehenderetur poëta, veniam impetrare vix, et ne vix quidem, posset. atqui non neglexit: nam et Sphingis crudelitate ab inquirendis istius caedis auctoribus deterriti non male dicuntur Thebani 130, praesertim cum quaestione, sed leviore, ut coniicere licet, instituta nihil comperissent 554, et conferenti versus tragoediae 735 — 745. 832. 895 et totum illum locum, porro 1033 — 1051, maxime vero primum horum locorum, constabit, Iocastam a servo illo, qui solus aufugerat, edoctam, caedis auctorem esse Oedipum, consulto id celasse, ne male acciperetur homo sapiens, qui tam bene de Thebana gente fuisset promeritus, idque ut commodius posset, in rus abdidisse illum servulum: quo factum, ut non nisi per nebulam de Laio eiusque morte audierit Oedipus.

120. ἐξεύροι. gl. ἀντὶ τοῦ μηχανὴν δοίη. B. M. confert Trach. 25. Eurip. Ion. 1137. Orest. 1158. et ad Ai. 599.

134. πρὸ τοῦ θανόντος. Sic A. D. T. Glossa in primo ὑπὲρ, ὡς πράμαχος ὑπέρμαχος. Perperam in impressis πρὸς τοῦ. B. πρὸ in compluribus libris invenit etiam Johnsonus, quod s. p. valet. vid. El. 476. Trach. 496. Eurip. Alc. 18.

138. ἀποσκιδῶ. Attica futuri forma pro ἀποσκιδάσω, de qua vide quae notavi ad Comici Ranas 298. In Vespis 229.

ἐάν περ ἐγὼ λίθους ἔχω,
πολλῶν δικαζῶν σφηκιὰν διασκιδῶ.

Aeschylus Prom. 25.

πάχνην θ' ἁφὰν ἥλιος σκιδᾷ πάλιν.

ubi σκιδᾷ non praesens est pro futuro, sed purum putum futurum. In Eurip. Phoeniss. 616. ἐξελῶν. In Oed. Col. 385. κατασκιῶσι vera futura sunt formae contractae, pro ἐξελάσων et κατασκιάσουσι. Nihil apud Atticos poëtas frequentius. B. Fit hoc futuris in σω, post α breve, ε et ο in ῶ contractis: ἐλάσω, ἐλῶ: καλέσω, καλῶ: ἀρόσω, ἀρῶ. vid. M. ad 747.

142. βάθρων ἵζασθε. gl. ἀνίζασθε, ἀνάςητε ἀπὸ τῶν καθεδρῶν.

Sedebant enim ad aram pro supplicum more. Vide Oed. Col. 1126. B. vid. ad 16.

150. His dictis cum iuvenibus puerisque abit Jovis sacerdos, qui eos adduxerat; restant senes chorici. quodsi plures adessent sacerdotes, certe verbo dicendum erat, simulne redirent an manerent; sed plures non aderant, et sane unus sufficiebat dux. quod et Scholiastae visum veteri ad 17.

151. Διὸς — Φάτι. Aeschyl. Eum. 19.

Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός.

cf. Virg. Aen. 3, 251. M.

153. ἐκτέταμαι. Sic libri omnes. Gl. ἔκνους ἐγενόμην, ἢ μετέωρος. Quod pertinet quidem ad ἐκπέταμαι, quomodo Poëtam scripsisse olim opinatus sum. Sic Antig. 1278. ἀνέπταν Φόβῳ. Eurip. Suppl. 89. ὡς Φόβος μ' ἀναπτεροῖ. Sed nihil mutandum. ἐκτέταμαι Triclinius recte exponit e veteribus scholiis, quibus integrioribus usus est, quam erant in exemplari a Jano Lascare edito. Eodem sensu ἐκτέταμαι accipiendum videtur, quo ταρετάθη apud Comicum in Nubibus 213., ubi rusticus ait, Euboeam ab Atheniensibus duce Pericle vexatam fuisse: ὑπὸ γὰρ ὑμῶν ταρετάθη καὶ Περικλέους. Inest his verbis cruciatus notio. B. Etiam expectationis. vid. Dorvill. Charit. p. 448.

154. Notissima haec Apolliuis cognomina.

155. ἀζόμενος. gl. εὐλαβούμενος, φοβούμενος. recte. Hoc sensu ἄζεσθαι est apud Homerum Iλ. Ξ. 261.

ἄζετο γὰρ, μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ἔρδοι.

Locum in Aldina editione bene interpunctum non intellexit Johnsonus. Nulla hìc est interrogatio, cuius signum post χρέος poni non debuit: ἐκπέπληγμαι φοβούμενος τί ἐξανύσεις. B.

157. Spei filia dicitur haec ἄμβροτος Φάμα, i. e. dei, Apollinis, oraculum, quod dudum speraverant nuntiatum iri. Sic saepe quae alias antecedunt res illarum finguntur causae.

159. κεκλομένῳ. Sic Aldus et codd. plerique. Si qui κεκλόμενος habent, in iis altera lectio, quam sequimur, superscripta. Refertur ad proximum μοι. προφάνητέ μοι κεκλομένῳ. Eustathius p. 714. extrema κεκλόμενος tuetur: ἢ γὰρ καὶ ἐκεῖ λείπει τὸ εἰμὶ, ἢ τὸ κεκλόμενος ἀντὶ τοῦ κέκλομαι εἴληπται. Hac ratione quodvis sermonis vitium defendi possit. B.

160. Γαιάοχον. Recte Heath. sic vocari censet, ut terrae Boeoticae tutricem. non enim Dianam vulgarem hic intelligit poëta, sed speciatim illam, quae Boeotis et Locris Ἄρτεμις Εὐκλεια audiebat. de qua Plut. in Aristide vol. 1. p. 331. E. quam h. l. intelligi testatur quoque vetus Schol. Fanum eius Thebis commemorat Paus. Boeot. p. 743. cf. Aeschyl. Sept. c. Th. 456. M.

εὐκλία. Male vulgo εὐκλεᾶ. Utraque forma proba est: sed posteriorem hic loci respuit metri lex. Vide Eustathium p. 1516. initio. B.

162. v. —. ἑκαβόλον. Ἰὼ, ἰώ. B. semel ἰὼ posuit, claudicante etiamnum metro. Schol. apud B. p. 359: τὸν μακρόθεν πέμποντα τὰ βέλη. unde coniicio, verum, ἰῷ, telo, invenisse hominem.

165. ὦ πότοι. gl. ἀντὶ τοῦ Φεῦ. διὰ μέσου. Β. Quin haec quoque ad finem usque cantici strophica sunt, secus ac v. accipiuntur.

167. οὐδ' ἔνι Φροντίδος ἔγχος. gl. οὐδ' ἔνεστι μηχανῆς, ἐπινοίας δύναμις. B. Versui non convenit ἔνι, et facile subauditur. ἔν aptissimum. cf. Phoen. 897. Hipp. 715.

169. ἔκγονα κλυτᾶς χθονός. In uno cod. reperi κλυτὰ χθονὸς, quod haud deterius est. Cum his Sophocleis P. Victorius Var. Lect. XV. 20. Pacuvii verba ex Duloreste comparat, a Nonio servata: *Nec grandiri fruxum fetum posse, nec mitescere.* Nempe arbitrabantur olim Deos hominibus iratos ob aliquod impium facinus, fructibus terrae obesse, fetusque animantium perdere, donec placarentur, expiato scelere. B.

170. ἰητῶν. gl. θρηνητικῶν. Eurip. Phoeniss. 1046. ἰάλεμοι ἐστέναζον οἴκοις ἰήϊον βοὰν, ἰήϊον μέλος. — ἀνέχουσι. gl. ἄνεσιν ἔχουσιν, ἀναπαύονται. B.

V. ἀμέτρως legitur in hac stropha: ἀνάριθμα γ. Φ. πήματα· ν. δ' ἐμοὶ π. στ., οὐδ' ἔνι — ὦ τις ἀλ. οὔτε γὰρ ἔκγονα κλυτᾶς χθ. (vid. B. ad 171.) α., οὔτε τόκοισιν ἰητῶν. putidum vero itemque inconcinnum ἀνάριθμος, quod ex antecedentibus petitum nescio quis inculcavit inter πόλις et ὄλλυται. Istud ἐμοὶ vel μοι post γοσεῖ, et οὔτε pro αὖ et γὰρ interpretantium sunt commenta, quibus vis, etiam orationis, imminuitur.

In κραμάτων M. recte subaudit ἀπὸ, conferens El. 628. et Synes. ep. 98. ἀπὸ τῆς κλίνης σοι γέγραφα μόλις ἀνεχόμενος εἰς διασκευήν. Ἴήους κραμάτους Hesych. et Suid. explicant labores partus, qui clamores ciere solent, ut monet V. cf. lexic.

173. Similiter Eurip. Hipp. 840. M.

175. ἑσπέρου, i. e. νυκτέρου. Ἅπαξ λεγόμενον videtur Musgravio, qui tamen confert Ἀχέροντος ἀκτὰν εὔσκιον Pind. Pyth. 11, 2. et Antig. 800. 823. Similiter etiam Manes ἐννυχίους vocat Noster Oed. Col. 1515. Locus Antigonae alienus.

177. νηλέα. Neutrum plurale adverbii vice. Gl. νηλέως. νηλέα δὲ καὶ ἀνοίκτως ἐκ παραλλήλου. B. νηλεᾶ scribi metrum flagitabat.

181. ἀϋτὰν παραβώμιον. Aldus ἀκτὰν παραβώμιον, ut alii codd. habent: in aliis divisim παρὰ βώμιον. Menda est in ἀκτὰν, quam egregia coniectura sustulit Musgravius ad Eurip. Heracl. 44. B. Metrum pulcre confirmat.

183. ἐπιστοναχεῦσι. Perperam vulgo ἐπιστονάχευσι. Legitimae formae sunt στενάχω et στοναχέω. B.

184. λάμπει. vid. ad 468.

185. ὅμαυλος. gl. συμμιγής. B.

187. εὐῶπα. vocativus a recto εὐώπης. B.

188. v. Ἀρεά τε τὸν μ., inconcinne.

189. ἄχαλκος ἀσπίδων. gl. ἄοπλος σωματικῶν ὅπλων. Sic in El. 36. ἄσκευον ἀσπίδων καὶ στρατοῦ. In Ai. 321. ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων. Eurip. Phoeniss. ἄπτερος φαρέων λευκῶν. ad quem locum vide Valckenarium pag. 115. B.

190. περιβ. active, ut ἀφόβητος infra 904. ἄψαυστος 988. Antipater anth. 62: Ἄμμων, ἀμφιβόητος ὄφις. M.

191. παλίσσυτον δράμημα νωτίσαι. gl. παλινδρομῆσαι. Supplendum est δὸς, quod in glossa etiam notatum. Est autem haec ellipsis in precibus maxime sollemnis. Vide Comicum Thesmoph. 286. Ran. 886. quo quidem intellecto liquet copulam τε in v. 188. neutiquam delendam esse. B.

192. πάτρας ἄπουρον. gl. τῆς πατρίδος τῆς ἐμῆς δηλαδὴ μακράν. Sic membr. et tres alii codd. cum Aldina editione; optime sane. Altera lectio ἔπουρον plane mendosa est. B.

ἄπουρον, ἐξόριον, extorrem. radix est Ionica vox οὖρος,

unde et τηλευρὸς adhibitum Euripidi Orest. 1331. Androm. 890. M.

193. Intelligo mare Atlanticum, tum quod nullum aliud aeque a magnitudine designari mereatur; tum quod omnium quae tum quidem innotuerint, a Graecia longissime absit, aptissimumque adeo fuerit, in quod pestem ablegari cuperent Thebani. Cic. somn. Scip. 6.: Circumfuso illo, quod Atlanticum, quod magnum — appellatis. Theon. in Arat. Phaen. 26. ὠκεανὸς ὃς, ἡ ἐκτὸς καὶ μεγάλη θάλασσα καλεῖται. M.

196. v. τίλει, quod quamvis retineri possit, subaudito ἐν, tamen et Musgravio quoque displicebat, cogitanti de μέρει pro ἐν μέρει, vicissim.

197. i. e. ἐπέρχεται, invadit.

198. v. πυρφόρων ἀστραπᾶν κρ. νέμ., ὦ Z., ex interpretatione, quod metrum ostendit.

200. Apollo Λύκειος invocatur, ut pestem ita expellat ut lupos olim Sicyoniorum. qua de re vid. Pausan., laudatus Cl. Schützio ad Aeschyl. Sept. 147.

201. ἀγκυλῶν. genitivus plur. nominis ἀγκύλη. glossa in membr. τὰ νευρὰ λέγει. B.

Usus cuivis fere funiculorum generi nomen hoc tribuit; ut funiculis nauticis, Eurip. Iph. T. 1419.; calceorum loris, Hesych. v. ἀγκύλας; loro, quo canes venatici continentur, Poll. 5, 54. Hic nervum arcus indicat: arcum enim gestabat, non iaculum, Apollo. M.

203. vid. Spanh. ad Callim. h. in Dian. 11., ubi dea facem utraque manu gestans ex veteri nummo exhibetur. Διπύρους ἀνέχουσαν λαμπάδας depingit Aristoph. Ran. 1406. M. cf. Trach. 208.

204. Huius fabulae origo quae fuerit, ex simili de Baccho fabula coniicere licet. Auctor est Schol. ad Eurip. Phoen. 237., spontaneum ignem in quodam Parnassi vertice vulgo visum esse, non dissimilem fortasse iis, quibus Castoris et Pollucis nomen tribuit antiquitas. Hoc arripiens Eurip. Ion. 725. Bacchum fingit noctu in eo loco tripudiare, taedam utraque manu gestantem. M. Ceterum Arcadiae saltus amare venatricem deam, consentaneum est, et constans poetarum traditio.

nec fortasse aliquid intelligendum nisi venatio ad noctem producta, ut facibus opus sit.

205. Luciano dial. Iovis et Iunonis, vol. 1. p. 247. quin et in Προσλαλιᾷ, vol. 3. p. 76. itidem depingitur μίτρᾳ — ἀναδεδεμένος τὴν κόμην. M. Invocatur autem, monente Dacier, Bacchus λαμπτὴρ, cuius in honorem instituta erat ἡ λαμπτηρία ἑορτὴ, quia vino et igne cavetur pestis.

206. ἤτοι Θηβαῖον. ἐκ Θηβῶν γὰρ ὁ Διόνυσος. Triclin.

V. in hac antistropha ex interpretationibus legitur ἄναξ, τά τε σὰ (vid. Schol. vet.) χρυσ. ἀπ. ἀ. βέλεα θέλοιμ' ἂν ἀδάμ. ἐνδ. ἀρωγὰ πρ., inconcinne quoque πελασθῆναι, et ἐπὶ τὸν ἀπ.

208. Μαινάδων ὁμόστολον. Sic liquido in duobus codicibus. Mendose reliqui, μονόστολον. Glossae: ὁμοδίαιτον. συνόμιλον, συνοδοιπόρον. B. M. cf. Ant. 1128.

212. τῇ ν. ὑπ. ea facere, quae morbi natura et ratio exigit. M.

216. μὴ οὐκ in unam syllabam coalescunt, quod tironibus etiam notum. In B. scriptum μὴ ὑκ, supra 13. μὴ ὑ: et sic ubicumque simili elisioni locus est: quemadmodum et scribi et efferri volebat Marklandus. Glossa: ἐπεὶ οὐκ ἔχω τι σημεῖον. B.

222. ἐπίκλημα, κατέγκλημα, κατηγορία. Sic infra 516. Passim ἐπικαλεῖν pro ἐγκαλεῖν occurrit. B.

223. Post αὐτὸς καθ' αὑτοῦ supplendum σημαινέτω, λεγέτω ὅμως, quod ex serie orationis intelligitur. Sic etiam in glossa. B.

224. ἄπεισιν. gl. ἀπελεύσεται. B.

227. τελῶ. gl. τελέσω, δώσω. Forma futuri Attica, de qua supra ad v. 138. Sic infra 413. ἐλᾷ, ἐλάσει. B.

229. ἀπώσει. Enotatam ex uno e Britannis codd. probam lectionem reperi in T. et Augustano. Reliqui cum impressis soloece ἀπώσῃ. B.

230. ἐκ τῶνδε. μετὰ ταῦτα, *dehinc*, *postea*. Sophocli valde frequentatum. B.

235. Quid sit χέρνιβας νέμειν, docebit Athenaeus, cuius haec sunt verba L. IX. p. 409. Εστι δὲ ΧΕΡΝΙΨ ὕδωρ, εἰς ὃ

ἀτέβαπτον ἁλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν· καὶ τούτῳ περιραίνοντες τοὺς παρόντας ἥγνιζον. B.

243. v. ἄμοιρον, minus bene, quoad numeros. correxit Porson. praefat. ad Eurip. Hec.

245. γένοιτο μὴ οὐ ξυνειδότος. Sic optime Marklandus ad Eurip. Suppl. 390. Vulgo legitur prorsus absurde ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτ' ἐμοῦ συνειδότος. At nulla caussa erat, cur quidquam imprecaretur interfectori, quem ipse comperisset secum domi suae habitare: illum statim expellere poterat, aut quovis supplicio multare. Quod sequitur παθεῖν, ad interfectorem spectat, si quis forte in Oedipi domo nescientis versetur; non ad ipsum Oedipum, ut inepte somniarunt interpretes. B.

249. ἀθέως, sublato deorum auxilio. cf. 648. El. 1140. M.

254. νῦν δέ γ' ἐπικυρῶ τ' ἐγώ. Sic liquido scriptum in D. Ceteri codd. ut Aldus, νῦν δ' ἐπικυρῶ τ' ἐγὼ, labante versu. Haud male emendaverat Heathius, νῦν δ' ἄρ' ἐπικυρῶ — B.

256. κοίν', ἀδελφὰ, ut recte Schol. vid. Ant. 1. et 200. M.

258. ἐνήλαθ'. cf. 1286. Ant. 1309. Apoll. Rhod. 2, 220. — ἐπ' ὀφθαλμοῖσιν Ἐριννὺς Λαὸς ἐπέβη. M.

τὸ — κρᾶτα. Tribus praeterea Nostri locis, Antig. 755. Philoct. 975. et 1419. haec forma reperitur. τὸν σὸν κρᾶτα habet Eurip. Archelai fragm. 3., ἐμῆς κρᾶτος idem El. 140., ad quem locum ex epigrammate apud Athenaeum M. profert κρᾶτος ἐπὶ σφετέρης. quae in mente habuit, nisi fallor, Eustathius, cum scripsit, vocem hanc plerumque masculino genere, nonnunquam femínino, etiam alicubi neutro, usurpari Sophocli, unde colligas, hac anomalia nihil offensos fuisse veteres grammaticos, sed usum recepisse potius quam de emendandis pluribus cogitasse scriptorum locis, quod facit V. ad Antigon. 775.

259. τοῦδ' ὡςπερεὶ τοῦ 'μοῦ πατρός. Sic recte eruditus Britannus. Codd. et Aldus τάδ'. B.

260. Sic Eurip. Hipp. 286. εἰς πάντ' ἀφῖγμαι. M.

262. τῷ Λαβδακείῳ παιδὶ, Πολυδώρου τε. Hoc exemplo bis utitur Eustathius ad illustrandas similes apud Homerum constructiones. Il. B. 54.

Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυληγενέος βασιλῆος.

et E. 741.

Εν δέ τε Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου.

ad quem versum ita commentatur p. 601. τὸ Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου, ὅμοιόν ἐστι τῷ, Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυλαιγενέος βασιλῆος. ὡς γὰρ ἐκεῖνος τῇ τοῦ κτητικοῦ ἀναλύσει εὐοδοῦται εἰς σύνταξιν, οὕτω καὶ τοῦτο. τὸ γὰρ Νεστορέῃ ἀναλυθὲν εἰς τὸ, τῇ τοῦ Νέστορος, εὖ ἔχει πρὸς τὸ εἰπεῖν, παρὰ τῇ Νέστορος βασιλῆος νηΐ. οὕτω δὲ καὶ τὸ, Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου, λέγει κατ' ἀνάλυσιν ἅτι ἡ κεφαλὴ τῆς Γοργοῦς, τοῦ δεινοῦ πελώρου. ὁμοίως καὶ τὸ (Antig. 1116.) Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιὰς, τὰν ἐκ πασᾶν τιμᾶς, μεταποιηθὲν ἀναλυτικῶς εὐοδοῦται εἰς τὸ, τὰς τῆς Θήβης ἀγυιὰς, ἣν ἐπέκεινα πασῶν πόλεων τιμᾶς. ἐκεῖνο μέν τοι καὶ ἄλλως καθίσταται. δύναται γὰρ εἶναι τὸ Θηβαίας, ἀντὶ τοῦ Θήβης, ἵνα ᾖ ὥςπερ σελήνη σεληναία, οὕτω καὶ Θήβη Θηβαία, αὐτὴ ἡ Θήβη. ὅμοιον δὲ πρὸς τὸ Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου, καὶ ἐκ τῶν Σοφοκλέους τὸ, Λαβδακείῳ παιδὶ Πολυδώρου τε καὶ Κάδμου καὶ Ἀγήνορος. καὶ ἐκεῖ γὰρ εὐοδος ἡ σύνταξις δι' ἀναλύσεως τοῦ Λαβδακείῳ παιδὶ, ἵνα ᾖ τῷ παιδὶ τοῦ Λαβδάκου, καὶ τῶν ἑξῆς. B.

265. v. γῆν. Sed bene Clar. Spaldingius, in literis ad me datis: Γῆν, inquit, ab eo suffectum suspicor pro γῆς, qui non meminisset, ἀνιέναι etiam pro intransitivo haberi posse. certe concinnior structura, si ἄροτον γῆς et παῖδας γυναικῶν ἀνιέναι legimus, quam si γῆ ipsa ἀνίησι παῖδας γυναικῶν, ubi idoneam non habet rationem genitivus γυναικῶν. Ad sententiam cf. Herodot. 9, 93: οὔτε — καρπόν.

Sic ille. Ἀνιέναι positum igitur pro ἀνίεσθαι. quam figuram amat Noster. vid, Bos v. ἑαυτόν. ab ἄνειμι quominus derivetur vox, obstat prosodia. vidd. inttpp. ad Eurip. Phoeniss. 1322.

266. μήτ' οὖν γυναικῶν παῖδας. Est cui hic legendum esse videtur γυναῖκα vel γυναῖκας. Sed fallitur. θεοὺς cohaeret cum εὔχομαι, non vero cum ἀνιέναι, *Deos precor, a Diis peto*, μήτε γῆν ἀνιέναι αὐτοῖς ἄροτόν τινα, μήτε γυναικῶν παῖδας. Verbum ἀνιέναι mulierum partubus seorsum applicari non posset, qui e terra non gignuntur. Sed nihil frequentius schemate, quo verbum uni rei proprium pluribus adhibetur. Extrinsecus

aliud verbum ex analogia adsumendum, quod fetu mulierum conveniat, αὔξειν, τρέφειν, siquidem terra παμβῶτις, κουροτρόφος appellatur. Homerus Odyss. Γ. 289.

λιγέων δ' ἀνέμων ἐπ' ἀϋτμένα χεῖε
κύματά τε τροφόεντα.

ad quem locum Eustathius p. 1468. ἐν τῷ, ἀϋτμένα χεύας κύματά τε τροφόεντα, οὐ προσυπακουστέον ἀπὸ κοινοῦ τὸ χεύας καὶ ἐπὶ τῶν κυμάτων, ἀλλ' ἐξ ἀναλόγου νοητέον τὸ ἐγείρας, ἢ κορυφώσας. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ, σῖτον καὶ οἶνον ἔσθων, ἡ ἀκολουθία τὴν τοῦ σίνειν μετοχὴν ἔξωθεν τῷ οἴνῳ κομίζει, ὡς τοῦ ἔσθων τῷ σίτῳ προσαρηρότες. τοιούτου δὲ σχήματος καὶ τὸ, καπνὸν ἐλεύσσομεν καὶ φθογγήν. φθογγὴ γὰρ οὐ λεύσσεται πάντως, ἀλλ' ἐξακούεται. ὡς χρῆναι νοεῖν ἐντελῶς, ὅτι καπνὸν ἐλεύσσομεν καὶ φθογγὴν ἠκούομεν, εἰ καὶ σεσίγηται τὸ τῆς ἀκοῆς ἀφελῶς ἢ γοργῶς. Huius idiotismi, cuius tamen exempla apud utriusque linguae scriptores passim obvia, ignoratio vel doctis fraudi fuit. Cave credas quidpiam deesse in hac phrasi Aeschinis contra Timarchum: μὴ γὰρ ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον, ἀλλὰ γιγνόμενον τὸ πρᾶγμα νομίσητ' ὀρθῶν. Ad quem locum Reiskius p. 161. *Post* λεγόμενον *videtur* ἀκούειν *deesse*. Nugatur: non magis ibi deest, quam in hoc Aeschyli versu Prom. 21.

ἵν' οὔτε φωνὴν, οὔτε του μορφὴν βροτῶν
ὄψει.

Plura de hoc schemate dicemus ad El. 420. B.

271. ὥςτερ μ' ἀραῖον ἔλαβες. Eustathius p. 1809. legit ὥςτερ μ' ἀραῖον εἶλες, exponitque ὥςτερ με εἶλες διὰ τῆς ἀρᾶς. B.

272. ἔχω. gl. δύναμαι. B.

273. τὸ δὲ ζήτημα. Nominativus solutus; non vero qui vice genitivi est, et Latinorum ablativo absoluto respondet; sed per *Quod attinet* explicandus. Vide Valckenarium ad Phoeniss. p. 102. Aliter hic locus expediri etiam potest, sublata distinctione post ζήτημα, ut constructio sit: ἦν δὲ τοῦ πέμψαντος Φοίβου τόδε τὸ ζήτημα, εἰπεῖν, ὅστις εἴργασταί ποτε. Vel adhuc, transposita sequenti distinctione, ἦν δὲ τοῦ πέμψαντος Φοίβου τὸ ζήτημα, εἰπεῖν, ὅστις ποτε εἴργασται τόδε. Prima ratio omnium videtur optima. B.

276. οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ. Sic duo codd. recte, ut iam

legendum esse monuerat Koenius ad libellum de Dialectis p. 23. Ceteri codd. ut impressi, soloece, οὐδὲ εἷς δύναιτ' — Initio versus male codd. et impressi ἂν: quae frequens est in libris menda. Vide Marklandum ad Suppl. 364. B.

279. ταὐθ' ὁρῶντ'. Id est τὰ αὐτὰ, ut recte scriptum et expositum reperi in uno cod. Perperam vulgo ταῦθ'. B.

281. σκοπῶν. gl. ζητῶν, ἐρευνῶν. et 286. σκοπῶ, ἐξετάζω. B.

283. Κρέοντος εἰπόντος. Animum ad hoc advertisse, cum ad Oedipi et Creontis iurgium perveneris, inutile non erit. Oedipi enim suspiciones, minime alioqui absurdas, illud vel maxime confirmasse videtur, quod arcessendi Tiresiae consilium ipsi a Creonte primo suggestum erat. M. De Tiresia, vate Thebano, nota omnia. vid. ad Eurip. Phoen. 847.

285. κωφά. gl. ἀνυπόστατα. — παλαιὰ, σαθρά. B.

290. Glossa: τὰς σὰς ἀκούων τοιάσδε κατάρας οὐχ ὑπομενεῖ σιγῇ φυλάττων. B.

292. ὀὐξελέγξων. gl. ὁ φανερώσων αὐτόν. Aldus ὀὐξελέγχων, ut est in B. T. Ceteri futurum habent. B.

294. μόνῳ. i. e. illi inprimis, ut passim valent μόνος, οἶος, unus.

295. Hesych. νωμῶν — κρίνων. Aeschyl. Sept. 25. Eurip. Phoen. 1290. Plato in Cratylo: τὸ γὰρ νωμᾶν καὶ τὸ σκοπεῖν, ταυτόν. p. 282. E. Herodot. 4. 128. νωμῶντες ὦν σῖτα ἀναιρεομένους τοὺς Δαρείου. M.

300. εἰ καὶ μὴ ἤκλυες. Sic recte Valckenarius ad Phoeniss. pag. 320. quod confirmat codd. glossa, μὴ ἤκουσας, tametsi in iis etiam scriptum μὴ κλύεις. B. Elegantius κλύεις, eodem sensu. sic passim apud tragicos praesentia.

302. ἂν ἐλθεῖν, i. e. ἔσεσθαι, ut passim ἔρχεσθαι et similia indicant εἶναι. vid. Abresch. ad Aeschyl. Agam. 476.

305. σὺ δ' οὖν. Sic Aldus et codd. omnes. Perperam Triclinius οὖν mutavit in οὐ, putans forte negationem cum φθονήσας requiri, quae iam adest in geminato μήτε. B.

306. μαντικῆς ὁδόν. gl. μέθοδον. Frequens usus nominis ὁδὸς pro *modo*, *ratione*. Vide indicem nostrum in Aristophanem, Euripidem Hec. 734. Phoen. 922. Hippol. 291. 394. Heracl. 237. B.

309. ἐν σοί ἐσμεν. *in te sumus.* id est, *in te omnis posita est spes nostra.* B.

313. διώλεσα. gl. ἐπελαθόμην. recte. Ut σώζειν saepe adhibetur pro *tenere memoria*, sic διολλύειν adhibetur pro *oblivisci.* Vide quae notavi ad Eurip. Bacchas 782. et Hippol. 391. Nimis facete locum hunc vertit Johnsonus. οὐ γὰρ ἂν δεῦρ' ἱκόμην. *alioquin huc non venissem:* nempe εἰ ἐσωζόμην αὐτά: εἰ μὴ ἐπελαθόμην. Qui popularem suum merito castigat Jo. Burton, eo non fuit perspicacior. Locus hic, si quis alius, sanus est. B.

V.: Quomodo σώζειν δίκην, εὐσέβειαν, et similia dicitur is, qui observat eas, et ad earum praecepta vitam suam dirigit, ita et prudentiam ὀλέσαι eleganter dicitur, qui eius consilia in agendo non sequitur.

323. ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε τἄμ' ἐξενείπω. Sic ex indole linguae legendum est. Vulgata lectione nihil mendosius: ἐγὼ δ' οὐ μήποτε τἄμ' ὡς ἂν εἴπω. Ex his apud omnes constat nullum sensum elici posse, in quibus nulla quidem est legitimae constructionis forma. οὐ μὴ cum futuro indicativi vel aoristo 2 subiunctivi construitur. Perspicuus est sensus: οὐ μή ποτε εἴπω τἀμά, ἤγουν τὴν ἐμὴν μαντείαν, ὡς ἂν μὴ ἐκφανήσω, ἤγουν Φανερὰ ποιήσω τὰ σὰ κακά. Sic recte glossa: unde non aliter scripsisse Tragicum liquet, ac edidimus, οὐ μή ποτε τἄμ' ἐξενείπω. Bicompositi verbi, librariorum errore perquam sollemni, exciderant praepositiones. ἐνέπω apud Tragicos frequens est, quo in verbo liquida geminari solet, metri lege plerumque id flagitante. Eustathius ad Odyss. p. 1381. τὸ δὲ ἔννεπε πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ἐνὸς ν. καὶ δῆλον ἐξ ὧν πολλαχοῦ τὰ ἐνέπω δι' ἑνὸς ν ἐκφέρεται, ἀπὸ τῆς ἐν προθέσεως καὶ τοῦ ἔπω, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἔπος. Verbo ἐξενέπω usi sunt Pindarus Olymp. VIII. 26. Apollonius I. 764. Dionysius Perieg. 556. Apud Eurip. Bacchis 1255. occurrit aliud bicompositum ἐξυπειπεῖν haud magis apud Tragicos obvium quam ἐξενέπειν. utrumque legitimum est et extra omnem suspicionem. B.

Do Brunckio, ἐξενειπεῖν dici posse pro ἐξενέπειν, quanquam rem non immerito in dubium vocat V., sed supersedere tam violentae medicinae possumus. Legitur autem v. in se-

quentibus: — εἶπω, μὴ τὰ etc. Si me audis, Tiresias dicit, sé nec sua mala patefacturum, i. e. non dicturum, quae sibi fraudi esse possint apud iratum populum regemque, si non credantur, nec populi regisque mala, si fidem inveniat, ut aut occidendus aut exilio puniendus sit Oedipus, turbeturque fortasse, ut fit, respublica.

327. ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτόν. Sic praeter Athenaeum L. X. p. 453. unus e nostris codd. indubie, et alter a prima manu. Reliqui ἐγώ τ' ἐμαυτὸν, cum glossa, ἀπὸ κοινοῦ τὸ οὐ. Passim occurrit ἐγὼ οὐ disyllabum, ut Oed. Col. 915. Antig. 451. apud Comicum Lys. 284. 876. Ran. 33. Vesp. 416. Equit. 340. Cuiusvis etiam vocis ω finale cum sequente οὐ in unam syllabam coalescit, ut in Lysistr. 1171.

οὐ τὼ σιὼ, οὐχὶ πάντα γ', ὦ λυσσάνις.

Similiter ω ει coalescunt, ut in Philoct. 575. ἐγώ εἰμ' Ἀτρείδαις δυσμενής. et Vesp. 1224.

ἐγὼ εἴσομαι. καὶ δὴ γὰρ εἶμ' ἐγὼ Κλέων. B. Eleganter omittitur negatio. Vid. ad Phil. 751.

329. πέτρου φύσιν. per periphrasin, ut apud Epictetum in enchir. κακοῦ φύσιν pro τὸ κακὸν, et οὐσία ἀγαθοῦ pro τὸ ἀγαθόν. Annotavit Laurentius Sahl.

330. ὀργάνειας. gl. εἰς ὀργὴν κινήσειας. Sic libri omnes, adstipulante Eustathio ad Iliad. p. 792. ὀργῶ ὀργαίνω. εἶον, οὐ γὰρ ὀργαίνειν καλὸν, παρὰ Σοφοκλεῖ, (Trach. 541.) παρ' ᾧ καὶ τὸ, καὶ γὰρ ἂν πέτρου φύσιν σύ γ' ὀργάνειας. Hemsterhusio, viro summo, legendum videbatur ὀργάσειας, ab ὀργάζειν, *quamlibet materiam subigere, macerare, mollire*. Coniecturam protulit Ruhnkenius ad Timaei lexicon p. 129. elegantem quidem, nec tamen usquequaque certam. B.

331. ἄτεγκτος. gl. σκληρὸς, ἀμείλικτος. ἀτελεύτητος, ἄπρακτος, ἀκαμπής. Eustathius p. 441. ἀτελεύτητος, παρὰ Σοφοκλεῖ, καὶ τὸν μὴ τελευτὴν ἐπάγοντα τοῖς ζητουμένοις δηλοῖ ἐν τῷ, ἄτεγκτος κἀτελεύτητος ΦΑΝΕΙ. Et sic quidem apud eum legitur Φανεῖ, non Φανῇ. Qua occasione monebo, Atticam terminationem secundae personae passivae et mediae formae me ubique in futuris reposuisse; nec forte doctiorum reprehensionem effugero, quod idem in reliquis temporibus non fecerim, ut in

Aristophane. Quod ad futura attinet, haud pauca supersunt in impressis nostris libris huius Atticismi vestigia, librariorum inconstantia, quibus cordi fuisse videtur nulli parcere. Infra 1279. εἰσόψει. El. 366. προσόψει. Trach. 196. ὄψει. Eurip. Androm. 708. φθερεῖ. Bacchis 782. σώσει. et alia permulta. In Ai. 192. D. praesens στηρίζει exhibet. In Eurip. Iphig. T. 483. λυπεῖ scriptum olim fuisse pro λυπῇ Marklandus evicit. Vide Valckenarium ad Phoeniss. p. 216. B. Nos meliora ubique ut probavimus, ita et reposuimus.

Φανεῖ. Id est ἔσει, ut p. usurpatur, praesertim apud Nostrum, φαίνεσθαι. vid. infra 1215, Oedip. Col. 51, 640, 780, 960, Trach. 242, 425. Sic fere et ὄπτεσθαι. vid. Trach. 444.

332. τὴν σὴν ὁ' ὁμοῦ ναίουσαν. Argutatur Eustathius ad Iliad. p. 755. ambiguum hic statuens esse sensum, quo aliud Tiresias innuit ac dicere videtur. δοκεῖ μὲν λέγειν ὁ Τειρεσίας, ὅτι τὴν σὴν ὀργὴν οὐ κατεῖδες, τὴν σύμφυτόν σοι. ἀληθῶς δὲ λέγει, ὅτι τὴν σὴν ἄλοχον οὐκ οἶδας, ἡγοῦν τὴν μητέρα σου, ἣ συμβιοῖς. ὅπερ ὀκνήσας ἐκφῆναι, εἶπε τὸ ὁμοῦ ναίουσαν, ὃ ταυτόν ἐστι τῷ ὁμευνέτην. B.

336. ἥξει. gl. παραγενήσεται, φανήσεται. B.

340. ὡς ὀργῆς ἔχω. gl. ὡς διάκειμαι ἕνεκα ὀργῆς. alia: ὡς δυνατός εἰμι ὀργίζεσθαι. Neutraliter adhiberi ἔχω cum genitivo ostendi ad Comici Lysistr. 173. B.

345. ἀληθές; gl. εἰρωνικόν. Vide quae notavimus ad Comici Ran. 840. B.

346. ὥτερ προεῖπας. sic omnino legendum. Supra 218. ὑμῖν προφωνῶ. Mendose in libris προσεῖπας, frequenti librariorum errore in verbis cum πρὸ et πρὸς compositis. Sic in Eurip. Hippol. 499. προσῆγον pro προῦγον male scriptum fuit: in Comici Concion. 31. προσιόντων pro προϊόντων. B.

350. καί που. Sic scribendum. Encliticum hic est που, non adverbium loci *quo*, ut male vertit Johnson. B.

351. τρέφω. vid. ad 369.

353. προὐτρέψω. gl. παρεκίνησας. B.

355. ἢ 'πειρᾷ λόγων; Aldus et codd. ἢ 'πειρᾷ λέγειν; Glossa in aliis, δοκιμάζεις καὶ ἐνοχλεῖς. In D. εἰς πεῖραν λόγων προτρέπῃ. In hoc cod. legisse videtur λέγων nescio quis olim,

qui margini adscripsit, *an* λέγειν; Corruptam esse lectionem constat, unde nullus exoritur sensus. Heathius coniecit ἢ 'πειρῶν λέγεις, vel ἢ 'πειρᾶς λέγων. Neutrum mihi placet: nec fere magis, quod dedi, etsi illis probabilius sit: *aut sermonemne meum tentas?* id est, *experirisne, an iterum eadem tibi sim dicturus?* Nullus dubito, quin Sophocles scripserit plano et perspicuo sensu:

οὐχὶ ξυνῆκας; πρὸς τί μ' ἐκπειρᾷ πάλιν; B.

Haud dubie verum est λέγων. passim confusa infinitivi et participia. cf. 612.

356. οὐχ ὥςτε γ' εἰπεῖν γνωστόν. Ad priorem partem interrogationis respondet Oedipus, οὐχὶ ξυνῆκας; scilicet ξυνῆκα μὲν, ἀλλ' οὐχ οὕτως, ὥςτε εἰπεῖν ἐγνωσμένον, ὅπερ ξυνῆκα. Ineptissime vertit Johnson. B.

357. οὗ refertur ad Φονέα, licet proxime praecedat τἀνδρός. Qua ex vocum structura suboritur aliquid ambiguitatis. Mallem fere legi: Φονέα σε φημὶ τοῦτον, οὗ ζητεῖς κυρεῖν. Sic infra 444. τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν πάλαι ζητεῖς. B. Imo recte se habet constructio. Integra enim haec essent: Φ. σὲ Φ. τ. τοῦ ἀνδρὸς Φονέα ζ. κ.

358. ῥημονάς. gl. λοιδορίας. B. Sic ἡ ζημία τοῦ λόγου τούτου 507.

359. B. dedit τί δῆτα, non conveniente Oedipi responso: Ὅσον γε χρῄζεις. Sensit V.

360. ὡς μάτην. gl. ἐπεὶ ἀκαίρως. B.

361. σὺν τοῖς φιλτάτοις. Plurali numero unam matrem innuit. Sic infra 1163. Oedipus ait, ξὺν οἷς τ' οὐ χρῆν μ' ὁμιλῶν, οὓς τ' ἐμ' οὐκ ἐδει κτανών: quorum hoc ad solum patrem, superius ad solam matrem refertur. Est hoc schema Tragicis valde usitatum, de quo videndus Gatakerus opp. T. I. p. 351. B.

366. Versum, tanquam κακόφωνον, exagitat Muretus in var. lectt. vid. Lessings Leben des Sophocles.

369. μιᾶς τρέφῃ πρὸς νυκτός. id est, μία σε νὺξ τρέφει. gl. διόλου ἐν τῷ σκήπτει διατρίβεις, qui verus est horum verborum sensus. Nemo ignorat, quantum frequentet Sophocles verbum τρέφειν sensu τοῦ ἔχειν, qua de re videndi Casaubonus ad

Athen. p. 549. et Valckenarius ad Hippol. 364. Quae sequuntur, eorum vera est expositio in scholiis priore loco proposita; altera nauci non est. Male Aldus βλέψαι, errore typothetae, ut videtur; nam hoc in nullo cod. reperi, ne quidem in T. qui βλάψαι recte habet. Planum, ut opinor, et facilem sensum reddidi; unde ad id quod Oedipus dixit, nemo iam non intelligit, quid Tiresias respondere debuerit. Sequentium versuum absurda sententia est, tam in Graecis, uti vulgo leguntur, quam in Johnsoni versione. Nempe Tiresias plane contrarium dicit illius, quod dicere debuit: οὐ γάρ μα μοῖρα πρός γε σοῦ πεσεῖν. Immo οὐ γάρ σε μοῖρα πρός γ' ἐμοῦ πεσεῖν. In istis γὰρ refertur ad suppressam sententiae partem, facile supplendam: οὐδ' ἂν σε βλάψαιμ'· οὐ γὰρ μοῖρά ἐστι σὲ πρὸς ἐμοῦ πεσεῖν. Facile, imperitis describentibus librariis, pronomina commutari potuerunt. τάδ' ἐκπρᾶξαι. gl. τάδε τιμωρῆσαι. Quid vero? *Scelus, cuius auctorem investigas, quodque te ipsum patrasse ignoras.* Obscure loquitur Tiresias, ita ut, quod is cogitet, non statim adsequi possit Oedipus: sed nobis, qui legimus, perspicua est sententia, modo ulcus lectionis sanetur. Iam olim vitium inolevit, quod ne subodorati quidem sunt veteres critici: recentiores autem interpretes prorsus caecutierunt. B. Cf. de istó τοῦ τρέφεσθαι significatu etiam Trach. 119., iubente M., quem vide ad Hippolyti locum. Similiter usurpantur Φέρειν et Φυλάσσειν. vid. Oed. Col. 1181, 1227. Sententiam, inquit M., recte sic declarat Schol.: propter coecitatem miserantur te omnes. (alioqui te punirem, te ad necem iuberem dari.) cf. 397. Quae sententia cur Gallo displiceat, non intelligo. certe nihili est, quod vult, Tiresiam laesurum esse neminem, quia coecutiat; neque apparet, cur Apollini interficiendus sit Oedipus. ex deo μάντι vitam et mortem suam suspensam arbitrari vatem, nec quenquam mortalium timendum, consentaneum est. cf. 405. 443. nihil muto.

375. τέχνη τέχνης, i. e. artifex alium artificem. Musgravio legendum videbatur τέχνη τέχνας, ars ceteris artibus praestans. quod et Brunckio placuisse censeo, vertenti: arsque ceteras superans artes. sed ne hic quidem novandum quicquam est, nam id dicit rex, et propter opes tyrannidemque sibi in-

videri, et propterea, quod sapientia alios sapientes antecelluerit. cf. 388. 89.

376. v. πολυζήλῳ, invidenda. quo recepto, ταυτολογίας crimen non effugiet sequens versus.

385. ἐπεὶ, *alioqui, si secus est.* gl. εἰ δὲ μὴ, ἄγε εἰπέ. B.

386. ῥαψῳδὸς κύων. Dirissima quaeque monstra *canes* appellant Graeci poëtae. Eurip. Herc. fur. 1277.

τὴν τ' ἀμφίκρανον καὶ παλιμβλαστῆ κύνα
ὕδραν ϕενεύσας.

Harpyias Apollonius II. 289. appellat μεγάλοιο Διὸς κύνας. Erinnyes in Electra 1337. μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων ἄϕυκτοι κύνες. B. Similiter et Aeschylus quoque Sphingis fragmento 2.

397. ἀγηλατήσειν. gl. ἐμὲ δηλονότι, ὃν λέγεις ϕονέα εἶναι. Plerisque in codd. ut in Aldina edit. tenui spiritu notatur. At melius asperatur. Eustathius ad Odyss. Δ. p. 1704. τὸ ἀγηλατεῖν παρὰ Σοϕοκλεῖ. ἐκεῖνο μέν τοι καὶ δασύνεται παρὰ τὸ ἄγος. Sequentibus haud leniora audit Tiresias a Pentheo apud Euripid. in Bacchis 254.

εἰ μή σε γῆρας πολιὸν ἐξεῦρέτο,
καθῆσ' ἂν ἐν Βάκχαισι δέσμιος μέσαις
τελετὰς πονηρὰς εἰσάγων. B.

403. τὸ γ'. Ἰ. ἀ. intell. κατά. hactenus tibi par sum, ut paria respondere queam.

406. Vide P. Victorii Var. Lect. VII. 22. B.

Non in tabulis publicis, tanquam Creontis cliens, recensebor. Lege cautum erat Athenis, ut μέτοικοι, i. e. inquilini omnes, civium aliquem patronum, προστάτην, sibi adoptarent, idque ut in tabulas publicas referretur. Vid. Suid. vv. ἀποστασίου et νέμειν προστάτην, Hesych. v. προστάτου. M. item lexicon h. v.

408. σὺ, καὶ δεδορκὼς, οὐ βλέπεις ἵν' εἶ κακοῦ. Vulgo σὺ καὶ δέδορκας οὐ βλέπεις. In uno cod. reperi σὺ καὶ δεδορκὼς οὐ βλέπεις. Unde lectionem concinnavi quam dedi, altera, ni fallor, meliorem. Sic in Ai. 85.

ἐγὼ σκοτώσω βλέϕαρα καὶ δεδορκότα. B.

410. v. εἶ; καὶ λελ. sed nullam vim habet καί.

413. δεινὸπους. gl. ϕοβερὰ τὴν ἐπιδημίαν. B.

415. Hesych. λιμὴν, ἀγορὰ, καὶ ἐνδιατριβή· Πάφιοι. Exemplis quae ibi attulerunt interpp. adde Antig. 981. Delenda tamen interrogationis nota post λιμὴν, ut βοῆς a σύμφωνος regatur. M.

420. ὅσ' ἐξισώσει. Sic recte Marklandus ad Suppl. 594. Vulgo ἃ σ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις. Intelligerem quidem ἃ σ' ἐξισώσει τοῖς σοῖς τέκνοις. Verum ἃ σ' ἐξισώσει σοι absurdum mihi videtur. ἐξισώσει hic neutrum est, ut παρισώσῃ apud Comicum in Vespis 565. B.

421. τοὐμὸν στόμα. gl. τοὺς ἐμοὺς λόγους. στόμα apud Tragicos saepissime *sermonem* significat. Sic infra 655. τὸ σὸν ἐκποκτείρω στόμα ἐλεεινόν. id est, τοὺς σοὺς λόγους ἐλέους ἀξίους. B.

428. ᾔδη. Sic E. a prima manu. Reliqui codd. et Aldus contra Atticorum morem, ᾖδειν. Vide doctos viros, quos laudavimus ad Comici Nub. 329. Attica haec forma saepe a librariis, saepius ab editoribus obliterata fuit. In Oed. Col. 920. ubi Aldus ad codd. fidem ediderat ᾔδη, Turnebus reposuit ᾖδειν. In Trach. 962. Aldus edidit ἐξῄδης, quod Turnebus etiam mutavit in ἐξῄδεις. Nos genuinam formam constanter retinemus. B.

429. ἐστειλάμην. gl. μετεστειλάμην. Simplex pro composito. στέλλειν et στέλλεσθαι hoc sensu frequentat Sophocles. Vide infra 841. Oed. Col. 278. Antig. 163. Phil. 60. 488. B.

431. ἔμφρονες. gl. Φρένιμοι. Sic codd. omnes veteres et Aldus. Triclinius inepte scripsit εὔφρονες, quod Turnebus praetulit, et ex eius editione in subsequentes permanavit. B.

433. Φύσει σε. gl. δείξει σε, ὅθεν ἐγεννήθης. B.

434. ἄγαν αἰνικτά. Sic Aldus et codd. omnes ante Triclinium; qui γε inseruit imperite. Ultima in ἄγαν longa est. Vide quae notavimus ad Comici Nubes 199 et 1120. B.

436. i. e. Exprobres mihi licet regnum, opes, gloriam, quibus revera magnus sum et admirabilis; invidiam enim non moror: sed cave ignorantiam hanc meam vituperes rerum, quas nescire mihi non est turpe.

437. τύχη. gl. αὕτη ἡ εὐδοκίμησις. B.

440. τά γ' ἐμποδὼν ὀχλεῖς. Minus bene Aldus et Turnebus cum plerisque codd. σύ γ' ἐμποδών. In E. superscripta nostra

lectio: γρ. τάγ'. et hoc unicum B. in textu exhibet. τὰ ἐμποδὼν, τὰ ἐν ποσὶ, τὰ προκείμενα, ut recte explicat Thomas M. excitato versu ex Eurip. Phoenissis. 718.

ἃ δ' ἐμποδὼν μάλιστα, ταῦθ' ἥκω Φράσων.

ὀχλεῖς. gl. ταράττεις. συθεῖς, πορευθείς. B.

443. πρόςωπον. gl. ἀξίωμα. — οὐ γάρ ἐσθ' ὅπου, ut Ai. 1033. ad quem locum vide scholia minora. Sic codd. omnes, nec ulla est ratio, cur mutetur ὅπου in ὅπως. B.

451. σκήπτρῳ προδεικνύς. Intellige τῇ βακτηρίᾳ προδεικνὺς ἑαυτῷ τὴν ὁδόν. Ineptissime haec verba interpretatur Scholiastes. — ἐμπορεύσεται. gl. ἀντὶ τοῦ πορεύσεται. Compositum hoc pro simplici frequentat Sophocles. Vide El. 390. Fr. Inc. LIV. Inde ἔμπορος *viator*, Oed. Col. 25. 283. et ξυνέμπορος Trach. 309. ἔμπορος occurrit etiam hoc sensu apud Eurip. Alcest. 1020. B.

452. ξυνών. gl. συνυπάρχων. ὧν ὁμοῦ ἀδελφὸς καὶ πατήρ. B.

455. ὁμόσπορος. gl. ὁμόγαμος. B.

460. ἀῤῥήτ' ἀῤῥήτων, *maxime infanda*: ut in El. 812. δειλαία δειλαίων *miserrima*: et alicubi ἔσχατ' ἐσχάτων κακά, *mala plusquam maxima*. B.

462. Quintus hic strophae versus, qui cum quinto antistrophae eiusdem moduli esse debet, ei, uti vulgo leguntur, neutiquam par est. Sic eos exhibet Aldina editio:

ὦρα νιν ἀελλοπόδων ἵππων.
Φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν ὕλαν.

In prioris versiculi proposita scriptura consentiunt codd. omnes: in altero solus T. diversi quid habet: Φοιτᾷ γὰρ ὑπαὶ ἀγρίαν ὕλαν. Voci ὑπαὶ superscripta Triclinii nota, διὰ τὸ μέτρον. Quod Turnebus dedit, ὑπὲρ ἀγρίαν, id unde habeat nescio. Sane deterius est. Vitii expertem versiculum praeposterа cura contaminavi, mendosumque intactum reliqui. Parum me movet Hesychii interpretum censura: certo certius est Sophoclem reliquisse:

ὦρα νιν ἀελλάδων ἵππων.
Φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν ὕλαν.

Et sic oratio longe fit nitidior. Quem enim non offendat ἀελλοπόδων πόδα? Si quis tamen me invito prioris versiculi lectio-

nem vulgatam retinere velit, is ut antistrophicum ex emendatione mea legat, omnino necesse erit. B.

Copulam addendam esse, vidit etiam M., qui legendum putabat ὑπέρ τ' ἀγ. ὕλαν. Recte igitur B. ὑπαί τ': nam strophicum quidem versum infeliciter tentavit vir doctus, cum et auctoritate destituatur ἀελλάδων, et rei descriptae, summae velocitati, optime conveniat metrum anapaesticum.

465. πυρὶ κ. στ. armis patris assumtis. i. e. ἐμπύροις στερο-παῖς forma τοῦ ἓν διὰ δυοῖν.

467. ἀπλάκητοι. codd. vett. omnes, ut Aldus, ἀναμπλάκητοι. Triclin. et Schol. ἀναπλάκητοι. Ad metri rationem legendum omnino ἀπλάκητοι, quae vox exstat Trach. 119. B. vid. ad 477. Suidas quoque ἀναμπλάκητοι. cf. locum Trachiniarum.

468. Ἔλαμψε. Audaciam huius figurae mitigare videtur Graecorum consuetudo. sic enim λαμπρὰ φωνὴ iis clara vox est, Poll. 2, 116. Plut. de virtute mulier. ὡς δὲ εἶδε πεπωκότα, λαμπρὸν ἀνωλόλυξε. vol. 2. p. 258. B. M.

477. v. περιποτᾶται, ad cuius normam refingens strophicum versum, ἀπλάκητοι reponebat B. Facilior medela nostra, qua dignius clausulaeque aptius metri genus restituitur.

ζῶντα. Sic Antig. 450. ἀεί ποτε Ζῇ ταῦτα. cf. Trach. 1132. Philoct. 21. Eurip. Suppl. 223. Bacch. 8. Aeschyl. Ag. 828. Suppl. 995. M. vid. inprimis ad 44.

480. ὀπίσω, tempore praeterito, ut in illo Homeri: ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. M.

484. Aldus et codd. omnes veteres, ἅμαθον πρὸς ὅτου δὴ βασάνῳ, omissa voce, quae ad versus integritatem requiritur. Eam in veteribus scholiis deprehendere mihi visus sum. Versus

χρησάμενος δὴ βασάνῳ

examussim antistrophico congruit,

τῷ πτερόεσσ' ἦλθε κόρα.

Eurip. Ion. 361.

ποίῳ τὸδ' ἔγνω χρωμένη τεκμηρίῳ;

Verbum rei aptissimum est, quod e textu in commentarium migrasse opinor. In fine praec. v. male Aldus cum plerisque codd. ἔγωγε. Recte scriptum elisa ultima vocali ἔγωγ' in C. B.

493. μεμφομένων ἂν καταφαίην. id est οὐκ ἂν καταφαίην τῶν μεμφομένων τὸν μάτιν. *Non contradicerem illis, qui vatem incusarint, flocci fecerint.* Hesych. καταφάναι, κατειπεῖν. B.

495. i. e. ἐπῆλθε. nihil mutandum.

503. Aldus et codd. plerique πρός τ' ἐμοῦ, quod glossatoribus et Triclinio valet πρός τι ἐμοῦ. id est, εἰ νομίζει πεπονθέναι τι πρὸς ἐμοῦ. Sed praeterquam quod indefinitum τι non sic collocari solet, numquam, nisi me memoria fallit, eliditur. In T. scriptum a prima manu πρός γ' ἐμοῦ, ut Turnebus edidit, quod verum est. Locutionem φέρειν εἴς τι illustrat Marklandus ad Suppl. 295. Gl. φέρει. ἀφορᾷ, ἔρχεται. B.

507. ζημία, λοιδορία. vid. ad 358.

520. τοσόνδ' ἔχεις τόλμης πρόςωπον. ἦγουν ὧδε θρασὺς καὶ ἀναιδὴς εἶ. B. τόλμης πρόςωπον, i. e. τόλμαν. Simile est φήμης ὄμμα Trach. 200. vid. et ad Oed. Col. 770.

521. τοῦδε τἀνδρός. id est ἐμοῦ. Saepe ἀνὴρ ἔδε nihil aliud valet quam *ego* δεικτικῶς, ut apud Latinos Comicos *hic homo*. Sic in Trach. 296. Deianira se ipsam indicat his verbis, τῆςδέ γε ζώσης ἔτι, *me adhuc vivente*. B. Sic et τόδε ac τάδε. vide nos ad Aeschyli Pers. 1.

Ceterum φονεὺς figurate dicitur, qui opibus exuere aliquem studet. vid. 375. et M. supra ad 44. Similiter vox adhibetur Oed. Col. 1326.

525. ἢ ὡς οὐ γνωρίσαιμι. Ista non amplius ad verbum ἰδὼν referri possunt, sed aliud ex analogia adsumendum est, ὑπολαμβὼν, ἐλπίζων. B.

526. κοὐκ ἀλεξοίμην μαθών. ἦγουν καὶ, εἰ μάθοιμι, οὐ δυνηθείην ἀποσοβῆσαι, ἀμύνεσθαι. B.

530. οἶσθ' ὡς ποίησον. Perperam Aldus et codd. ποιήσων. Iamdudum ποίησον scribendum monuit Canterus Nov. Lect. VIII. 5. ubi aliam emendationem superioris versus 520. proponit, merito explosam. Atticis Poëtis familiaris haec formula. Vide Eurip. Hec. 225. Helen. 323. 1253. Heracl. 452. Ion. 1039. et notam nostram ad Comici Aves 54. B. cf. inprimis Muret. V. L. 3, 12. quem locum laudat etiam M. ad Hec. 225.

542. ὡς χρείη. Aldus ὡς χρεία. Cod. August. ὡς χρή. Reliqui omnes ὡς χρεῖ ἦ, quae omnes scripturae perinde men-

dosae sunt. Vide Dawesii Miscell. Crit. p. 332. et quae notavimus ad Comici Lysistr. 113. B. Est igitur aoristus optativi. sic et infra 810.

543. σεμνόμαντιν, i. e. σεμνὰ μαντευσάμενον, quomodo κακόμαντις et similia dicuntur. εἰρωνεία haec est. cf. 932.

544. ἔϑ' ὠὐτός εἰμι. Codd. et Aldus ἔτ' αὐτός. gl. ὁ αὐτός. Bene quidem ad sensum: sed αὐτὸς absque articulo non valet *idem*, quod falso contendit Abreschius Diluc. Thucyd. p. 737. ὁ αὐτὸς Attice scribitur ὠὐτός, ut ὁ ἀνὴρ ὠὐνήρ. et sic emendate codd. et Aldus exhibent in Phil. 511.

τότ' οὐκ ἔϑ' ὠὐτὸς τοῖς λόγοις τούτοις φανῇς.

Vide Valckenarium ad Phoeniss. p. 340. B.

548. μακροὶ παλαιοί τ'. gl. ἐπὶ πολὺ διήκοντες καὶ πάλαι ἀρξάμενοι. B.

553. ἔρευναν ἔσχετε. gl. ζήτησιν ἐποιήσατε. B.

557. τὸ σὸν δέ γ'. Sic recte in membr. ut Turnebus edidit. At Aldus et quidam codd. τοσόνδε γ', cum glossa τοσοῦτον. B.

561. εἰ μὲν λέγει ταὐτ' ὁ μάντις, αὐτὸς σὺ οἶδας. Seq. v. ταὔϑ', id est κατὰ τὰ αὐτά. Vulgo male rursus exhibetur ταῦϑ', ut supra 279. B.

570. Versus hic recte expositus est in scholiis, quae sub Triclinii nomine feruntur: ineptissime eum verterat Iohnsonus. Eurip. Med. 871.

ἐγὼ δ' ἐμαυτῇ διὰ λόγων ἀφικόμην. B.

574. Haud dissimili argumento Hippolytus apud Euripidem patri crimen purgat, cuius a noverca falso insimulatus fuerat:

ἀλλ' ὡς τυραννεῖν ἡδὺ τοῖσι σώφροσιν.
ἥκιστά γ', εἰ μὴ τὰς φρένας διέφθορε
ϑνητῶν, ὅσοισιν ἀνδάνει, μοναρχία.
ἐγὼ δ' ἀγῶνας μὲν κρατεῖν Ελληνικοὺς
πρῶτος ϑέλοιμ' ἂν· ἐν πόλει δὲ δεύτερος
ξὺν τοῖς ἀρίστοις εὐτυχεῖν ἀεὶ φίλοις.
πράσσειν γὰρ εὖ πάρεστι. κίνδυνος δ' ἀπὼν
κρείσσω δίδωσι τῆς τυραννίδος χάριν. B.

575. τύραννα δρᾶν. gl. βασιλικὰ ποιεῖν, καὶ μὴ βασιλεὺς εἶ-

ναι, ὥςπερ αὐτὸς ἔχω νῦν. Primitivum pro possessivo, ut alicubi dixit noster, σὺ γὰρ γέροντα βουλεύεις. Haec etiam nimis absurde vertit Iohnsonus. Vide P. Victorii Var. Lect. VI. 4. B.

585. τὸ γὰρ τυχεῖν ἅπαντα, ἐστὶν αὐτοῖς ἐνταῦθα, ἥγευν ἐν ἐμοί. *omnia quae cupiunt ut consequantur, in me positum esse intelligunt.* τυγχάνω cum quarto casu construitur. Vide quae notavimus ad Eurip. Med. 759. Exempla passim obvia. B. v. αὐτοῖς ἅπαγτ', numeris durissimis.

586. κεῖνα. regnum; vid. 521. 522. vitat odiosum verbum.

588. ἐραστὴς τῇδε τῆς γνώμης. Sic libri omnes. Eruditos Britannos nuper incessit libido litem huic lectioni obmovere, postquam iis in mentem venit, a Creontis sententia et scopo alienum esse dicere, se huius consilii ἐραστὴν non esse, quum negare debuisset se illius esse πλάστην vel ῥάπτην. Verum quod ad sensum, perinde est. Nam qui dicit se nullo alicuius rei amore teneri, is certe significat, se nihil inceptare, quo rem illam consequatur. Tum phrasis elegantior est, inque primis Sophoclea. Frequentat enim noster verbum ἐρᾶν, nomen ἔρως, pro *cupere, optare, cuiusvis rei cupiditate.* Vide Oed. Col. 415. 490. Ai. 931. Phil. 641. 650. Temerariae sunt istae coniecturae. Voces τῇδε τῆς γνώμης, quas glossa exponit τούτου τοῦ λογισμοῦ, non spectant crimen Creonti obiectum communicati cum Tiresia consilii conferendae in Oedipum noxae caedis Laïi; sed regnandi ambitionem. Infra v. 649. ubi Chorus ait, Φρένησιν εἰ ταὐτὸ ἔχω, eodem sensu dicere posset, ταύτης τῆς γνώμης εἰ ἐραστὴς ἐφυν. Hic autem Creon dicere poterat, ἀλλ' οὔτε τήνδε τὴν Φρένησιν ἔχω. Eodem redeunt diversae illae loquutiones. B.

Comparat M. ἐραστὴν φρένου Philostrati, Heroic. in Ulysse p. 717.

Γνώμη valet διάθεσις, dispositio animi, ut interpretatur quoque Hesychius. Nunquam amavi hanc mentis dispositionem, i. e. eam quae titulis et fastu capitur. M. Rectius haec vertisse Brunckium, sequens versus ostendit.

589. τλαίην ποτέ. elliptice: supplendum enim, ἐραστὴς τῇδε τῆς γνώμης γίγνεσθαι.

590. v. ἐλεγχον, quem accusativum pendentem accipiebat

M., comparans ὑπόνοιαν Eurip. Phoen. 1168. ministerium Virg. Aen. 6, 224. Sed horum diversa ratio.

592. Impressi: ταῦτ'. ἀλλ' ἐάν με — In hac scriptura ταῦτ' ad τὰ χρησθέντα refertur. In membr. scriptum τοῦτ' ἀλλ' ἐάν με — gl. συνδεσμὸς ἀντὶ συνδεσμοῦ. In C. τοῦτ' ἄλλ' — cum eadem glossa. In D. ταῦτ' ἀλλ' — gl. ταῦτα δέ. συνδεσμὸς ἀντὶ συνδεσμοῦ. Ex his quod verum est me selegisse opinor. Ad τοῦτο μέν, quod praecessit, refertur τοῦτο ἄλλο. B.

Mirari licet, facillimam loci emendationem adhuc latuisse viros doctos.

πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα. Sensus horum verborum dilucidatus est in minoribus scholiis. στόμα hìc, ut centies alibi, *sermonem* significat. πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα, idem est ac κατὰ πάντα ἐλευθεροστομεῖ. Aeschyl. Prom. 180. ἄγαν δ' ἐλευθεροστομεῖς. B. Haec pertinent ad 687.

595. χωρίς. gl. μακρὰν ὄντα αἰτίας. Alia, μάτην. B.

596. μάτην. gl. ἀνεξετάστως. B.

603. v. Καλῶς ἔλεξεν εὐλαβουμένῳ πεσεῖν, Ἄ., quae sic vertebat B.: Recte haec dicta esse fateberis, o rex, si caves, ne labaris. M. K. ἔλεξεν' εὐλαβοῦ μένει π. μένει, ira, ut Hom. Il. 1, 103, 207. Eurip. Hipp. 996.

606. ταχύν. de forma vid. ad Oed. Col. 184.

610. v. Ἥκιστα. θ., οὐ φ., σε β. quae pugnant cum versu 628. Turbavit iotacismus. cf. simillima Ant. 204.

611. οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν. Optime hoc exponit glossa in B. εἷς ἐστιν ὁ ἐμὸς πρὸς σὲ φθόνος. *quum primum ostenderis, quae mea sit erga te invidia.* Sic vertere debebam. B.

Recte frigida haec videbantur Musgravio. Nempe audiendus erat Aldus, qui signum (·) habet post προδ., proxime quidem a vero. Ὅταν προδείξῃς, quandocunque praemonstraveris, denuntiaveris, iusseris. οἷον dicitur θαυμαστικῶς.

613. τὸ γοῦν ἐμόν. Glossa supplet, συμφέρον εὖ φρονῶ. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐμὸν συμφέρον ἐξίσου δεῖ φρονεῖν σε.

615. ξυνιεῖς. In quatuor codd. ut in Aldina edit. ξυνίεις, tono perperam notato. ἰεῖς secunda est praesentis: ἴεις imperfecti. Antiqua forma est ἴέω, ut τιθέω, a librariis saepe obliterata. In D. T. scriptum ξυνίης forma vulgari, ut Turnebus edidit. Legitur apud Homerum Il. K. 121.

πολλάκι γὰρ μαθιεῖ τε καὶ οὐκ ἐθέλει τονέεσθαι.

Z. 523.

ἀλλὰ ἑκὼν μαθιεῖς τε καὶ οὐκ ἐθέλεις —

Librarii cuiusdam levitas intrusit μαθίης in Odys. Δ. 572. ubi ad superiorum normam scribendum:

ἠὲ ἑκὼν μαθιεῖς, καὶ τέρπεαι ἄλγεα πάσχων.

Iliad. E. 880.

ἀλλ' ἀνιεῖς, ἐπεὶ αὐτὸς ἐγείναο παῖδ' ἀίδηλον.

In omnibus istis locis tonus item perperam notatus. Accurata scriptura est in Hesychii glossa: συνιεῖ, νοεῖ. At duo tempora confundit in glossa, μαθίει, ἀμελεῖ, ἀφῆκεν. a ξυνιέω praesens est imperativi ξυνίει Homero frequentatum. Formam adgnoscit auctor Etymol. M. p. 612. l. 7. συνιῶ οὖν. καὶ ὁ παρατατικὸς, συνίουν. ὁ δὲ δεύτερος ἀόριστος, σύνιον καὶ ξύνιον. Pertinet observatio ad Homeri versum Il. A. 275.

καὶ μέν μευ βουλέων ξύνιον, πείθοντό τε μύθῳ.

El. 571. ἣ πᾶσαν ἴεις γλῶσσαν. Ibi tres codd. et Aldus ἴεις: reliqui ἵης. 1297. οὐχὶ ξυνιεῖς. Quatuor codd. et Aldus ξυνίεις. Eadem varietas aliis in locis deprehenditur: nos ubicumque rectam scribendi normam sequimur. Ridicule Eustathius cum alibi, tum p. 1500. l. 52. ἴεις, μαθίεις, τίθεις de tempore praesenti dici ait κατὰ ἐναλλαγὴν χρόνου. B.

616. Creontis sermonem abrumpit Oedipus: sententiam ille absoluturus erat, ὑπεικτέον, vel simile quid. B. M. malebat ἄρχοντας.

617. In tribus codd. μέτεστι τῆςδ'· οὐχὶ σοὶ — In T. emendate

κἀμοὶ πόλεως μέτεστιν, οὐχὶ σοὶ μόνῳ.

Hanc lectionem in margine edit. Turnebi iam notatam Aldinae praeferri debuisse adgnosco. Longe melius meo iudicio πόλεως absolute, quam πόλεως τῆςδε. B.

618. ὑμῖν. Sic Aldus et codd. veteres. Turnebus e Triclinio ἡμῖν.

624. sl. gl. πορεύσῃ. Aldinam lectionem huius versus, quam exhibuimus, confirmant codd. optimi et vetustissimi. B.

627. δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν. Utrum e duobus malis rex elegerit, non dicit Creon; sed boni ominis, ut videtur, gratia,

obscure significat, quod supra Oedipus aperte dixit: θνήσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι. Absolutus est sermo, nec quidquam extrinsecus supplendum. Ceterum observanda rara synaloephe in δυοῖν, quod hic monosyllabum est. B.

Non rara haec synaloephe, sed prorsus inaudita, est. Verisimilius, ni fallor, nos.

630. τοὐμὸν σῶμα, i. e. με. Eurip. Alc. 647.

οὐκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατήρ.

i. e. ἐμὸς πατήρ. Ad quem locum alia citantur ex Heracl. exempla. B. vid. ad Oed. Col. 770.

640. ἐν ὅρκῳ μέγαν. Magna erat apud veteres iurisiurandi religio, quique ea se obstrinxisset, nefas erat illi fidem negare. Apud Euripidem Hippolyto, qui Deos innocentiae suae testes advocaverat, Chorus ait v. 1047.

ἀρκοῦσαν εἶπας αἰτίας ἀποστροφὴν,
ὅρκους παρασχὼν, πίστιν οὐ σμικρὰν, θεῶν.

643. τὸν ἐναγῆ. gl. ἐνταῦθα τὸν καθαρὸν φησιν. Alia, ἐναγὴς, ὁ θαυμαστός. — σὺν ἀφανεῖ λόγῳ. gl. σὺν ἀνεξετάστῳ ὑπολήψει. Importune insertam a Triclinio particulam γε nullus adgnoscit veterum codd. βαλεῖν. Aldus et veteres codd. ἐκβαλεῖν, quod compositum retinent etiam in expositione huius loci vulgata scholia. At Suidas, qui ea descripsit in ἐναγὴς, simplex habet βαλεῖν, quod metri ratio verum esse arguit. Legisse videtur antiquus interpres λόγῳν ἄτιμον βαλεῖν, quod minime procedit. Constructio est, ἐμβαλεῖν αἰτίᾳ σὺν ἀφανεῖ λόγῳ ἄτιμον. B.

Recte M. ἀναγῆ, purum, labis expertem. Hesych. ἀναγὴς, καθαρός. Idem reposuit λόγων, quod haud dubie invenit Schol., cuius formae aliud exemplum profert, ἐν κακῷ χειμῶνος, Ai. 1108. quicum cf. Eurip. Orest. 192. 1162. Hecub. 986. Herodot. 5. 7. τὸ ἄξικτον ἀγενές. et passim adiectiva ac participia pro substantivis adhibentur. Idem plane est δόκησις ἀγνὼς λόγων 665.

Ad ἐν αἰτίᾳ sic M.: Connecto cum βαλεῖν, ut ἐν α. β. sit culpae vel criminis arguere. sic Trach. 919. ματαίως αἰτίᾳ βάλοι κακῇ. Plato pag. 1287, F. μηδέποτε βαλεῖν ἐν αἰτίᾳ τὸν δεικνύντα. Philo Iud. vol. 1. p. 545. οὐ πᾶσαν κάκωσιν ἐν αἰτίᾳ τίθεμαι.

644. ξὺν, propter, ut Oed. Col. 262.

647. οὐ τὸν — pro οὐ μὰ τὸν — Saepissime μὰ sic supprimitur, ut infra 1067. Antig. 749. El. 1023. Eurip. Ion. 888.

ἀλλ' οὐ, τὸ Διὸς πολύαστρον ἔδος,
οὐκ ἔτι κρύψω λέχος.

Vox θεὸν in Aldina et veteribus aliquot codd. perperam omissa est. Adgnoscunt eam alii praeter T. B. Virgilio Aen. 11, 785. Apollo audit Summe deûm, et Pater omnipotens. Cf. Senec. Thyest. 789. et Spanhem. ad Aristoph. Nub. 573. Dacier ad h. l.: Il appelle le Soleil le plus grand des dieux: parce qu' on le regardoit comme le Maître du monde sensible, et comme aydant le premier des Dieux à le gouverner. Aussi disoit-on de lui que sa puissance étoit égale à celle de son pere, et Callimaque a dit en propres termes, qu'il peut tout, parce qu'il est assis à la droite de Jupiter.

652. κακὰ προσάψει. Sic Aldus et codd. omnes veteres. Glossae: συναφθήσεται. συνελεύσεται. Inepte Triclinius προσψαύσει. Digestus est autem hic versus in Membr. ut eum exhibui: trimeter est iambicus catal. Nihil hic vidit metrorum scrutator Heathius. B.

658. περάσῃς. gl. διαπεράσῃς, εἰς πέρας ἔλθῃς. B.

Male glossator. περᾶν per metaphoram dicitur is, qui modum excedit, περᾶν θυμοῦ igitur, qui moderationem animi abiicit. Delendum quoque erat signum (·) post εἶ, nam haec uno orationis ambitu comprehenduntur. Male item vetus Schol. et qui eum sequitur B., ita haec vertens: Gravate quidem et ingratiis tuis te cedere manifestum est: at quum ira deferbuerit, tu te ipsum oderis.

664. Glossa: κομίσω, γνοῦσα τίς ἐστιν ἡ κατέχουσα αὐτοὺς τύχη, ἤγουν ἡ μάχη. B.

668. Aldus, καὶ τίς ἦν ὁ λόγος, pessum dato metro. In D. καὶ τίς ὁ λόγος, omisso ἦν, quod in fine versus poni debebat. B. Elegantior vulgata.

670. φαίνετ'. Sic in D. ad metri rationem recte. Aldus φαίνεται. B. quin illa lectione metrum subvertitur. vidit G. Hermann de metris 242.

672. παρεισίς. gl. ἐκλύων. καταμβλύνων, ἄθυμον ποιῶν. B.

674. Gl. ἴσθι δὲ δεδεῖχθαί με παράφρονα, ἀτυχῆ ἐπὶ τὰ συνε-

τὰ, ἐάν σε παραλογίζωμαι, ὅστε τὴν ἐμὴν Φίλην γῆν ἐν πόνοις ἀμηχανοῦσαν εὐώδωσας. B.

677. Οὔρισας. Sic metro et sententia flagitante legendum, ut tribus in locis Eustathius ostendit a poëta scriptum fuisse. Ad Il. H. p. 661. ἐκ δὲ τοῦ ῥηθέντος οὔρου, καὶ ῥῆμα οὐρίζειν, τὸ ἐξ οὐρίων πλέειν, δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ, κατ' ἀρδὸν οὔρισας. Et sic rursus p. 1282. Ad Odys. autem p. 1452. οὐρίσαι, τὸ ἀποκαταστῆσαι εἰς οὔριον, ὥς φασιν οἱ παλαιοί. καὶ κατουρίζειν, ῥῆμα τραγικῶς. Iam olim mendam correxerat H. Stephanus Thesauri T. II. col. 1497 οὐρέω significat *mingere*. Ab οὖρος, *secundum ventum* significante, nec οὐρέω derivatur, nec προσουρέω, nec quodvis aliud compositum. Vide quae notavimus ad Comici Ran. 94. B.

Emendationem firmant 1297. Trach. 816. Eurip. Androm. 611. Ad eandem figuram pertinet εὔπομπος. M.

678. ταυξῦν τε πομπὸς, εἰ δύναιο, γίγνου. Sic omnino scribendus hic versus, ut cum Strophico 652. quadret. In Aldina, ταυῦν τ' εὔπομπος, εἰ δύναιο, γενοῦ. Codd. quidam τἀνῦν δ' — In solo T. γἶνοὺ. B.

680. στήσας ἔχεις. gl. ἔστησας. Ut paullo infra βεβουλευκὼς ἔχει pro ἐπιβεβούλευκε. Vide Fr. inc. LXXXV. et Valckenarium ad Phoeniss. p. 268. ἱστάναι μῆνιν nihil aliud est quam μηνίειν, quemadmodum Tragici dicunt ἱστάναι βοὴν pro βοᾶν. Nugatur Graeculus in minoribus scholiis. B.

681. mire vertit B.: tibi enim a me maior quam ab istis habetur reverentia: ob Creontem, etc. nec melius V.: nam te prae his magis, mulier, colo. quae sic παραφράζει in annotatt.: nam ita te revereor, ut maiora tibi tribuam quam quae petis. in τῶνδ' intell. ἕνεκα.

682. Κρέοντος. gl. ἕνεκα, quod hic subauditur, ut supra in ὅτου πράγματος. B. Rectius περὶ intelligas.

683. v. σαφ. τὸ νεῖκος ἐγκ., mendose. Ruhnkenio placebat ἔγχαλῶν, iram laxans, mitigans. vid. M.

687. v. πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα. B.: quippe quem sciat nunquam sibi temperare, quo minus, quidquid in mentem venerit, impudenter effutiat. Rectius V.: nam quidquid ad illum ipsum pertinet, linguam suam liberat. M.: πᾶν ἐλ. στ., omnium ora in me laxat. qui confert Aeschyli illa Pers. 593.: λέλυται γὰρ Λαὸς ἐλεύ-

θερα βάζειν. Τὸ γ' εἰς ἑαυτὸν, in suum ipsius commodum, lucri causa. vid. supra 383. et 549 — 556. haec non expressit in versione nimis verbosa B. Ἐλευθεροςομεῖν dicitur in malam partem, ut ἐξελευθεροστομεῖν Ai. 1217. S. de vatibus passim Tragici, velut Eurip. Iphig. Aul. 520. Huc autem pertinet Brunckii annotatio ad 592.

697. ἐν τριπλαῖς. Codd. aliquot ἐν διπλαῖς, quo refertur explicatio in minoribus scholiis. Eadem varietas infra v. 711. B. τριπλαῖς confirmatur versibus 1368. 1369.

698. παιδὸς δὲ βλαστάς. *quod autem ad puerum adtinet.* ἐνζεύξας νιν ἅρθρα ποδῶν αὐτοῦ. Sic solent Graeci poëtae accusativum pronominis vice genitivi iungere accusativo rei. Vide quae notavimus ad Comici Pacem 1099. quod schema Latinis poëtis haud inusitatum. Aen. X. 697.

Sed Latagum saxo atque ingenti fragmine montis
Occupat os faciemque adversam. B.

700. v. εἰς ἀβ. ὄρ. nostrum suavius esse, vidit M.

703. πρὸς παιδὸς παθεῖν. In Aldina θανεῖν, cui voci in membr. superscripta praelata nobis lectio. Ex v. 694. repetita videtur vulgata. B.

706. χρείαν ἐρευνᾷ. Gl. in B. χρείαν ἐρεύνης παρίστησι. Locus difficilis expeditu, quem alii depravatum, alii integrum iudicant. In prolatis explicationibus acquiescendum mihi videtur; nisi quis malit ἣν pro ὧν legere: ἣν γὰρ ἂν θεὸς χρείαν ἐρευνᾷ, *quam enim rem Deus quaerit*, id est, *indagari vult, eam ipse facile manifestam reddet.* χρεία, *res, negotium*, πρᾶξις. Hoc sensu occurrit infra 1405. Ai. 719. et aliis in locis. B.

χρείαν M. recte interpretatur facinus, πρᾶξιν: quam vocis notionem exemplis abunde firmavit Anglus eruditus ad Eurip. Supp. 20. Eidem quoque ἣν legendum videbatur.

709. ὑποστραφείς. gl. τῆς προτέρας ἑνστάσεως. id est: ὑπὸ ποίας Φροντίδος στραφεὶς ἀπὸ τῆς προτέρας ἑνστάσεως τοῦτο λέγεις; B. Poëtis passiva verba et participia genitivum non raro adsciscunt. M.

712. οὐδέ πω λήξαντ' ἔχει. gl. οὔπω δὲ ἐλήξαν. B.

715. Describitur locus, ubi viae Delphos a Thebis ducenti alia ad Dauliam ducens via se adiungebat. De Daulia Strabo p. 423. B. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ μετὰ Δελφοὺς ὡς πρὸς τὴν ἕω Δαυλὶς (quae et Δαύλιον) πολίχνιον. Locum, ubi patrem Oedipus inter-

fecit, Σχιστὴν ὁδὸν proprio nomine vocatum esse, testatur Pausan. p. 808. M. Similiter locum descripserat Aeschylus in Oedipo.

720. ἐνθύμιον, terriculamentum. vid. M. ad Eurip. Herc. fur. 722.

721. Φύσιν. gl. τὸν τοῦ σώματος ὄγκον. In fine seq. versus libri omnes habent ἔχων, ubi, si glossarum auctores audimus, subaudiendum ἦν vel ἐτύγχανε, quod prorsus est absonum. Φράζε τίνα Φύσιν εἶχεν ὁ Λάϊος, τίνα δ' ἀκμὴν ἥβης ἔχων ἐτύγχανε. Verbum εἶχε duobus substantivis sufficit; sed requiritur adverbium, quo quaestio ad definitum tempus restringatur. *Qua erat aetate TUNC, quando civitati renuntiatum fuit, eum in trivio occisum fuisse?* B.

722. ἥβης, aetatis virilis. vid. Schneideri lex. h. v. et conf. 786. 788.

728. βλέπων. gl. ἀληθής. ἀληθεύων, παρ' ὅσον ὁ τὴν ἀλήθειαν λέγων, βλέπει· ὁ δὲ τὰ ψεύδη, τυφλώττων ἐστί. B.

732. λοχίτας. gl. ὑπασπιστάς. B.

744. ἄξιος γὰρ ὅδε γ' ἀνήρ. Sic A. B. E. T. August. In C. D. ὅδ' ἀνήρ. Perperam Aldus ὧδ' ἀνήρ. Peius adhuc Turnebus ᾧδ' ἀνὴρ, quod inepte nuper quidam nugator tueri adgressus est. B. Notatur, ut passim, V. Ceterum γὰρ ex interpretatione τοῦ γὲ invectum, quod vel numerorum scabrities ostendit.

746. Valck. ad Eurip. Hippol. 208: Marklandus, inquit, in Eurip. Suppl. 796. πῶς ἂν ὀλοίμην optime reddidit: Utinam peream. Utinam, εἴθε, εἰ γὰρ, ὡς, praesertim in Euripideis, dicitur πῶς ἄν. Alc. 864. Med. 97. Iphig. in Taur. 627. Hippol. 345: Πῶς ἂν σύ μοι λέξειας, utinam tu mihi diceres. Orest. 1057. Saepius ὡς, fortasse non nisi semel in Sophocleis πῶς ἄν hoc sensu reperitur Phil. 773. Nusquam ista ceperunt interpretes, in minutis saepe vocalis lapsi.

Ita vir praestantissimus. qua vi etiam h. l. adhiberi πῶς ἄν, Iocastae responsio ostendit: πάρεστιν. neque aliter haec et similia acceperim: Τίς ἂν θεῶν σοι δοίη, Oedip. Col. 1068, i. e. utinam deus aliquis tibi tribuat etc.

747. πάρεστιν. gl. δυνατόν ἐστι τοῦτο. Vide Lexicon. ἐφίεσαι. gl. ἐντέλλῃ. B.

M.: Praesens pro futuro, ut Antig. 872, ἁλίσκεται Pind.

Olymp. 8, 2. Neque in haec exempla quadrat quod de nonnullis (secundum Thomam Magist.) probabiliter docet R. Dawes. Misc. crit. p. 74. (quem et B. laudat ad Aristoph. Ran. 298.): revera futura esse Attica, quae putabantur praesentia esse pro futuris posita. (Herodianus in fragm., cum Phrynicho edit. p. 206: μαχοῦμαι καὶ ὁμοῦμαι ἐνεγκόντες, λαμβάνονται δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος, probante Küstero ad Aristophan. Plut. 65.)

Ceterum πάρεσιν praesentis significatione recte accipitur h. l., et de versu Antig. 872. incerta res est. quanquam dubitari nequit, praesentia saepe et praeteritorum et futurorum induere naturam in Graecis scriptoribus, praesertim poëtis. vid. V. ad Aiac. 504.

749. εἰσιδεῖν. gl. ἰδεῖν. ut εἰσφρᾶν centies pro ὀρᾶν. Nempe composita saepissime adhibentur pro simplicibus, praepositione nihil ad significandi vim conferente: et haec maxime fuit caussa, cur tam saepe librarii praepositiones verborum compositorum omitterent, quas sensui inutiles esse iudicabant. Vide indicem nostrum in Comicum v. *Praepositiones*. B.

751. δυσφόρως ἔχοντ'. gl. βαρέως διακείμενα. Paullo infra δυσφόρως ἤγον. βαρέως, χαλεπῶς. B.

752. Me in tantam expectationem arrecto. ἐς ἐλπίδα βαίνειν, ut εὐφροσύνης ἐπιβῆτον Hom. Od. ψ'. 52., εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες Oed. Col. 176, δέξης ἐπιβάντες Philoct. 1425, τερπωλῆς ἐπέβημεν Apoll. Rhod. 4, 1166. βῆναι ἐπ' ἐλπίδος Philostr. vit. Apoll. 7, 26. extrem. M.

754. διὰ τύχης τοιᾶσδ' ἰών. *quum hanc fortunam expertus sim*: seu potius, *quum in tali discrimine verser*. διὰ τύχης εἶναι idem est, quod ἐν τύχῃ εἶναι. Sic frequentant tragici δι' ὀδύνης βαίνειν, *in dolore esse, dolore adfici*: διὰ φόνου χωρεῖν, *necem intentare, dare*: διὰ πόθου, διὰ φόβου ἐλθεῖν, *desiderare, formidare*. Aliaque huius generis multa. B.

761. καλεῖ. Praesens pro praeterito. vid. ad Trach. 70.

762. βαρυνθείς. gl. χολωθείς. Rusticus apud Comicum in Nubibus 1363.

κἀγὼ μόλις μὲν, ἀλλ' ὅμως ἠνεσχέμην τὸ πρῶτον·
ἔπειτα δ' — B.

767. ὑφ. animum subierat. Liban. vol. 1. p. 784. A. πολὺς τοιοῦτος ὑφεῖρπε λόγος. M.

769. ἱκέμην, precabar. cf. Oed. Col. 279. et 1066. Ἄτιμον ὧν ἱκ., ut ἀτίμους γερῶν Thuc. 3, 58. M.

772. χρείᾳ. Aldus χρεῖ' ᾖ, et sic pars codd. Alii χρεί' ᾖ. Mendose, ut supra 542. Mirum est nullum exstare hodie veterem librum huius mendae expertem. Prava scriptura vel Eustathio fraudi fuit, qui ad Odys. Λ. p. 1702. α longum quandoque elidi ostendere volens, in exemplum adfert τὸ ἐὰν χρεῖ' ᾖ, ἤγουν εἰ χρεία ὑπάρχει. Aliquanto melius cum scholiasta nostro ad Oed. Col. 247. χρεῖα pro neutro plurali accepisset, quod tamen perinde falsum est. B.

773. δηλώσοιμ'. Aldus et codd. plerique δηλώσαιμ', quod etiam pro varia lectione superscriptum in duobus, qui δηλώσοιμ' exhibent; estque hoc unice verum. De usu et notione futuri optativi vide Dawesii Miscell. crit. pag. 103. Sic Eurip. Hippol. 1186.

ἦλθε γάρ τις ἄγγελος λέγων,
ὡς οὐκ ἔτ' ἐν γῇ τῇδ' ἀναστρέψοι πόδα
Ἱππόλυτος.

Et Androm. 78.

οὐδ' ἀμφὶ Πηλέως ἦλθεν, ὡς ᾖξοι, φάτις; B.

776. Suidas in Ἀστρονομία — Ἀστροις τεκμαίρεσθαι. ἐπὶ τῶν μακρὰν καὶ ἔρημον ὁδὸν πορευομένων, καὶ ἄστροις σημειουμένων τὰς θέσεις τῶν πατρίδων. B.

Proverbium de iis, qui regionem aliquam praesentem oculis non contemplantur, sed situm eius ex astrorum inspectione colligere satis habent. vid. inprimis Toup. ad Suid. v. χρῆν. Quoad sensum, similia sunt Philoct. 447. cf. Valer. Flacc. 7, 478. M.

778. χρησμῶν ὀνείδη. Aldus et codd. plerique veteres χρησμῶν γ' ὀνείδη. In D. omissa particula, ut opinor, melius. B. At passim invenitur γε, ut hiatus vitandi gratia, qua de re vid. Valck. ad Phoen. 694., ita etiam, et eleganter quidem, post nomina in ν exeuntia, ut h. l. cf. 791. 817. 829. 833. 1385.

780. Ὅδε et οὗτος interdum usurpari pro ἐκεῖνος, hoc inprimis loco intelligitur. cf. 1422 et Eurip. Troad. 924. Imitantur Latini, velut Terent. Eun. 3, 1, 50:

Ubi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo, si quando *illa* dicet, Phaedriam

Intromittamus comissatum: Pamphilam
Cantum, tu, provocemus. si laudabit *haec*
Illius formam: tu huius contra. —

786. πρὸς βίαν. gl. βιαίως. B.

787. τὸν τροχηλάτην. gl. τὸν ἡνίοχον. B.

788. δι' ὀργῆς, *iracunde*. Vide quae notavimus ad Eurip. Bacchas 433. B.

789. μέσον κάρα. gl. κατὰ τὸ μέσον τῆς κεφαλῆς. Perperam vulgo hic locus interpunctus. Verba μέσον κάρα non pendent a τηρήσας, sed a suppressa praepositione κατά. Ordo est: τηρήσας, καθίκετό μου διπλοῖς κέντροις κατὰ μέσον κάρα. Sic etiam distinguit Gatakerus opp. T. I. p. 108. ubi μοι pro μου typothetae error esse videtur. καθικνεῖσθαι sensu feriendi semper cum genitivo construitur. B.

791. ἴσην. gl. ἴσην δίκην ἀπέδωκεν, ἀντέτισεν. B.

792. ὕπτιος. gl. ἐπὶ τὰ μετάφρενα. B.

794. τῷ ξένῳ. gl. τῷ φονευθέντι. *homini illi, mihi incognito.* Gallice diceremus *cet inconnu.* Quippe Graeci cuiuscumque nomen vel ignorant, vel scientes reticent, illum ξένον appellant. Vide Dan. Heinsii Lect. Theocr. cap. XIV. B.

795. v. Λαΐῳ, obscure. συγγενὴς Λαΐου, sicut συγγένεια πατρὸς Eurip. Orest. 1233.

796. τοῦδέ γ' ἀνδρός. gl. ἐμοῦ: ut supra 521. et mox 810. ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ', ἐπ' ἐμοί. B.

798. Notanda hypallage: ᾧ μὴ ξένων τινὰ ἔξεστι δέχεσθαι δόμοις, pro ὃν μή τινι ξένων ἔξεστι δόμοις δέχεσθαι. Aliter locum expedit Grammaticus in minoribus scholiis. B.

802. λέχη. gl. ἤγουν τὴν γυναῖκα. B.

805. μή 'στι. Sic liquido in B. et in August. Reliqui codd. et Aldus, impedita constructione, μήτε. Et hoc etiam est in T. sed superscripta nostra lectione, quam exhibet margo edit. Turnebi. B.

806. ἐμβατεύειν πατρίδος. Oed. Col. 579. γῆς δὲ μὴ 'μβαίνῃς ὅρων. Pro ἐπεμβατεύειν et ἐπεμβαίνειν, quod postremum occurrit Oed. Col. 900. σῆς ἐπεμβαίνων χθονός. B.

814. κηλῖδα ξυμφορᾶς. Hypallage, seu ἀντίπτωσις: pro κηλῖδος ξυμφοράν. Sic El. 19. ἄστρων εὐφρόνη, pro ἄστρα εὐφρόνης.

733. μέγιστον σῶμα δειλαίας στοδοῦ, pro μεγίστου σώματος δειλαίαν στοδόν. Trach. 547. πόνων λατρεύματα, pro λατρευμάτων πόνοι. B.

819. προθυμία. gl. πρόθεσις. θάρσος. Alia: τί διανοῇ δρᾶσαι; B.

822. περισσὸν, prae ceteris animadversione dignum. M. Theognis:

Χρὴ Μουσῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, ἤν τι περισσὸν
Εἰδείῃ σοφίης, μὴ φθονερὸν τελέθειν, κ. τ. λ.

824. κατακτείνειαν. sic tres codd., inter quos T., recte. In impressis κατακτείναιεν. B.

825. v. ἀριθμόν. sed de numero latronum neque in antecedentibus quicquam, neque eum scire auditorum intererat. sufficiebat, plures fuisse, non unum. dedi igitur: τὸν αὐτὸν ῥυθμόν, i. e. τ. α. τρόπον. Eurip. El. 777:

Ποίῳ τρόπῳ δὲ καὶ τίνι ῥυθμῷ Φένου.

cf. Eurip. Suppl. 94. Heracl. 131. et passim sic usurpatur ῥυθμός. Similiter erratum Eurip. Hercul. fur. 668.

827. οἰόζωνον, μονόζολον, Hesych., hunc locum respiciens, ut bene observat Ruhnken. ep. crit. 2. p. 286. Schol. μονέζωνον, μόνον.

828. εἰς ἐμὲ ῥέπον. Sic Aldus et codd. omnes veteres. Triclinius imperite, et ex eo Turnebus ἡμᾶς. Glossa: εἰς ἐμὲ ἀφορῶν. Comicus Pl. 51.

οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτο ῥέπει.

Ad quem versum vide quae notavimus. B.

Pauca ibi annotat B. de vi literae ῥ, qua praecedens brevis vocalis producitur, velut Aeschyl. Prom. 1031. Eurip. Hipp. 462. Orest. 857. Ion. 530. conferri quoque iubet Orvillii vann. crit. p. 335., immerito oblitus Dawesii, qui dudum id amplissimis exemplis probaverat Misc. crit. p. 159., ut bene monet V.

830. ἐκβ. π. gl. μεταβαλεῖν. de potestate adverbii πάλιν vid. Toup. ad Suid. 5. p. 4. B.

833. v. τόν γε Λ. Φ., minus clare. sic plane et supra 569. — τὰς ἐμὰς Οὐκ ἄν ποτ' εἶπε Λαΐου διαφθοράς.

839. adeo flocci haec pendo, ut ne oculos quidem huc vel illuc vaticiniorum causa converterim. Sic Teucer, contemtum Menelai significans, Ai. 1136. τοῦ δὲ σοῦ ψέφου Οὐκ ἂν ςραφείην.

Huc vel illuc, ut ἢ ἐνθ' ἢ ἐνθα κιόντα Hom. Od. κ'. v. ult. Apoll. Rhod. 1, 1287.

Οὐδ' ἔτι τοῖον ἔπος μετεφώνεεν, οὐδ' ἔτι τοῖον.

Sic M. Similiter nostrates vulgo: *sich an etwas nicht kehren.* Proverbialis locutio. Latini: Non manum verterim.

841. στελ. gl. μεταπαλεσάμενον, κομισύμενον, μεταστελοῦντα. B.

844. εἰ positum pro εἴθε, in quam rem M. laudat Etymol. magn. in αἰ, proferens id quidem Eurip. Hec. 836, et Valck. ad Phoen. 761. Participium pro verbo infinito usurpatum, ut recte Anglus, cuius versionem dedi.

847. v. ὑψίκοος, nec sententia satis proba, et metro laborante.

849. Serio hoc tuetur Socrates apud Xenoph. Memorab. p. 470. M.

855. Ὕβρις φυτεύει τύραννον. Erit forte, cui videantur haec verba per hypallagen explicanda, ut Erasmo Schmidio viro doctissimo explicare libuit ista Pindari Olymp. XIII.

ἐθέλοντι δ' ἀλέξειν ὕβριν, κόρου
μάτερα θρασύμυθον.

Quae quidem interpretandi ratio hic aliquanto probabilior est: ἡ τύραννις ὕβριν φυτεύει. Quemadmodum Dionysius apud Stobaeum Floril. Tit. XLIII.

ἡ γὰρ τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ. B.

Ὕβρις. Non quadrat in Oedipi ingenium, qui minime omnium ὑβριστικός. Vide fabulae initium. Vel hinc igitur suspicari licet, poëtam, relicto aliquantisper Oedipo, in sua iam republica atque inter sui temporis homines versari. Nec longe quaerendus est, quem hic ut civibus formidolosum designare voluerit. quis enim in historia Attica adeo hospes est, ut nesciat, neminem unquam tot contumeliosi ingenii specimina edidisse, quam Alcibiadem? Ob quod etiam optimatibus in tyrannidis affectandae suspicionem venit. Plut. in Alcib. vol. 1. p. 188. F.: οἱ μὲν ἔνδοξοι, μετὰ τοῦ βδελύττεσθαι καὶ δυσχεραίνειν, ἐφοβοῦντο τὴν ὀλιγωρίαν αὐτοῦ καὶ παρανομίαν, ὡς τυραννικὰ καὶ ἀλλόκοτα. hoc si paucissimis verbis significare volueris, aptiora nulla invenies quam, ὕβρις φυτεύει τύραννον. M.

Plausum haec merentur, si vim, qua V. D. usurpat h. l. vo-

cem τύραννος, usu vetere odmprobaretur. quod secus est. vide vel supra dissertatiunculam, Διὰ τί τύραννος ἐπιγέγραπται. Levi igitur mutatione sensum loci restituere mihi videor, ut chorus timeat, ne haec Creontis iniuria similes pariat alias iniurias, quibus et civitas vexetur, et rex ipse denique agatur in perniciem. τύραννος, i. e. τυραννική. vid. Vechner. 184. Ceterum prae nimia mentis perturbatione ὑβριστικὸς sane in Creontem fuerat rex. Quanquam de Atticorum demagogis, inprimis Alcibiade, cogitasse h. l. tragicum, haud negarim.

856. ἦν ὑπερπλησθῇ. Perperam Aldus cum veteribus codd. εἰ, quod soloecum esset. Recte in T, ἦν. Mendam non vidit Grotius Floril. loco supra citato, ubi εἰ dedit, tametsi Stobaei scriptus liber habet ἢ depravatum ex ἦν. B. δὲ post πολλῶν ad restituendam membrorum coniunctionem erat necessarium.

859. ὥρουσέν νιν εἰς ἀνάγκαν. Pronomen, quod inserui, non minus ad sententiae quam ad versus integritatem necessarium est. Aldus et codd. omnes veteres ὥρουσεν εἰς ἀνάγκαν: quo modo versus cum antithetico 867. non quadrat. Solus Triclinius ex coniectura ἀνώρουσεν, pessime. ὀρούειν hîc transitivum est, ut praec. v. ἐξαναβᾶσ', cuius vice in D. glossema textum invasit εἰσαναβιβάσασ'. Seq. v. Aldus et codd. omnes veteres ἔνθ' οὐ Triclinius ὅθ' οὐ — B. Pronomen facile subauditur. σὲν, cuius hic elegans usus, a praecedente syllaba absorptum fuit.

862. πάλαισμα non hic notat *callidum consilium et vafrum*, quo sensu fere adhibetur, ducta metaphora a pugilum artificio: sed simpliciter *conatum suscepti negotii absolvendi*. Iusserat Apollo, ut Laïi occisor investigaretur. Ex Iocastae verbis timere poterat Chorus, ne ab hac inquisitione rex desisteret, quod ne fieri sinat Deum precatur. Non erat cur in definienda vocis potestate tantum haesitarent interpretes, quam expositam habebant in glossa ab Ant. Francino scholiis addita. B.

Hoc et Thebanae et Atticae civitatis statum respicere videtur. Thebanis πάλαισμα est progressus, quem in indagando Laïi percussore fecerant: Atheniensibus accusatio Alcibiadis, et spes, quam potentiae eius minuendae inde conceperant optimates. M.

866. ὑπέροπτα. gl. καταφρονητικῶς. neutrum plurale vice adverbii. B.

In his versibus quot voces, totidem fere lineamenta Alcibiadis agnoscas. quis illo superbior χερσὶν ἢ λόγῳ, qui, verborum contumeliis non contentus, nonnullos etiam ex potentioribus viris pugnis cecidit? quis apertius iuris contemtor, δίκας ἀφόβητος? quis luxuriae, χλιδᾷ, magis deditus? denique erga Deorum simulacra parum reverentem fuisse, οὐδὲ δαιμόνων ἔδη σέβειν, vere an falso, Atheniensibus certe persuasissimum erat, quandoquidem Hermarum mutilatorum reus ad causam dicendam ab expeditione Sicula revocatus est. M.

875. ἔρξει. Aldus et codd. plerique ἔρξεται: quidam ἕξεται. Utrumque contra sermonis proprietatem et metri rationem. Supra habuimus futurum medium ἔρξεται, *cohibebit se, abstinebit*; statimque ἕξεται potestate itidem media, *adplicabit se*: unde liquet hic activum ἔρξει poni debuisse, hoc sensu: τίς ἀνὴρ ἔρξει ψυχὰς βέλη ὥστε ἀμύνειν θυμῷ. Sed, ut dixi, habent alii codd. ἕξεται. Manifesto deprehenditur librariorum error, ex vicinis vocibus ortus, quarum alii aliam repetierunt. Heathii emendationem recepi: at nunc video scribi debuisse ἕξει, quod valet δυνήσεται, structura longe concinniori: τίς ἀνὴρ ἕξει ἀμύνειν θυμῷ ψυχὰς βέλη; Absurda est Heathii huius loci versio. Nihil aliud est quam *quis homo poterit arcere ab animo suo conscientiae stimulos?* Super. versu ἐν τοῖσδ' habent codd. omnes veteres cum Aldo. Turnebus e Triclinio dedit ἐν τούτοις. B.

Sententiae bene convenit ἕξει, metro minime; utrique satisfabit, nec minus elegans est, quod dedi, ἔχοι. Θυμῷ ἀμύνειν ψυχῆς βέλη quid sit, nemo facile dixerit: nam Brunckii quidem interpretatio nimis pro arbitrio est, neque sic tamen loco apta. βέλος ἄθυμον, i. e. βέλος ἀθυμίας dicitur, quomodo vinum laetum, i. e. vinum exhilarans, et sexcenta huiusmodi alia in omnibus linguis.

878. γᾶς ἐπ' ὀμφαλέν. Delphos. res nota. De voce ἄδυτον ad Eurip. Ion. 231. coniecturam proposuit M., lapidem illum album, qui Delphis, teste Pausania p. 836, umbilicus terrae audiebat [proprie], septo aliquo inclusum fuisse, multitudinis arcendae causa. sed praestat sacrum interpretari, ut 873. cf. Eurip. Hipp. 1002.

879. De oraculo Apollinis, quod Abis fuit, complura habet Pausan. Phocic. p. 887. M.

881. Sic construendum verba: εἰ τάδε ἁρμόσει βροτοῖς πᾶσι, μὴ χειρόδεικτα.

882. ἁρμόσει neutraliter positum, quomodo et Antig. 1288. V.

886. φθίνοντα, mortua, i. e. effectum non habentia. vid. supra ad 44.

ἐξαίρουσιν, efferunt, quasi mortua, φθίνοντα, ut monet V.

890. χώρας ἄνακτες. Non soli reges, sed cuiuscumque civitatis primores veteribus appellabantur ἄνακτες. Vide Eustathium a nobis laudatum in fragment. p. 31. in Ἰοκάστῃ. B.

895. τὰ καινά. nova oracula non iudicat ex veteribus, quae falsa fuere deprehensa.

896. ἔστι τοῦ λέγοντος. Comicus Equit. 860. ὦ δαιμόνιε, μὴ τοῦ λέγοντος ἴσθι. B.

897. Similiter Hippol. Eurip. 286. Platon. apol. sub init. M.

898. De Apolline Lyceo vid. supra ad 200. Defensorem seu vindicem hic quoque sonat Λύκειος. Intelligendum autem Apollinis Ismenii templum, quod in foro Thebarum fuit, prope regiam, vid. 20. 21. et 891, nam voce δαίμονες solus Apollo indicatur.

900. πορῇς. Sic Aldus et vett. codd. plerique, etiam T. a prima manu, superscripta prava lectione πόροις, quam Turnebus praetulit. Supra v. 896. veterum librorum omnium lectio est ἦν φόβους λέγῃ. Triclinii libidini debetur εἰ λέγοι. B.

902. νεώς. gl. καταδυομένης. Ordo est: βλέποντες αὐτὸν, ὡς νεὼς κυβερνήτην ἐκπεπληγμένον. B. Friget haec explicatio, praestatque reponi ὥς, i. e. οὕτως. Gubernatores navis passim audiunt reges.

907. Γυνὴ δὲ μήτηρ ἥδε. Haec verba si a sequentibus disiunxeris, veram Iocastae conditionem depingunt; nec mihi dubium est, quin eam ob causam selegerit Sophocles, ut audientium animos, tanquam ominose dicta, profundius subirent. De huius versus ambiguitate vid. etiam Schol. Hermogenis p. 389. M.

909. παντελής. gl. πένα ἔχουσα. V. seq. αὖτως, ὡσαύτως. B.

914. παρὰ τίνος. Sic D. et Aldus. In aliis codd. πρὸς τίνος. B.

915. οὐξερῶ Attica crasis pro ὦ ἐξερῶ. Sic quatuor codd. et Aldus. Alii minus bene ὦ 'ξερῶ — τάχ' ἂν ἥδοιο μέν. Perperam Aldus distinxit τάχα, ἥδοιο μέν. In D. super μὲν scriptum ἄν, videlicet pro glossa. In alio cod. ἥδοιο μ' ἄν. Hae librariorum turbae indicium dant genuinae lectionis, quam certissima emendatione reposui, τάχ' ἄν ἥδοιο. Abesse non potest particula ἄν, qua etiam vitatur insuavis hiatus. At in ἀσχάλλοις δ' ἴσως, e superioribus repetenda est. Bene glossa, ἀλγοίης δ' ἄν ἴσως. B.

918. οἱ 'πιχώριοι. Perperam in libris οὐπιχώριοι. Vide quae notavimus ad Comici Ran. 461. infra 1025. in D. T, emendate scriptum οἱ 'πιχώρτοι, ubi reliqui codd. et Aldus, ut hic, mendosi sunt. B.

922. v. τέθνηκέ νου Πόλυβος γέρων, minus recte habentibus numeris, parumque eleganter, cum modo legerimus ὁ πρέσβυς Πόλῦβος. B., Aldum secutus, edidit:

— — ἦ τέθνηκε Πόλυβος; Ἄγγ. Εἰ δὲ μὴ
λέγω γ' ἐγὼ τἀληθές etc.

sed non de nihilo est γέρων, et κακόφωνον istud λέγω γ' ἐγώ. που natum videtur ex Πο —. Γέρον sic et infra 979. cf. 969.

927. μὴ κτάνοι. Sic ad syntaxeos normam legendum. Vulgo μὴ κτάνῃ. In duobus e nostris codd. superscriptum κτάνοι. B.

928. πρὸς τῆς τύχης. Sic recte Aldus et codd. veteres plerique. Gl. ἀπὸ φυσικοῦ θανάτου. Alii cum Triclinio πρὸ τῆς τύχης. B.

937. πρῶτον, primum, i. e. prius quam, te regem Corinthiis electum iri. M.

938. θανάσιμον βεβηκότα. Prius glossae exponunt νεκρὸν ὄντα, alterum per ἀπελθόντα. In Trach. 874.

βέβηκε δηάνειρα τὴν πανυστάτην
ὁδῶν ἁπασῶν.

Unde hic explicari possit per ellipsin: εὖ ἴσθ' ἐκεῖνον βεβηκότα θανάσιμον ὁδόν. B.

943. Apte Iohnsonus confert Homer. Il. μ'. 237 sqq.

950. ξυλλαβών. Sic in duobus codd. Alii, ut vulgo, συλλαβών. B. cf. Oed. Col. 1349. M.

951. ᾧ τὰ τῆς τύχης κρατεῖ. Thucydides IV. 62. τὸ δὲ ἀστάθμητον τοῦ μέλλοντος ὡς ἐπιπλεῖστον κρατεῖ. Quod sequitur πρὸ-

νοια δ' ἐστὶν οὐδενὸς σαφὴς; cum his Pindari Olymp. XII. comparari potest:

Σύμβολον δ' οὔπω τις ἐπιχθονίων,
πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσ-
σομέναις εὗρεν θεόθεν. B.

953. εἰκῇ. gl. ὡς ἔτυχε. ἁπλῶς καὶ ἀφροντίστως, καὶ μὴ πρὸς μαντείας ὁρῶντα. B.

957. Sic τᾶς παλαιφάτου προνοίας Trach. 836. M.

959. v. Σὺ δ' εἰς. B. Σὺ δ' ἐς. sed φοβεῖσθαι ἔς τι non dicitur. Scribendum εἴς, cui opponitur πολλοί.

960. Eiusmodi somniorum caussam explicat Plato a Cicerone conversus L. I. de Divinatione cap. 29. *Quum dormientibus ea pars animi, quae mentis et rationis sit particeps, sopita langueat: illa autem, in qua feritas quaedam sit atque agrestis inmanitas, quum sit inmoderato tumefacta potu atque pastu, exsultare eam in somno inmoderateque iactari: itaque huic omnia visa obiiciuntur, a mente ac ratione vacua: ut aut CUM MATRE CORPUS MISCERE videatur, aut cum quovis alio vel homine vel deo, saepe belua, atque etiam trucidare aliquem, et inpie cruentari, multaque facere inpure atque taetre, cum temeritate et inprudentia.* B.

966. ὀφθαλμὸς, i. e. res eximia, res maximi pretii, quales et Latini oculos dicunt. vid. Vechneri hellenolex. p. 445. γ' addendum vidit Clar. Porson, Eurip. 1, 327: posteriorem enim corripit μέγας.'

972. ἦ οὐχὶ θεμιτόν. Aldus et codd. omnes ἦ οὐ θεμιτόν. In D. ἦ ὐ, quia duae voculae in unam coalescunt, quod monere etiam non supersedit Triclinius. ἦ οὐ. συνίζησις. Et sic quidem crurifragio laborat versus; nam falsum est quod ineptus ille Graeculus praeterea observavit, mediam in θεμιτὸν hic produci, quod in codice significatum linea super ι ducta, quod signum est productae vocalis. Uno verbo ἦ οὐ, μὴ οὐ apud Atticos poëtas semper sunt monosyllaba. Istud οὐχὶ millies apud Tragicos occurrit, et saepius a librariis metra susque deque habentibus paragoge omissa fuit, ut in Eurip. Cyclope 204.

τί βακχιάζετ'; οὐχὶ Διόνυσος τ[illegible]

Vulgo legitur versu ruente, οὐ Διόνυσος. [illegible] scriptum oportuit

ἢ οὐχὶ, ut Oed. Col. 339. μὴ οὐχὶ δεῖμ' ἐμοὶ φέρουσά τι. B. Probabilius tamen Iohns. οὐ θεμιςόν.

973. v. — — Λοξίας ποτὲ
. Χ. μ. μ. τῇ 'μαυτοῦ, τό τε
Πατρῷον αἷμα χερσὶ ταῖς ἐμαῖς ἑλεῖν.

male: nam si patris caedem hic commemoravit Oedipus, inutilis est versus 979. nempe ποτὲ mutatum in τό τε ansam interpolationi praebuit.

984. εὖ πράξαιμί τι. Sic Comicus Pl. 341. χρηστόν τι πράττων. Pace 215. εἰ δ' αὖ τι πράξαιντ' ἀγαθόν. Eurip. Herc. Fur. 729. προςδόκα δὲ, δρῶν κακῶς, κακόν τι πράξειν. His omnibus in exemplis, quorum similia passim obvia, πράττειν sensu τοῦ πάσχειν adhibetur. B. cf. et Trach. 194. M.

992. πρὸς δίκης. gl. μετὰ δίκης. *Iure, merito.* Sic El. 1211. πρὸς δίκης γὰρ οὐ στένεις. B.

997. τῷ μηδενὶ, nulli, i. e. homini levi, vel nullius pretii. Sic Eurip. Androm. 701. ὄντες οὐδένες, et μηδὲν εἶναι Hecub. 843. Troad. 609. Aberravit B., ita haec vertens: At quomodo genuisse et non genuisse idem sit?

999. παῖδά μ' ὠνομάζετο. Sic libri omnes, absque ulla vitii suspectione. Marklandus ad Suppl. 749. emendat παῖδά μ' ὠνόμαζεν ὅν, quia ὠνομάζετο est *nominabatur*, non *nominabat*. Sed nodum in scirpo quaerit. ὠνομάζετό με παῖδα, vi verbi reciproci plane idem est, quod ὠνόμαζέ με ὃν παῖδα. Sunt quidem verba apud Graecos, quae non inveniuntur *hodie* in voce media: sed *hodie* pauca admodum supersunt Atticae scenae monumenta. Nescimus quantum locutionibus, quae dubiae nobis videntur, accederet auctoritatis, si fabulas omnes scenicorum quatuor quos novimus, haberemus. Equidem nihil hic contra librorum fidem mutare velim. B. Sentio cum Marklando, ὠνομάζετο vitiosum esse. ceterum probabilior nostra emendatio.

1101. v. Κᾆθ' ὧδ' ἀπ' etc., mendose.

1014. δεινόν γ' ὄνειδος σπαργάνων ἀνείλόμην. Eustathius ad Il. P. p. 1097. versum hunc laudat cum insigni varietate, καλόν γ' ὄνειδος — quod vulgato ideo praeferendum, quia his Oedipi verbis amara subest ironia, quae inde acrior redditur. Sensum minime perspectum habuerunt interpretes. σπαργάνων non pen-

det ex suppressa praepositione ἐκ, quod Scholiastes sensisse videtur: inepta est Iohnsoni versio: *atrox sane dedecus cunabulorum pertuli.* σπάργανα sunt *monumenta*, *crepundia*, ut bene Donatus ad Terentii Eunuchum IV. 6. 16. *MONUMENTA sunt, quae Graeci dicunt* γνωρίσματα καὶ σπάργανα. Vide ad eum locum eruditam Frid. Lindenbruchii notam. B.

1016. Sensus huius versus bene expositus in minoribus scholiis. B.

v. Ὦ πρὸς θεῶν, πρὸς etc. Sed deorum invocationi locus hic non est. saepius lapsi in his verbis librarii, neque audiendi Scholiastae.

1025. Aldus et codd. εἰδῆτ' ἄν. gl. ἤγουν εἰδειῆτε, quod lectionem nostram confirmat εἰδεῖτ' ἄν. Optativus hic omnino requiritur. Verum in huius formae optativis frequens est librariorum lapsus, qui plerumque offenderunt ad contractionem Atticam εἶτον, εἴτην, εἶμεν, εἶτε, scenicis poëtis nostris solam usitatam. In Comici Ran. 1448. codd. exhibebant σωθείημεν ἄν contra metrum et sermonis Attici usum, ubi reponi debuit σωθεῖμεν ἄν, amoto vulgatorum librorum soloecismo σωθῶμεν ἄν. Sic apud Eurip. Helen. 824. legitur σωθεῖμεν ἄν: in eodem Dramate λυπηθεῖμεν ἄν: Herc. Fur. ἐκβαῖμεν ἄν. (et εἶτε pro εἴητε Homer. Od. φ'. 195. monente M.) Graeci sermonis proprietatem ignorant, quicumque promiscuum usum esse credunt optativi et subiunctivi. εἰδῆτ' ἄν plane et putide hic soloecum esset, ut in Eurip. Medea 737. μεθῇς ἄν, quam Mureti coniecturam vir quidam doctus admittendam esse nuper contendebat pro vulgato μεθεῖς ἄν, quod quidem Musgravio probari potuisse miror, quum ne Graecum quidem sit. Veram lectionem revocavi, non ex coniectura, ut falso obiectum fuit, sed ex fide Florent. editionis capitalibus literis excusae, μεθεῖ' ἄν. Elisionis signum, seu apostrophum, in sibilum mutaverat librariorum stupor, quod alibi etiam observatum. In Comici Ran. 437. legebatur αἴροις ἄν, pro αἴροι' ἄν: in Pl. 1140. membr. Reg. ὑφέλοις exhibent, ubi germanus usus linguae ὑφέλοι' flagitat: in Philoct. 119. pro κεκλῇ' ἅμα, codd. dant κέκληθ' ἅμα. Quod autem docti quidam viri statuerunt formam mediam verbi μεθίημι cum quarto casu legitime non construi, id merum commentum est, quod alibi confutavimus. B. Dawesii haec do-

trina est, ἂν δυνητικὸν cum optativo coniungendum esse. De corruptione apostrophi vid. etiam infra ad 1489.

1027. κἀτοιδε. gl. ἀντὶ τοῦ εἶδε. Compositum pro simplice, ut supra 854. διεῖπε, ἀντὶ τοῦ εἶπε. B.

1031. κἀμάτευες. Attica crasis pro καὶ ἐμάτευες. Hac in re saepe a librariis peccatum. Vide quae notavimus ad Comici Equites 269. B.

1033. νοεῖς. gl. συνάγεις τῷ νῷ, συμβιβάζεις. B. cf. C. 1010. v. autem νοεῖς ἐκεῖνον et seq. versu τὸν δ' οὗτος, quod in eandem sententiam, satis pro arbitrio, interpretantur. τόνδ', hunc, de quo nunc sermo est. cf. Oed. Col. 133. El. 1075: τοῦτ' ἐκεῖν' ἤδη σαφές. vid. etiam ibid. 1137.

1040. ἄλις νοσοῦσ' ἐγώ. Sic bene Scholiastes. Perperam codd. et Aldus νοσοῦσ' ἔχω. In Antig. 640. ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ. B.

1041. θάρσει. Male Aldus et codd. θάῤῥει. Vide Valckenarium ad Phoen p. 22. — ἐκ τρίτης μητρὸς τρίδουλος. Vide Musgravium ad Eurip. Androm. 637. et confer Eustathium ad Iliad. Θ. p. 725. l. 19. — κακή. gl. δυσγενής. B.

1043. μὴ δρᾶ τάδε. Sic in tribus codd. cum glossa, μὴ ποιεῖ. Reliqui cum Aldo μὴ δρᾷ. In scholiis minoribus corrige typographi σφάλμα: excudi volui, ut est in cod. ὅπως ἂν ἔχῃ. B.

1048. ἐλθών. gl. ἀπελθών. B.

1052. Confer Antig. 1220. Trach. 801. B.

1053. ᾤξασα. Perperam Aldus αἴξασα, Turnebus αἶξασα. Atticis poëtis ᾄσσω, ᾄττω disyllaba sunt. Vide Valckenarium ad Phoen. p. 467. Glossa, ὁρμήσασα. B.

1054. ἀναῤῥήξει. Sic liquido D. E. cum uno e Britannis. Reliqui cum Aldo soloece ἀναῤῥῆξῃ. Particulae ὅπως μὴ, οὐ μὴ, cum aor. 1. subiunctivo formae vel activae vel mediae legitime non construuntur. B. Plerumque sane istis particulis futurum indicat. subiungitur, nec vitiosus tamen est in illa forma subiunctivus. vid. Dawesii Miscell. crit. p. 228.

1056. σπέρμ' ἰδεῖν. gl. γένος γνῶναι. B.

παῖδα τῆς Τύχης. proverbialis locutio populorum fere omnium. Horat. sat. 2, 6.

Luserat in campo Fortunae filius.

Monuit Dacier.

βουλήσομαι pro βούλομαι passim legitur, velut Oed. Col. 1254. Eurip. Med. 256. vid. etiam ad Oedip. Colon. 780.

1059. νέμων, putans. vid. ad Oed. Col. 855.

1061. τῆς γὰρ — Recte gl. ταύτης. Articulus ὁ pronominis vicem sustinet, pro οὗτος, quod quidem in feminino genere vitasse poëtas Atticos Marklandus credidisse videtur ad Suppl. p. 251. Sed falsum enim fuisse hic locus ostendit, et infra v. 1436. ταῖν μοι μέλεσθαι, id est τούτων. B.

1062. διώρισαν. gl. ἔταξαν. B.

1067. ἀπείρων. Sic Aldus et codd. quos vidi omnes. In plerisque glossa ἄπειρος. Mirum esset profecto, ni futiles quaedam chartae reperirentur, in quibus glossa genuinae voci substituta fuisset. Vide lexicon in Ἀπείρονας. Diversae formae sunt ἄπειρος et ἀπείρων, ut ὅμαιμος ὁμαίμων, aliaque multa. B.

Hesych. ἀπείρονας, ἀπειράτους· Σοφοκλῆς Θυέστῃ. M.

Fateor tamen, homoeoteleuta ἀπείρων, Κιθαιρών, absque diverso accentu esset, intolerabilia mihi visum iri.

1068. B., Aldum secutus, dedit ὦ Κιθ. sed ὦ natum ex antecedente syllaba, quod antistrophicus ostendit versus.

1069. v. τὰν αὔριον πανσ., proculcato metro. ἕριος (ἡμέρα) πανσέληνος quid sit, versione satis expressisse mihi videor: ἱερὰ ἔμμηνα Cithaeroni promittit chorus, de quibus vid. ad El. 266.

1071. αὔξειν pro αὔξεσθαι. sic Trach. 116. ἀέξει Nicand. Theriac. 536. αὐξήσωσι Clem. Alex. p. 793. 848. τρεφόμενον καὶ αὔξον ib. p. 920. Synesius Calvit. encom. p. 54. τρίχες τεθνεώτων αὔξουσι. vid. et Thom. Magist. in αὔξειν. M. Scholiastes Euripidis ad Med. 320. ed. Beck.: Φυλάσσειν. ἀντὶ τοῦ Φυλαχθῆναι καὶ τηρηθῆναι· ἐνεργητικὸν ἀντὶ τοῦ παθητικοῦ. τοῦτο δὲ ἔθος ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τοῖς Ἀττικοῖς. cf. inprimis Spanhem. ad Callimach. hymn. in Iovem 55., cui frustra litem movet Dawes. Miscell. crit. p. 99. ed. Burgess. Φυλάσσειν isto Euripidis loco tuetur etiam Suidas v. ἄξιός λαβεῖν ὁ μισθός.

1073. Hom. Il. ά, 578: πατρὶ φίλῳ ἐτήρα φέρειν. M.

1075. ἰὴ ἰὴ σοι Φοῖβε. Pronomen venuste hic repetitum in nullo comparet libro, etsi necessarium est ad integritatem versus. Nihil verius observatione desideratissimi Valckenarii in

egregio ad Phoenissas commentario p. 374. *Versus in choricis cantilenis corruperunt saepenumero librarii, dum voces omittunt, quae fuerant eaedem repetendae. Hoc mendarum genus late patet.* Huius librariorum socordiae exempla bene multa enotavimus ad Comicum. Vide supplementum notarum in Nubes 1443. et Indicem in *Repetendae voces a librariis saepe omissae.* B. Passim ita peccatum est, sed h. l. illud σοι neo sententiam nec versum iuvat, vid. vers. antistroph.

1078. ἄρα prima brevi scribendum: versus est trochaicus. B.

1079. Voculam που ex probabili coniectura ab Heathio additam, non adgnoscunt codices. ὀρεσσιβάτα scriptum in E. T. B. vid. ad versum strophicum.

1081. θυγάτηρ non semper relative *filiam* significat; sed quandoque, ut hic, absolute *puellam*. Sic ἄλοχοι supra 180. absolute *mulieres*. [Imitati sunt Latini.] Utrumque observavit Musgravius ad Euripid. Helen. 1321. Androm. 1039. — τῷ γὰρ, id est τούτῳ, τῷ Ἀπόλλωνι, cuius proxime praecessit mentio, quique passim Νόμιος appellatur. Perperam in glossis τῷ Πανί. B.

1087. v. Ἑλικωνιάδων, ruente versu. Frequentior forma minus usitatae, ut passim, cessit. quod video etiam Porsono placuisse, Eurip. 1, 132.

1088. αἶσι. Male Aldus et vett. codd. αἷς. B. Quin bene: nam s. constat versus.

Συμπαίζει. Fragmentum Anacreontis, Iohnsono laudatum:

Ὦ ναῦ ἀδαμνὴς, Ἔρως,
Ὦι Νύμφαι κυανώπιδες,
Πορφυρέη τ' Ἀφροδίτη,
Συμπαίζουσιν.

Primo versu mendose v. legitur:

Ὦ ναῦ, ὦ δαμάλης Ἔρως.

1090. πρέσβυ. Aldus, πρέσβεις, ut B. in textu, superscripta var. lect. γρ. πρέσβυ. In C. D. πρέσβυν cum gl. τὸν γηραιόν. Alii πρέσβυν et πρέσβεις habent, altero alteri superscripto. Harum lectionum unice vera est πρέσβυ, quod maxime ex eo perspicuum est, quod mox sequitur, σύ μου προύχοις. Chorum quum adloquuntur tragicae personae, numero singulari haud minus saepe utuntur, quam plurali, ut supra 645. 671. infra 1302.

passimque in quibuscumque dramatibus. Hoc librarius quum minus perspexisset, πρέσβεις intulit. πρέσβυν absolute sine articulo, fere soloecum est. B. Musgravio magis arridebat πρέσβει, ut constructio esset μὴ ξυν. τῷ πρέσβει.

1091. ἐν μακρῷ γήρᾳ ξυναδεῖ. Male haec acceperunt veteres magistri, qui supplebant, ἐν μακρῷ γήρᾳ ὢν συμφωνεῖ τῷ λόγῳ. Praepositio ἐν hic, ut saepe alias, abundat. Supra 802. Antig. 944. 984. Phil. 1128. Ordo est: τῷ μακρῷ γήρᾳ ξυναδεῖ, καὶ ξύμμετρός ἐστιν ἀνδρὶ τῷδε, nempe τῷ Κορινθίῳ ἀγγέλῳ. Scribi etiam potuisset, nec forte deterius, τῷδε τἀνδρὶ, sublata distinctione post ξυναδεῖ. B.

1096. ἔγνωκα γάρ. Glossa in B. δή. Nempe γὰρ pro δὴ hic poni docet. At in D. ναὶ ante ἔγνωκα suppletum, ne otiosum γὰρ videatur. Nihil tale comminisci necesse est. αἰτιολογικὸν γὰρ praeponitur ob inversionem membrorum in phrasi: σάφ' ἴσθι αὐτὸν ἐκεῖνον ὁρῶν. ἔγνωκα γὰρ αὐτόν. B.

1102. ἦν δοῦλος. Sic nostri codd. Vide Lexicon in ἦ pro ἦν. — οἰκοι τραφεὶς, quem Attici una voce οἰκότριβα appellabant, quique supra v. 737. οἰκεὺς dicitur. Vocem οἰκοτραφὴς, quam quis forte putaverit a poëta hic adhibitam fuisse, ut Atticis inusitatam damnant Thomas M. et Moeris. B.

1109. ἢ ξυναλλάξας τι πω. Sic liquido in D. Gl. ἢ συντυχὼν κατά τι. In membr. ἦ ξυνήλλαξας. Continuatio est praecedentis interrogationis: ἆρ' οἶσθα τοῦτον τὸν ἄνδρα τῇδέ που μαθὼν, ἢ ξυναλλάξας τι πω; Perperam in impressis ἦ. B.

1112. ἀγνῶτά νιν. gl. ἀντὶ τοῦ ἐπιλαθόμενον αὐτόν. B.

1115. ἐπλησίαζεν. Sic legendum esse meridiana luce clarius est: οἷσθεν ὀπηνίκα κατὰ τὸν Κιθαιρῶνα ἐπλησίαζεν ἐμοί — Codd. omnes et Aldus ἐπλησίαζον cum gl. συναναστρεφόμην. Versus praecedens totus est διὰ μέσου, seu in parenthesi: supplendum vel σὺν, vel ἐπιστατῶν: nominativi sunt absoluti ὁ μὲν, ἐγὼ δ' — B.

1116. Bene hic editor Oxoniensis: usque ad sidus Arcturi, quod Plinio docente, 2, 47., undecim diebus ante aequinoctium autumni exoritur: h. e., ut ipse 18, 74. explicat, pridie Idus Septembris. M.

1123. τοῦτο τὸ ἔπος, *hanc rem.* Hoc sensu ἔπος apud Homerum frequens. B. cf. Oed. Col. 282.

1137. τοὔνδικον, *iustum*, id est *verum*. Hesych. ἔνδικον, ἀληθές. B.

1139. ἐς τριβὰς ἐλᾶ, eodem sensu quo apud Comicum Acharn. 386. τορίζεις τριβάς. Neutiquam placet docti viri apud Heathium interpretatio, *recta ad fustuarium tendit*. Alius Britannus pro τριβὰς legere malit στραβὰς, quam coniecturam sibi servare poterat. B.

1149. κἄγωγ' ἀκούειν. Perperam codd. et Aldus ἀκούων, manifesta menda. Duobus in locis Valckenario indicatis ad Phoenissas p. 140. hos versus citat Plutarchus, recte legens utrobique ἀκούειν, ut etiam legisse constat auctorem veteris glossae: καὶ ἐγὼ ἐπ' αὐτῷ εἰμὶ τῷ δεινῷ ἀκούειν. B.

1153. ὡς πρὸς-τί χρείας. gl. ὡς ἐπὶ ποίᾳ χρείᾳ. B.

1154. θεσφάτων κακῶν ὄκνῳ. Sic concinne in D. Tres codd. et Aldus θεσφάτων γ' ὄκνῳ κακῶν. Idem in T. vocum ordo, omissa particula γε. B. Non inutile illud γε, ut alibi monuimus.

1157. ὡς ἄλλην χθόνα. Sic Aldus et codices omnes veteres. ὡς hic non valet εἰς, quandoquidem ab Atticis ea potestate non adhibetur, nisi rei animatae iunctum. Sed est pro καθὰ, et subauditur εἰς ellipsi perquam frequenti: quemadmodum recte haec in glossis explicantur: καθὰ δοκῶν ἐκεῖνον ἀποίσειν τὸν παῖδα εἰς ἄλλην χθόνα, ἔνθεν αὐτὸς ἦν. Temere Triclinius veterem scripturam mutavit. B.

1158. v. abest ἦ, sententia reclamante: nam Corinthius ille nuntius.

1165. Choricum hoc canticum in duas strophas et totidem antistrophas, undenum singulas versuum, dividit Heathius: quod si absque ulla interpolatione fieri posset, libens admitterem. Sed eo minus a codicum fide discedere volui, quo minus intelligo, quid nostra intersit monostrophicane an antistrophica haec sint. B. Nonnulla tantum, leviter corrupta, emendanda et glossemata tollenda erant. quod feci. Mirum vero Brunckii iudicium.

1170. δοκεῖν. subaud. εὐδαιμονίαν Φέρειν. M. interpretabatur, in gloria versari, ut Eurip. Hec. 295. Troad. 613. Heraclid. 900.

1175. v. οὐδένα', incohcinne. glyconium rite sequitur pherecrateus.

1185. v. ἐν Θήβ., itidem ἀμέτρως.

1188. v. Τίς ἐν πόνοις, τίς ἄταις ἀγρίαις, sententia et metro laborantibus.

1191. λιμὴν ὠὐτός. Perperam v. αὐτός. Glossa supplet ὁ, ut sit ὁ αὐτός. Vid. not. ad 544. ἤρκεσεν codd. omnes habent. Typothetae errore in Ald. ἤρκησεν. B. Similis figura in Tiresiae vaticinio 415. M. — μέγας, immanis, terribilis. cf. Aiac. 172, Eurip. Med. 183. Aeschylus, monente Astio, Pers. 696.

Φεῦ! μέγας τις ἦλθε δαίμων, ὥστε μὴ Φρονεῖν καλῶς.

1192. In D. παιδὶ, πατρὶ, καὶ Ζαλαμηπόλῳ πεσεῖν. B. πατρὶ spurium esse, sententia clamat: nam Lothi quidem a crimine purus fuit Oedipus. metrum conficit rem. Alia ratio est loci infra 1376.

1193. v. πῶς τοῦ' αἱ πατρ., minus eleganter.

1195. ἐδυνάσθησαν. Sic B. cum gl. ἐδυνήθησαν. v. ἐδυνάσθησαν. B.

1197. v. ὁ πάνθ' ὁρῶν, inconcinne.

1198. δικάζει. gl. καταδικάζει. Reddi poterat *ulciscitur, poenas repetit.* Vide quae notavimus ad Eurip. Med. 157. B.

1200 — 1206. v. sic leguntur:

Ἰὼ Λαΐειον τ.
— μήποτ' —
Ὀδύρομαι γὰρ ὡς πιρ.
Ἰαχαίων —
— — —
Ἀνίπνευσά τ' ἐκ σέθεν, καὶ
Κατεκοίμισα etc.

omnia haec ἀμέτρως, extremaque etiam ineleganter.

1203. ἰαχαίων ἐκ στομάτων. Sic optime C. Nomen est adiectivum ἰαχαῖος ab ἰάχη derivatum. In D. ἀχέων. In reliquis ἰαχέων cum gl. φωνῶν. B.

1205. κατεκοίμισα. Sic liquido B. D. E. T. August. qua de scriptura ne dubitari possit, superscripta in duobus gl. ἀντὶ τοῦ κοίμισα διὰ τοῦ ι. In impressis κατεκοίμησα. B.

1211. Aqua marina vel fluviali crimina quasi ablui perhibebantur. res nota. Aeneas Virgilianus:

Me bello e tanto digressum et caede recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

vid. Dacier. cf. Tertullian. de baptismo cap. 5. Quem usum ex Oriente in Graeciam traduxisse Orpheum, docet marmor Arundelianum, monente Steinbrüchelio in versione fabulae.

1214. Sic ἐκουσίαισιν βλάβαις Philoct. 1280. M.

1218. ὁ μὲν τάχιστος. Operosum esset absque ullo fructu, si coniecturas omnes, quibus male feriati homines Sophoclis scripta emendare sibi visi sunt, recensere vellem. Quod permultas ne verbulo quidem adtingam, nemo opinetur eas mihi incognitas esse. Sed futiles nugae sani ingenii lectoribus nihil nisi taedium adferrent. Quis umquam in animum inducet in hoc versu scriptum olim fuisse ὁ μέντ' ἄχθιστος, vel ἐχθιστος, quia nupero editori Britanno τάχιστος frigidum videtur? aliis bene multis videtur inprimis opportunum. At quod non videtur solum, sed et pro certissimo haberi debet, istud est: *Atticorum poëtarum, quotquot fuerunt, nulli vocalem correptam fuisse ante literas κτ, vel, quod perinde est, χθ in eadem voce.* Frustra obmovetur Sam. Clarkius, qui de prosodia Homerica satis perite egit: sed quaecumque ille Homero licuisse ostendit, nihil ea ad scenae Atticae usum faciunt, cuius ex reliquiis vel unicum exemplum rem conficere poterat; sed nec exstat, nec exstitit umquam. — εἰπεῖν τε καὶ μαθεῖν. gl. εἰς τὸ εἰπεῖν ἐμὲ δηλονότι, καὶ εἰς τὸ μαθεῖν ὑμᾶς. B. Subaudiendum ἐστιν, ut passim.

1225. ὀργῇ. furore. Sic infra 1242 Oedipus vocatur λυσσῶν.

1226. ἴετ' εὐθύ. Sic recte C. In D. ἴετ' cum gl. ὥρμα — εὐθύ, κατ' ὀρθόν. Sed in textu male εὐθύς. In impressis ἵκετ' εὐθύ. Verbi ἵεμαι prima producitur in temporibus, quae augmentum recipiunt. Sic in Antig. 425. ἱέμεσθα prima longa. Vide quae notavimus ad Comici Concion. 346. Perperam spiritu aspero notatur in D. Eadem menda in Eurip. Suppl. 700. ubi scriptum oportuit:

ἀλλ' ἴετ' εὐθὺς, λάμπρ' ἀναρπάσας ὅπλα. B.

1228. Glossa: ὅπως δὲ εἰσῆλθεν ἔσω, ἐπιζρήξασα, ἤγουν

κλείσασα, τὰς πύλας. Vide Eustathium ad Homeri locum quem citat Scholiastes p. 1358. B.

1229. B. excudi iussit 'κάλει, i. e. ἐκάλει, quod frigidiusculum.

1230. σπερμάτων. gl. παίδων. τουτέστι τοῦ Οἰδίποδος. B.

1232. παιδουργίαν. pro παιδουργόν. sic ὁμηλικίη pro ὁμῆλιξ Odyss. ζ. 23. et alibi apud Homerum. Eurip. Androm. 939. Σειρήνων — ποικίλων λαλημάτων. Supp. 175. πρεσβεύματα pro πρέσβεις. M. vid. et ad Phil. 1101.

1233. ἐγοᾶτο. Minus bene vulgo γοᾶτο absque augmento, quod Attici omittere non solent, nisi metri necessitate coacti. In B. scriptum 'γοᾶτο. Sed hic elisio non habet locum, quum praecedens versus in consonantem desinat. B. διπλεῖς adhibitum pro feminino, quasi dicas duplicem miseram, τὴν διπλῆ δύστηνον.

1234. ἐξ ἀνδρὸς ἄνδρα. Sic D. T. gl. ἐκ τοῦ Λαΐου τὸν Οἰδίπουν. Ceteri codd. et Ald. ἄνδρας, quod minus placet. B. M.: ἄνδρας. pro ἄνδρα, ad augendum πάθος. vid. Longin. 23., exemploque ibi allato, qui est huius fabulae 1373. et seqq. adde Eurip. Herc. fur. 454. Cui adstipulor. Vulgatum tamen — ἄνδρας, καὶ τέκν' ἐκ τέκν. τ. et κακόφωνον est et grave verbum τέκνα deprimit.

1240. γυναῖκά τε. gl. δηλονότι ἐξαιτῶν ἀπὸ κοινοῦ. Possis etiam extrinsecus arcessere verbum ex analogia: ἐξαιτῶν ἡμᾶς πορεῖν οἱ ἔγχος, καὶ δεικνύειν ὅπου κίχοι — B.

1244. ὑΦηγητοῦ. Sic una voce codd. omnes, recte. Gl. ὁδηγοῦ. Perperam in impressis, ὑΦ' ἡγητοῦ. Subauditur cognatum verbum, ὡς ὑΦηγητοῦ τινὸς ὑΦηγουμένου αὐτῷ. Sic supra 945. absolute ὧν ὑΦηγητῶν. Et Oed. Col. 1542. ὑΦηγητῆρος οὐδενὸς Φίλων. scilicet παρόντος, vel ὑΦηγουμένου. B.

1246. κλῇθρα. Aldus κλεῖθρα, ut hic etiam codd. Sed multis aliis in locis Atticam servant scripturam, quam in v. 1287. repraesentant Romana scholia. B. Κοῖλα Musgravio videbatur enallage pro κοίλων. qui confert Ai. 950, Trach. 658. sed praestat intelligi fores fabricatas in muro amplius excavato.

1248. ἐώραις. In tribus codd. αἰώραις, proba quidem forma,

sed quam metrum hic non admittit. Eustath. ad Iliad. Γ. p. 589. ἠερέϑεσϑαι δὲ, κυρίως μὲν τὸ ἐν ἀέρι κρέμασϑαι, ἐξ οὗ καὶ ἡ αἰώρα — ὅτι δὲ ἡ ῥηϑεῖσα αἰώρα καὶ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ ἔχει τὴν ἀρχουσαν, ὡς δηλοῖ οὐ μόνον τὸ, Πλεκταῖς ἀώραις ἐμπεπλεγμένην, ἀλλὰ καὶ τὸ μετέωρος, ἕτεροι ἐπαγωνιζέσϑωσαν. B.

1250. Aldus edidit: ἐπεὶ δὲ γῇ ἔκειϑ' ὁ τλήμων, δεινὰ δ' ἦν τἀνϑένδ' ὁρᾶν. quae lectio depravatissima est. In B. ἐπὶ δὲ γῇ ἔκειϑ' ὁ τλήμων, superscripta glossa ἡ ἀϑλία, quod inceptum est. Aliquanto melius in D. ἐπὶ δὲ γῇ ἐκεῖτο τλάμων. eadem superscripta glossa ἡ ἀϑλία. Quod sequitur membrum nulla particula connecti debet, saltem particula δὲ neutiquam; quae adversativa est, nec hic locum habere potest. In solo T. pro varia lectione reperi δεινά γ' ἦν, quae Triclinii emendatio esse videtur. Inutilis *soli*, γῆς mentio. Per se satis intelligitur, cadaver quod modo pensile conspectum fuit, simulac solutus vel abscissus fuit laqueus, decidisse, et humi iacuisse: verum ex linguae indole vix abesse potest articulus ἡ. Ex γ' ἡ imperitus librarius eo facilius fecit γῆ, quod olim ι non subscribebatur, quod nec in ullo veterum codd. comparet, quos ad manum habeo. Eadem socordia conciunum verborum ordinem inverterunt, et ex ἔκειτο plerique fecerunt ἔκειϑ' ὁ. Quantum fieri potuit caverunt tragici Poëtae in senariis a concursu eiusdem vel similis soni vocalium in fine versus et sequentis initio. Non scripsisset Sophocles ἐπεὶ δὲ γῆ ἔκειτο τλήμων, quum scribere posset ἐπεὶ δὲ γῆ τλήμων' ἔκειτο. Sed ex omni parte veram scripturam restituimus: ἐπεὶ δέ γ' ἡ τλήμων ἔκειτο, δεινὰ τἀνϑένδ' ἦν ὁρᾶν. B.

Nimis invenustus est articulus in extremo versu, facileque intelligitur, more tragicorum et poëtarum. porro τἀνϑένδ' elegantius eo loco ponitur, quo apud Aldum; veraque haud dubie est lectio codicis T. δεινά γ' ἦν.

1253. Fibulis olim utebantur mulieres Graecae, more Dorum vel Carum, donec male aliquando illis usae vestitum Ionicum usurpare iussae sunt. vid. Herodot. lib. 5. Monuit Dacer.

1255. οὐκ ὄψοιντο. sic liquido vetustissimi et optimi e nostris codd. A. D. ut et T. ex Triclinii recensione, tametsi Tur-

nebus edidit. ὄψοιτό, nulla alterius lectionis facta mentione. Sane nemini non liquet plurale poëtae praeferri debuisse; quum proxime sequantur duo verba pluralia ὄψοιντο, γνώσοιντο. Alias si primum solum esset, tam bonum esset ὄψοιτο, quam ὄψοιντο, siquidem a neutro plurali pendet ἄρθρα. Est autem οὐκ ὄψοιντό νιν οἷα ἔπασχεν, pro οὐκ ὄψοιντ' οἷα αὐτὸς ἔπασχεν. Vide quae notavimus ad Comici Concion. 1125. Graecis acceptum habent hoc schema Comici Latini, apud quos frequentissimum est. Sic Plautus Rud. II. 3. 59. *eam veretur, ne perierit.* B. Coniecerat etiam Iohns. ὄψοιντο.

1258. ὀψοίαθ'. Quaerit hic aliquis, qui Oedipi oculi, modo nihil visuri dicti, nunc dicantur visuri οὓς οὐκ ἔδει: quae quum contraria sibi ac proinde absurda videantur, pro ὀψοίαθ' is reponit ὀσσοίαθ', quod quidem ego longe ineptissimum esse aio. Ut *cogitaret*, ut *imagines sibi fingeret* Oedipus, minime necessarium erat, ut sibi foderet oculos. Nam Telemachus ὀσσόμενος πατέρ' ἐσθλὸν ἐνὶ Φρεσὶ, caecus non erat: acute vero, si quis alius, cernebat Iupiter ille, qui θνητοῖς ἀνθρώποισι κάκ' ἔσσετο θυμῷ. Nisi quis invita Minerva criticam exerceat, antequam locum aliquem veteris poëtae emendare aggrediatur, verborum non singulorum solum vim ac potestatem, sed usum tropicum, idiotismos linguae, et sensum universum perspexisse debet. Ut supra v. 416. βλέποντα σκότον, *cernentem caliginem*, tantumdem valet ac *cernentem nihil*: ita hic ὄπτεσθαι ἐν σκότῳ, *videre in tenebris*, nihil aliud est, quam *non videre*. Dicit ergo Oedipus, oculos suos in posterum *visuros in tenebris* οὓς οὐκ ἔδει, *quos non oporteat*: quid vero? *eos* nempe, *quos non oporteat in tenebris videre*: id est, *eorum adspectu privatum iri, quos videre maxime sit iucundum*: scilicet liberos suos. B. quin coniugem et liberos. M.: ἐν σκότῳ — ὀψοίαθ', per tenebras viderent, i. e. omnino non viderent. Sic τηλόθεν εἰσορῶν, Philoct. 447, e longinquo videns, pro non videns, ὡς τις ἀΐδᾳ παρακείμενος ὁρᾷ, ib. 836. (?) videt ut aliquis apud inferos, i. e. non videt.

Βλέφαρον κέκλεισταί γ' ὡς κατηλείου θύραι,

apud Polluc. 7, 193. ex Sophoclis Phineo, palpebra clauditur, ut popinae fores, i. e. non clauditur. cf. Antig. 708.

1259. ἀφυμνῶν. ἤγουν δυςφημῶν. Eustath. ad Iliad. Z. p. 634.

1263. Aldus edidit: ὄμβρος χαλάζης αἵματος ἐτέγγετο, sensu nullo aut pravo, et metro vacillante. In T. αἵματός τ' ἐτέγγετο. Istud τε fulciendo versui insertum, superscriptum est in E. a secunda manu. Ceteri codd. in Aldina lectione consentiunt. Aut verbi compositi praepositio excidit, et scribendum ἀτετέγγετο, quod praetuli: aut loco copulae, quae hic locum non habet, inseri debuit γε, vt v. 289:

ἀλλ' εἴ τι μὲν δὴ δείματός γ' ἔχει μέρος.

ita hic legi poterat

ὄμβρος χαλάζης αἵματός γ' ἐτέγγετο.

Sed prius longe praefero. Est autem χαλάζης dativus pluralis, cuius ambiguitatem sustulit librarius membran. nostrarum, ι perspicue subscripto. Nihil hic intellexit auctor veteris glossae, qui ὁμοῦ interpretatus est συνεχῶς. Immo valet σύν. Ordo est: ἀλλὰ μέλας ὄμβρος ὁμοῦ χαλάζαις αἵματος ἀτετέγγετο. Diversa sunt μέλας ὄμβρος, humor ex oculis manans, et χάλαζαι αἵματος, grandines sanguinis, id est crebrae sanguinis guttae: opponuntur hae ταῖς μυδώσαις φόνου σταγόσι, quae minus quid significant: *Nec lentam tabi saniem emittebant, sed largifluo lacrimarum imbri mistae sanguinis grandines decidebant.* Venustum est hoc schema, quo res augetur minoris negatione. Sic in Ai. 608.

οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς
ἥσει δύσμορος· ἀλλ' ὀ-
ξυτόνους μὲν ᾠδὰς
θρηνήσει — B.

Dure explicantur, secundum Triclinium, verba μέλας ὄμβρος, neque admodum placent χάλαζαι αἵματος. apte ὄμβρος dicitur χαλαζῆς, i. e. χαλαζήεις, quo vehementissimus indicatur imber.

M.: ἐτέγγετο, fluebat. vid. ad El. 118. Cui assentior, retinendum esse ἐτέγγετο, modo assumto γ' ex Brunckii coniectura.

1265. συμμιγῆ κακά. Sic libri omnes, non sine vitii suspicione. Vix dubito, quin scripserit Tragicus συμμ. πέλει. B.

M. coniiciebat οὐ μόνου πάθη, ne invenuste repeteretur κακά. Verisimilius, ni fallor, nos.

1268. De lustrationibus vid. ad Electr. 70.

1275. M. malebat οἷς ἠρ., obnoxius diris, quas ipse denuntiaverat.

1279. εἰσέψει. gl. ϑεάσῃ. B.

1280. οἷον καὶ στυγοῦντ' ἐποικτίσαι. gl. καὶ τὸν μισοῦντα ἐλεῆσαι. Eadem sententia in Ai. 893.

ὡς καὶ παρ' ἐχθροῖς ἄξιος θρήνων τυχεῖν.

et in Tyrone Frag. XV.

κείνην ἀνοικτίρμων τις οἰκτείρειεν ἄν. B.

1282. ὅσ' ἐγὼ προσέκυρσ' ἤδη. Verbum προσκύρω fere solet cum tertio casu construi. Hic autem quartus adiungitur. Sic saepe composita verba casum adsciscunt, quem regit vel simplex verbum, vel praepositio. Resolvenda phrasis ad hunc modum: πρὸς ὅσα ἐγὼ ἤδη ἔκυρσα. Hesych. προσκύρει, προσεγγίζει. B.

1284. M. confert 258. et Antigon. 1308. μείζονα valet μειζόνως, grandius, vehementius, i. e. terribilius, ut passim valet μέγας. μείζενα μακίστων, maiora maioribus, i. e. maxime terribilia. μεῖζα periphrasis est personae. vid. ad Oedip. Col. 770.

1285. μακίστων. Dorica μάσσων μάκιστος adhibent Tragici pro μείζων μέγιστος. Sic noster Phil. 825. Eurip. Hippol. 826. τὰ μάκιστ' ἐμῶν κακῶν. Aeschyl. Prom. 634.

μή μου προκήδου μᾶσσον, ἢ ὡς ἐμοὶ γλυκύ.

Persis 438.

λέξον τίν' αὖ φῂς τήνδε συμφορὰν στρατῷ
ἐλθεῖν, κακῶν φέρουσαν ἐς τὰ μάσσονα.

Ibidem 705.

πολλὰ μὲν γὰρ ἐκ θαλάσσης, πολλὰ δ' ἐκ χέρσου κακὰ
γίγνεται θνητοῖς, ὁ μάσσων βίοτος ἢν ταθῇ πρόσω.

Ex his exemplis liquet, veterem scripturam male immutatam fuisse a Triclinio, qui μηκίστων dedit, hosque versus foede interpolavit. Perperam in C. κακίστων, eadem menda, quam sustulimus in Euripidis loco modo citato. B.

1287. δύσταν'. Perperam Aldus δύστανος. In seq. v. δύναμαί σ' ἐθέλων distincte exhibet B. In reliquis ut apud Aldum σε θέλων. B. Dorismi melicis conveniunt, non iambicis au-

anapaesticis. rescripsi igitur δύςτην' et mox item δύςτηνος, γῆς, πλήμων, φθογγή.

1288. v.

— — πέλλ' ἀνερέσθαι,

πελλὰ πυθέσθαι, πολλὰ δ' ἀθρῆσαι·

nempe ἀθρῆσαι, adhibitum μεταφορικῶς, alius explicavit per πολλὰ ἀνερέσθαι, alius per πολλὰ πυθέσθαι, quae deinde in versus irrepserunt.

1291. v. πᾶ μοι. Sed vid. ad 1287. sententiae quoque aptius ποῖ.

1292. πέτεται. Aldus διαπέταται, sicque pars codd. Alii διαπέπταται. Unus E. διέπταται. Unice verum esse quod dedimus metri ratio arguit. Atticum autem πέτεται praetulimus vulgari formae πέταται. gl. διέρχεται. B.

Apparet, librarios voluisse διαπέταται, quod minime spernendum. Reponendo διαπέτεται defungi poterat B. quod fecimus.

στοράδην. sic recte M. pro vulgato φοράδην, quod de gestatione baiulorum dicitur, parumque hic convenit. Catullus, eodem admonente, 61, 74: Roseis — labellis palans sonus abit. ἰὼ scribi pro eo quod v. legitur, ὦ, quicum saepissime permutatum est, versus flagitabat, qui est dochmaïcus. quod non assecutus B.

1297. δυςεύριστον. vid. supra ad 677. M. v. ἀδάμαστον, inconcinne.

1301. φορεῖν. Sic A. B. recte. Alii cum Aldo φέρειν. Vide Valckenarium ad Hippol. 316. B.

1303. v. τόν γε, inconcinne. Ald., quem sequitur B., ἐμέ, minus bene.

1304. φεῦ in Aldina contra metri rationem geminatum est. B.

1309. v. ὦ φίλοι, refragante metro. Sequor Turnebum.

1310. Aldus edidit, ut in plurimis codd. scriptum est,

ὁ καλὰ τελῶν,

ἐμὰ τάδ' ἐμὰ πάθεα.

At in membr. et in C.

ὁ κακὰ κακὰ τελῶν
ἐμὰ τάδ' ἐμὰ πάθεα.

Vox κακὰ repeti debuit: eam alii librarii omiserunt, alii praepostere posuerunt. B., qui edidit: ὁ κακὰ τ. ἐμὰ. κακὰ τάδ' ἐμὰ πάθεα. sed hoc balbutire est.

1315. v. δή ποτ' legitur pro δῆτ', inconcinne quidem.

1319. τὸν ὄλεθρον μέγαν. Codd. omnes, ne T. quidem excepto, dant, ut Aldus, ὀλέθριον. Quidam pro μέγαν habent μέγα. Turnebus recte ὄλεθρον. B.

1323. ἀναγνῶναί ποτ' ἄν. Sic plurimi codd. Aldus et membr. ποτὲ sine ἄν. B.

1324. Male B., Aldo obtemperans, reduxit ὃς ἀπ' ἀγρίας. glossatori debetur illud ἀπ', ex sequentibus petitum, quo metrum corrumpitur.

1325. ἔλυσέ μ', ἀπό τε Φόνου. Aldus et codd. pars, omisso pronomine, quod hic supprimi non debet, ἔλυσεν ἀπό — In B. ἔλυσ' ἔμ' ἀπό — C. eam scripturam exhibet, quam repraesentavi. Verum sunt omnes itidem depravatae. Ut metri constet ratio, et hic versus antithetico suo 1310 congruat, scribendum μ' ἔλυσ', ἀπό τε Φόνου. Sic quadrant duo versiculi, qui paeonici sunt:

κακὰ τάδ' ἐμὰ | πάθεα
μ' ἔλυσ' ἀπό | τε Φόνου. B.

νομάδος, pastoritiae, ποιμενικῆς. Sic νομάδες sunt pastores Clem. Alex. strom. 5. p. 729. M. At a patre, non a pastoribus vinctus fuit Oedipus. Legitur autem v. ἐπιπεδίας, quod ferri posset, quamvis frigidum, ubi comparaveris cum 1013 et 1427, nisi intercederet νομάδος, quod cum pendeat, reponendum procul dubio ἐπίπολος, i. e. πρόςπολος, ut, νομάδος pro νομάδων accepto, senex ille Corinthius dicatur servus gregarius, i. e. pastor. pastor enim fuit, quam emendationem versus quoque exoscalatur. cf. 1302. Ceterum in ἔλυσε intellig. ex sequentibus ἀπό.

1330. ἦλθον, i. e. ἦν. sic passim ἔρχεσθαι, ἥκειν, similia. vid. Abresch. ad Aeschyl. Agam. 476. infra 1461. 1489.

1345. ἀΦίμερος. Non Aldus solum et codd. omnes habent, sed Turnebi etiam editio. In H. Stephani officina operarum

incuria excusum fuit ἐφήμερος, quae menda in plerasque subsequentium editionum manavit. B.

1349. τῶν, i. e. ὧν, qualis articuli usus pro relativo frequens apud Aeschylum in iambicis, rarior apud Sophoclem, in Euripide, ni fallor, nullus. Sic et Oedip. Col. 55.

1350. τραφείς. Perperam Iohnsonus vertit *enutritus*: neque hoc verbo innuitur amor, quo Thebani Oedipum fovebant, quod anonymo Britanno in mentem venit. τραφεὶς valet διατρίψας, ut recte exponitur in glossis. Sic τροφὴ, διαγωγὴ, διατριβὴ in Oed. Col. 362. B.

1355. τούτους ὁρᾶν, nempe τοὺς Θηβαίους. In D. T. τούτοις, ut Turnebus edidit. B.

1357. οὐκ ἂν ἐσχόμην. Perperam Aldus una voce ἀνεσχόμην, ut in veteribus plerisque codd. scriptum est. Alii ἠνεσχόμην. — τὸ μὴ 'ποκλεῖσαι. Haud minus bene scribi poterat sine elisione, ut est in D. τὸ μὴ ἀποκλεῖσαι. In unam syllabam coalescunt η α. Sed utro modo scribatur, perinde est. In nullo codice reperi τὸ μὴ οὐ 'ποκλεῖσαι, ut legendum esse sibi persuasit nuperus editor Pentalogiae Io. Burtoni, tamquam si in hac loquendi formula voces τὸ μὴ non negarent, nisi adscita altera negatione οὐ. At tamen apud Comicum in Nubibus 1084. legitur:

ἔξει τινὰ γνώμην λέγειν, τὸ μὴ εὐρύπρωκτος εἶναι;

ubi si οὐ inferciatur, doceri vellem quì in pedes suos dividenda sit clausula τὸ μὴ οὐ εὐρύπρωκτος εἶναι. Permulti sunt versus, ubi salvo metro et euphonia οὐ inseri posset in hac formula, quod tamen contra librorum fidem facere nolim. Antig. 27. 234. Aeschyl. Prom. 235. ἐξηυρισάμην βροτοὺς

τοῦ μὴ διαρρᾴσθεντας εἰς Ἀιδου μολεῖν.

Euripides Alcest. 705.

σὺ γοῦν ἀναιδῶς διεμάχου τὸ μὴ θανεῖν. B.

1362. ὡς ἔδειξά μή ποτε. Ut tertio ante hunc versum ἵν' ᾖν valet *ut essem*, ita hìc ὡς ἔδειξα μή ποτε, *ne umquam ostenderem*. ὡς enim hìc valet ἵνα, ut recte expositum in glossa. Imperite Heathius particulam ἄν inserit. Vide quae notavimus ad Aeschyli Prom. 155. et Eurip. Phoenissas 214. Comicus in Conc. 151.

ἐβουλόμην μὲν ἕτερον ἂν τῶν ἡδάδων
λέγειν τὰ βέλτισθ', ἵν' ἐκαθήμην ἥσυχος.

Idem in Pace 135.

οὐκοῦν ἐχρῆν σε Πηγάσου ζεῦξαι πτερὸν,
ὅπως ἐφαίνου τοῖς θεοῖς τραγικώτερος. B.

1364. πάτρια. gl. πατρῷα. De harum vocum differentia et usu promiscuo vide Luciani Interpretes ad Soloecistam p. 561, B.

1366. κάλλος κακῶν. gl. ἔξοχον τῶν κακῶν, ἤγουν περιφανὲς κακόν. Eustathius ad Iliad. P. pag. 1097. Παροιμιῶδες τὸ, κακῶν δέ κε φέρτερον εἴη, ἀντὶ τοῦ ὡς ἐν κακοῖς κάλλιον. ἐντεῦθεν Σοφοκλῆς παραξέσας ποιεῖ τὸν Οἰδίποδα λέγοντα περὶ αὐτοῦ, ὅτι κάλλος κακῶν ὑπουλον ἐξεστράφη, ἀντὶ τοῦ ἐν κακοῖς μέγα καὶ περιφανές. εἴη δ' ἂν ὅμοιόν τι καὶ τὸ, καλόν γ' ὄνειδος σπαργάνων ἀνειλόμην. Vereor ut haec bene acceperit Eustathius. Equidem κακῶν malim cum ὑπουλον iungere, ut sit οἷον ἆρ' ἐμὲ κάλλος ἐξεθρέψατε ὑπουλον κακῶν, id est ὑπὸ τὸ προφαινόμενον κακὰ πολλὰ κρύπτον. B.

1367. v. κακός τ' ὢν κἀκ κακῶν, male: nam Laïus et Iocasta minime κακοὶ dicendi. augetur dedecus, si quis probis parentibus natus male se gerat. cf. Antig. 38.

1370. τοὐμὸν αἷμα — πατρός. enallage, ut supra 1246. M. De hoc loco consentio, de illo minus. cf. Antig. 783. Ai. 175.

1372. ὑμίν. gl. παρ' ὑμῖν. B. Sed hoc friget, neque exemplis probatum est. locum alloquitur, tanquam personam.

1373. ὦ γάμοι, γάμοι. Hunc locum citat Longin. de Sublim. 23., isto exemplo observationem illustrans, ὅτι ἔσθ' ὅπου προσκίπτει τὰ πληθυντικὰ μεγαλορρήμονέστερα, καὶ αὐτῷ δοξοκοπτόντα τῷ ὄχλῳ τοῦ ἀριθμοῦ. — Deinde prolatis sex versibus addit: πάντα γὰρ ταῦτα, τὰ μὲν ἓν ὄνομά ἐστιν, Οἰδίπους, ἐπὶ δὲ θατέρων Ιοκάστη. ἀλλ' ὅμως χυθεὶς εἰς τὰ πληθυντικὰ ὁ ἀριθμὸς συνεπλήθυσε καὶ τὰς ἀτυχίας. Confer not. ad v. 361.

1375. ἀνεῖτε. Secunda pluralis aor. 2. ε in ει mutato, pro ἄνετε. Sic in tertia plurali occurrunt ἀνεῖσαν, καθεῖσαν, μεθεῖσαν, παρεῖσαν. In Eurip. Ione 1189. legendum ὡς ὁ' ἀνεῖσαν ἡδονήν: ut in Bacchis 684. καθεῖσαν κόμας. Priore in loco perperam edidit Musgravius ἀνῆσαν. B.

1376. v. Πατέρας, ἀδελφούς, παῖδας, Νύμφας, γυναῖκας, μητέρας τε, quasi flagitium esset, gigni pueros, qui fratres cum sint, progressu temporis uxores ducant, parentesque fiant, vel puellas, quae iusta aetate nubant pariantque. crimen fuit, eundem et patrem esse et fratrem filiumque item coniugis (πατέρας ἀδελφούς, παῖδας νύμφης), eandemque et uxorem esse viri et matrem. de usu plurali pro singulari vid. supra ad 1230, 1234.

1384. μὴ δείσητε. vid. P. Victorii Var. Lect. 5, 4. B. Neque meum contactum prae metu piaculi contrahendi fugiatis: nostrae enim labes tam ingentes sunt, ut cum aliis communicari non possint. M. quin dicit Oedipus, tam graves esse suas labes, ut eas ferre ipse quidem possit, malis edoctus, sed Thebanorum nemo ne adspicere quidem valeat. cf. 1287.

1385. πλήν γ' ἐμοῦ. Sic recte D. In reliquis libris media particula omissa, quam inserere amant Attici poëtae ante σ post syllabam longam in ν desinentem. πλήν γε frequentissimum est. B.

1392. Codd. alii οὔθ' ὡς γελασθῆς — οὔθ' ὡς ὀνειδιῶν. Alii οὔθ' — οὐδ' — Membr. Aldo consentiunt, quem sequimur. B.

1396. ἄγος, scelestum. vid. ad 1232.

1397. τὸ μήτε γῆ, μήτ' ὄμβρος ἱερὸς, μήτε Φῶς, προσδέξεται, i. e. cuius nec terra neque aqua corpus recipiat, neque aether animum. Statuerunt quidem Anaxagoras veteresque physici, duo esse rerum creatarum principia, coelum sive aetherem (Φῶς) ac terram, nihilque interimi, sed in suum quidque genitale corpus resolvi. Euripides:

Χωρεῖ δ' ἑκάστῳ τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φῦντ' εἰς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
Βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν.

vid. Valck. diatribe de fragm. Eurip. 45 sqq. Noster vero Empedoclis aliorumque veterum, in his Aegyptiorum, sequitur traditionem de 4 rerum elementis: nam uno nomine, Φῶς, ignem et aërem comprehendit.

1402. De spe se decidisse Oedipus dicit, utpote quem non extra urbem occultari vel occidi, neque omnino malis affici,

quamvis opprobriis lacessitus, sed intus abdi, Creon iubeat. vid. 1380.

1404. πρὸς σοῦ, οὐδ' ἐμοῦ. *e te tua, non mea.* *Dicam quae tua magis quam mea intersit fieri.* Sic Trach. 471. δεῖ γὰρ καὶ τὸ πρὸς κείνου λέγειν. Comicus Vesp. 647. μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι. Lucianus T. I. p. 255. τοῦτο μὲν ἅπαν ἀγαθὸν καὶ πρὸς ἐμοῦ λέγεις. B.

1408. ἔδρασ' ἄν, εἰ τοῦτ' ἴσθ' ἄν. Sic distinctum est in libris omnibus recte. Euripides Med. 940.

οὐκ οἶδ' ἄν, εἰ πείσαιμι· πειρᾶσθαι δὲ χρή.

Et Alcest. 48.

λαβὼν ἴθ'· οὐ γὰρ οἶδ' ἄν, εἰ πείσαιμί σε.

In his ἄν pertinet ad οἶδα, non ad εἰ. B.

1421. v. Ἀλλ' ἔα με, pravis numeris, corruptaque sententia: nam repetendum ἔστυ ἀξ. saepius sic peccatum. vid. Ant. 95.

1423. ζῶντι. Sic bene Toupius Cur. nov. in Suid. p. 103. Libri omnes mendose ζῶντε. B.

1424. οἵ μ' ἀπωλλύτην, *qui me perdere voluerunt.* Verba saepe non tam actionem significant, quam consilium seu voluntatem agendi. In El. 305. πράσσων Scholiastes exponit ἐπιχειρῶν πράττειν. In Oed. Col. 969. κτείνοι, *occidere velit.* In Comici Pace 212. ἐκείνων πολλάκις σπονδὰς ποιούντων, id est ποιεῖν ἐπιθυμούντων. B.

1427. v. ἐσώθην, μὴ 'πί τῳ δ. κ., mendose. satis δεινῶν κακῶν pertulerat Oedipus.

1429. ἀρσένων. Sic recte in B. D. E. T. Perperam in reliquis, ut in Aldina, ἀῤῥένων. B.

1433. v. Α, ο. π. ἡ 'μὴ χ.: satis inepte: nam si Oedipi ista mensa fuit, ipse sane accubuerit. similiter erratum 1310.

1436. ταῖν μοι μέλεσθαι. Sic bene scriptum in D. Glossa τούτων. Aldus et reliqui codd. mendose αἷν. Vide supra ad 1061. B.

1439. v. Ἰ. ὦ γονῇ γενν., frigide, noveque etiam usurpato verbo γονή.

1444. ἐκγένοιν ἐμοῖν. Sic bene scriptum in B. Vulgo ἐγ-

γόνοιν. gl. τῶν ἐμῶν παίδων. Vide quae notavimus ad Comici Equites 786. et Valckenar. ad Phoen. p. 390. B.

1447. τέρψιν, ἣ σ' εἶχεν πάλαι. Sic scriptum in B. E. T. August. In A. D. ἣν εἶχες πάλαι, ut Aldus edidit. In C. nescio quid fuerit: in fine mutilus est et desinit in 1428. Turnebus edidit, ἧς εἶχες πάλαι. Aldi lectio nihil aliud est quam nostrae interpretatio. B.

Legitur v. γνοὺς τὴν παροῦσαν, quae sic interpretatur B.: sciens, quam dudum huius oblectamenti desiderio tenearis. Sed modo se id cupere dixit Oedipus. quare M. coniecit παρουσῶν, nos ταῖν παρουσαῖν. Fraudi fuit librariis h. l., sicut passim, iotacismus dictantis.

1460. κεκλαυμέναι. cf. Aeschyl. Cho. 455. et 729. M.

1463. τίς οὗτος ἔσται; τίς παραῤῥίψει, τέκνα. In E. τίς οὗτος ἔσται γ', ὃς παραῤῥίψει, τέκνα. Pessime vertit Iohnsonus, *Quis ille erit, qui ita abiiciet liberos?* τέκνα vocativus est, et παραῤῥίψει neutraliter adhibitum, ut fere solet ἀναῤῥίπτειν, subaudito κίνδυνον. B.

1464. ἃ τοῖς ἐμοῖς ἐστὶν, γονεῦσι σφῷν θ' ὁμοῦ δηλήματα. In impressis ἃ τοῖς ἐμοῖς γονεῦσιν ἔσται σφῷν θ' ὁμοῦ δηλήματα. Nec diversa est codd. scriptura. At ex ista lectione nullus rectus sensus elici potest. Quid enim sibi vult haec Iohnsoni versio? *quae meis parentibus tuisque simul adhaerent nocumenta.* Quorsum hic Oedipus mentionem faciat parentum suorum, quum suimet ipsius maxime meminisse debeat? Recte glossa, ἃ γονεῦσιν ὑμῶν καὶ ὑμῖν ὁμοῦ. Deinde cur futurum ἔσται de re quae iam exsistit, et certissime cognita est? Interpres ex vi sententiae *adhaerent*, non *adhaerebunt* vertit. Poëtae manum restituisse mihi videor, et sensum adsecutus fuisse: 'ἃ τοῖς ἐμοῖς ἐστιν, nempe πράγμασι, vel ἐγγενέσι: γονεῦσι σφῷν θ' ὁμοῦ δηλήματα, pro γονέων καὶ σφῷν. Dativus pro genitivo, quod frequens est. Vide quae notavi ad Eurip. Phoen. 85. Apollonium III. 862. Comici Thesmoph. 1054. B.

1472. Φθαρῆναι male vertit Iohnsonus *mori*. Φθείρεσθαι significat πλανᾶσθαι, quod ipse Oedipus statim ostendit, quum quarto post versu subiicit μὴ σφε περιΐδῃς ἀλωμένας. Hoc sensu

occurrit φθείρεσθαι apud Euripidem in Helenae versu, quem citavimus supra 67. In Electra 234.

οὐχ ἕνα νομίζων φθείρεται πόλεως νόμον.

et passim. Vide Abreschium ad Aeschylum p. 207. et nos ad Comici Concion. 248. B.

1475. μὴ σφε περιΐδῃς. Certissima est Dawesii emendatio, quem vide Miscell. crit. p. 268. περιΐδεῖν est *spernere, negligere*, quod flagitat sententia. Depravate libri omnes παρΐδῃς, claudicante versu, nec satis bene ad sententiam. Nihil frequentius apud quosvis scriptores Graecos verbis περιΐδεῖν, περιορᾶν, περιόπτεσθαι. Exempla satis multa e Comico protulit Dawesius. In Lys. 1019. νῦν δ' οὖν οὔ σε περιόψομαι γυμνὸν ὄνθ' οὕτως. Lysias edit. Reiskii p. 145. αἰσχρὸν περιΐδεῖν οὕτως ἀνόμως καὶ βιαίως ὑβρισθέντα τὸν νεανίσκον. p. 163. μή με περιΐδητε ἐκ τῆς πατρίδος ἀδίκως ἐκπεσόντα. p. 184. μὴ περιΐδητε ἐπὶ τούτῳ γενόμενον. B.

1480. σῇ ψ. χ. Fidei datae hoc pignus erat. Vid. Eurip. Med. 21. Heraclid. 508. Helen. 847. M.

1482. νῦν δὲ τοῦτ' εὔχεσθέ μοι. De veritate lectionis dubitandum non est; quam temere docti simul et indocti homines solicitarunt coniecturis ne dignis quidem, quibus immorer; pessime autem reddiderunt interpretes. Tenendum quod in minoribus scholiis traditur, εὔχεσθε hîc passive sumi. τοῦτ' εὔχεσθέ μοι, ταύτης τῆς εὐχῆς τυγχάνετε ἀπ' ἐμοῦ. Raro sic εὔχομαι adhibetur, nec forte alterum exemplum proferri possit. Sed novator, si quis alius, in verbis Sophocles, apud quem plurima occurrebant, ceteris omnibus poetis indicta: et haec ratio est, cur tam multa ex eo enotarunt veteres Grammatici. B.

At levior est Scholiastarum auctoritas, quam ut, ea contenti, plane inusitata approbemus. quorum e numero est εὔχεσθαι passive adhibitum. nec tanto molimine videtur opus esse: siquidem εὔχεσθαι, pariter atque αὐχεῖν, saepe dicitur pro cogitare, in animo habere; et (quod magis h. l. placet) pro vovere, sancte promittere, ut vovere iubeantur virgines, se semper ibi et cum talibus victuras, ubi et quibuscum opportunum sit. quo nihil aptius et sibi convenientius dicere pote-

rat infelix, utpote qui eo maxime laborabat, quod vixisset quo loco minime eum oportebat, Thebis, parentumque, miserrimo commercio, alterum occidisset, alteram duxisset.

1487. οἵσθ' ἐφ' οἷς σὺν εἶμι. Sic scribendum. εἶμι hic valet πορεύσομαι. Codd. et impressi εἰμί. Glossa in B. supplet ἐνθυμήμασι. In D. ἤγουν ἐφ' οἷς ἔχω τὴν ἐμὴν διάνοιαν. Prava scriptura falsae interpretationi locum dedit. ἐπὶ cum dativo conditionem notat, ἐπὶ τούτοις, *hac lege, hac conditione:* ἐφ' οἷς, *qua lege, qua conditione.* Comicus in Pluto 1068. οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις εἰσίω. Vide ibidem 1000. 1141. Lysistr. 251. Ran. 589. B.

1488. Perperam Aldus ἀπ' οἴκων, ut est in membr. a prima manu, superscripta sincera lectione: γρ. ἄποικον. Pars codicum male πέμψης. B.

1489. θεοῖς γ' ἔχθιστος. Sic membr. Mendose Aldus αἴχθιστος. Ceteri codd. γε omittunt. B. De potestate verbi ἥκω vid. ad Oed. Col. 1317.

v. τεύξει τάχα. ΟΙΔΙΠΟΥΣ. φὴς τάδ' οὖν; satis inepte: nam timens cum dixit Oedipus, se diis invisum esse, inhumana est Creontis responsio, illum mox habiturum τοῦ θεοῦ δάσιν, quam gravissimam existimare poenam, consentaneum est. ambigue autem respondetur: Oedipum consecuturum τὰ αὐτοῦ (τὰ σά), i. e. ea, quae ipsi conveniant; quomodo passim dicuntur τὰ ἐμά, τὰ σά et similia. quod dictum incertus in bonam an in malam partem accipiendum sit, Oedipus recte quaerit, qualia ista sint, οἷα φὴς τάδε; recteque item Creon: ἃ μὴ φρονῶ etc. quae non intelligo, quae nescio, utpote dei responsionem adhuc incognitam, temere non loquor. cf. 556. τυγχάνειν cum accusativo, ut Aeschyl. Agam. 183. Cho. 707. cf. index. In apostropho saepius peccatum. vid. supra B. ad 1025.

1492. ταύτας. Sic codd. omnes. Perperam Aldus πάντας. Codd. aliquot ἔλῃς. B.

1494. Codd. omnes ultimos hos versus Choro adscribunt. Falso Scholiastes opinabatur eos ab Oedipo recitatos fuisse. λεύσσετ'. Male in B. D. λεύσετ'. B.

1495. ᾐδη. Male codd. et impressi ᾄδει. Vide Valckenarium ad Iliadis librum XXII. p. 55. B.

1496. v. ὅστις et τύχαις. M.: ὃν τίς — τῆς τύχης ἐπέβλεψεν;

1498. Frequentissima apud Tragicos sententia. Euripides Androm. 100.

χρὴ δ' εὖπετ' εἰπεῖν οὐδέν' ὄλβιον βροτῶν,
πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς,
ὅπως περάσας ἡμέραν ἥξει κάτω.

Troasi 513.

τῶν δ' εὐδαιμόνων
μηδένα νομίζειν εὐτυχεῖν, πρὶν ἂν θανῇ.

Vide Tyndarei fragmentum p. 51. Ovidius Metam. III. 135.

Ultima semper
Exspectanda dies homini: dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

Ausonius in ludo VII. Sapientum:

Spectandum dico terminum vitae prius,
Tum iudicandum, si manet felicitas. B.

ᾄδει. Sic Stanl. ad Aeschyli Sept. 778., probante etiam M. v. ἰδεῖν.

1499. v. ἀπισκροτοῦντα, quod male cum μηδέν' construas.

ANNOTATIONES
IN OEDIPI COLONEI ARGUMENTUM POSTERIUS.

V. legitur ἐν τῷ τεμένει τῶν Σεμνῶν Ἐριννύων. ex interpretatione fluxit Ἐριννύων: nam Furiae κατ' ἐξοχὴν dictae fuerunt αἱ σεμναὶ Θεαὶ, sive αἱ Σεμναί, vid. Stanl. ad Aeschyl. Eum. 1034. et infra ad 90.

Ad calcem argumenti vel in extremo catalogo legitur: προλογίζει (vel προλογίζει δὲ ὁ) Οἰδίπους: male: nam prologus hic quidem nullus est.

ANNOTATIONES
IN OEDIPUM COLONEUM.

De loco, cui nomen Κολωνὸς, videndus Meursius in Pagis Atticis, et Reliquorum Atticorum cap. VI. maxime vero Cicero in suavissimo exordio libri V. de Finibus, ubi *mollissimum carmen* appellat versus istos Oedipi requirentis, quemnam in locum pervenisset. B. vid. et supra Vit. Sophocl. ad verba δήμου Κολωνῆθεν, et infra ad 56.

V. 7. χὠ μακρὸς ξυνὼν χρόνος. Euphoniae ergo vocum ordinem inverti. Legitur vulgo χὠ χρόνος ξυνὼν μακρός. Perperam in T. pro ξυνὼν, παρὼν. B.

11. ὡς πυθώμεθα. Codd. et Aldus soloece, πυθοίμεθα. B.

13. χ' ἅ'ν ἀκούσωμεν. Membr. et Aldus copulam male omittunt. B.

14. v. π. μὲν, οἱ Πέλιν στ... ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρέσω, intellecto εἰσὶν in πρέσω. Insuavis in extremo versu articulus; sed ferendum utcunque hoc esset, nisi ipsa sententia lectionem sibi exposceret, a me inductam. M. ad h. l.: Distinguendum, inquit, post ὀμμάτων, siquidem vera est lectio. Moenia, quae urbem tuentur, procul absunt, quantum ex oculis coniicere licet: ὡς ἀπ' ὀμμάτων εἰκάσαι. nec sine exemplo foret εἰκάσαι vel tale quid supplendum a lectore relinqui: vide Ai. 385, Antig. 1137, quaeque notavit Toup. ad Suid. v. ὥς γ' ἐμοί. Verum huic sententiae (neque locus aliam pati videtur) repugnat rei veritas: non enim procul ab urbe aberat Colonus, ὁ Κολωνὸς, sed eam fere contingebat; quippe lucus Furiarum, ubi appulit primum Oedipus, Areopago contiguus erat, ψῆφον παρ' αὐτὴν, secundum Euripidem Iph. Taur. 976. Paria ex Pausania quoque colligas, qui Academiam, Platonis sepulcrum, Timonis μισανθρώπου turrem, Colonum, ut continuo se insequentia describit. Quanquam nihil opus his ambagibus: Thucyd. 8, 67: ἐς τὸν Κολωνόν· ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω τῆς πόλεως, ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα. cf. et Cic. de fin. 5, 1., qui non difficulter cum Thucydide conciliatur: potuit enim Quintus Colonum e longinquo videre. His positis, nemo, opinor, dubitaverit, quin mendosa sit vulgata lectio, veriorque ea, quam Schol. commemorat, ὡς ἀνομμάτῳ, πρέσω: longe hinc absunt, coeco utique homini, i. e. si tuae coecitatis ratio habeatur. [quid autem ad rem coecitas? eadem viae longitudo est, sive coecus, sive oculatus, profieiscatur. Editor.] nec obstat μακρὰ κέλευθος 283: ibi enim μικρὰ legendum esse, non μακρὰ, argumenta superius proposita evincunt.

Sic M., ceteroquin bene, nisi quod εὖ pro οἳ rescribendo res conficitur. Transposita vox librarios ita vexavit, ut mutarent lectionem. vid. ad Ant. 187. Ai. 34.

17. Menander apud Stob. serm. 55:

— Φέρει γὰρ, ὅσα θεοῖς ἄνθη καλὰ,
Κιττὸν, δάφνην. M.

Laurus Apollini sacra, olea Minervae, vitis Baccho, ut in vulgus notum est. vid. Spanh. ad Callim. Dian. 38, Potter. archaeol. 2, 2.

19. Κάμπτειν κῶλα, γόνυ, sedere, quiescere. vide Aeschylum

Prom. 32. 396. Apollon. Rhod. 1, 1174. B. Commemoratur a scholiasta alia scriptura, πάγου, scopuli, quod nihilo deterius vulgata. M.

20. ὡς γέροντι. intell. ἐν. Similiter usurpantur ὡς ἐμοὶ, ὡς ἰδόντι, locis prolatis a Musgravio ad 14. et infra 76. Integrum foret: ὡς ἐν γέροντι ἐςι, prout in sene est, i. e. in senis potestate.

23. ὅπου καθέσταμεν. Sic Vaticanus cod. teste Orvillio ad Chariton. p. 119. quod praeferendum videtur codd. nostrorum et Aldi lectioni ὅποι, licet hoc non prorsus sit damnandum. Latet enim in verbo καθέσταμεν motus significatio. Sic in Eurip. Bacchis 180.

ποῖ δεῖ χορεύειν, ποῖ καθιστάναι πόδα; B.

25. Hunc versum membr. cum Aldo Antigonae continuant: alii perperam Oedipo eum tribuunt. Libri omnes τοῦτον ἡμῖν mendose. Esset enim hoc pronomen ad χῶρον referendum, quod falsam efficeret sententiam. Quum enim locum nesciat qui sit, dicere non potest, se de eo a quovis viatore certiorem factam fuisse. Proinde legendum cum Heathio τοῦτό γ', scilicet *Athenas haud longe abesse.* B.

27. εἴπερ γ' ἐστὶν ἐξοικήσιμος. Membr. et Aldus εἴπερ ἔστι γ' — Alii codd. particulam γε prorsus omittunt. Nescio quid somniabat auctor notae ad hunc versum in nova editione Pentalogiae Io. Burton. In Aldina liquido excusum ἐξόικήσιμος. Proinde mirum non est a nullo editorum observatam fuisse lectionem, quae ibi non compareret. Si vero ἐνοικήσιμος in Aldina legeretur, operarum errori tribuendum id esset, nedum recipi deberet, contra metri legem, quae pyrrichium pro iambo non admittit. Lectorum patientia abutuntur, qui talibus ineptiis molem librorum augent. B.

28. Aldus ut A. B. ἀλλ' ἔστι μὲν οἰκητός. In T. μέν γ' — sed scribendum erat, ut edidimus, ἔστι μὴν — B.

32. ὡς ὤνηρ οὐδείς. In codd. ἀνὴρ sine articulo, sollemni librariorum errore. B. Ecce tibi virum. sic γυναῖκες αἵδε Eurip. Hipp. 296., ubi plura. M.

33. ἀκούων. Sic Aldus et veteres codd. Imperfectus est sermo ab hospite abruptus. Triclinius perperam ἀκούω. B.

35. τῶν pro ὧν. vid. ad Oedip. Tyr. 1349.

36. πρὶν νῦν τὰ — Sic membr. et Aldus. In B. πρὶν ἢ τὰ — B.

39. ἔμΦοβοι. gl. ἤγουν αἱ Φοβεραί. B. οὐδ' οἰκ., nedum ut habitetur. Sic ἄζεπτος, οὐδ' οἰκουμένη Philoct. 2. M.

40. Σκότου. In B. Σκότους. B. cf. infra 106. Aeschyl. Eum. 847. M.

41. Perperam vulgo post τίνων interrogationis signum positum, quod in fine versus poni debebat. B.

42. Vulgo legitur soloece, ὃ γ' ἐνΘάδ' ὢν εἶποι λεώς νιν. Optativus εἶποι absque particula ἄν hìc stare non potest: est autem participium ὤν prorsus otiosum. Manifestus est librarii error. — νὶν pro αὐτὰς a Scholiasta damnatur temere et imperite. Accusativus est utriusque numeri et trium generum. Vide Valckenarium ad Hippol. 1253. B. De Eumenidibus cf. Heyne ad Apollodor. p. 13.

44. τὸν ἱκέτην. Sic legendum, ut infra 264, 466, 984. Aldus et codd. τένδ' — Idem cum membr. ἵλεως mendose. In duobus aliis ἵλεω.; B.

45. v. γῆς leg. pro γε, merito improbante M. cf. 36, et 85.

48. τί δρῶ. In B. T. τί δρᾷν. ut etiam Scholiastes legisse videtur: nec deterius est. Bonus ille hospes rem ad populares *deferre* vult, ἐνδεικνύναι, ut sciat quid facto opus sit. Praegnans est phrasis: πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τοῖς δημόταις, ὥστε βουλεύεσΘαι αὐτοὺς τί δραστέον. B. τοὔξ. et hic abundat τὸ, de quo pleonasmo diximus ad Ai. 540. M.

52. τίς ἔσΘ' — Perperam in libris τίς δ' ἔσΘ' — B.

56. ὁ πυρΦόρος Θεός. Philostrat. de vit. sophist. lib. 2. in Apollonio Athen.: Ἰὼ ΠρομηΘεῦ δαδοῦχε καὶ πυρΦόρε. vid. et Eurip. Phoen. 1157. Aram Promethei in Academia sitam fuisse docet Pausan. in Attic. p. 75., ut vel hoc argumento perspicuum sit, non longe ab urbe abfuisse Colonum. vide ad 15. M.

57. χαλκ. ὁδός. Perperam v. ὁδός. vid. Schol. ad 1544. et lexicon in Ὁδὸς. B.

Brunckii emendationem confirmant etiam versus τινὸς τῶν χρησμοποιῶν, Scholiastae veteri laudati:

Βοιωτοὶ δ' Ἱππίοιο ποτιστείχουσι Κολωνὸν,
ἜνΘα λίΘος τρικόρωνος ἔχει καὶ χάλκεος οὐδός.

Ἱππίοιο enim et τρικέρωνος legendum puto pro vulgatis Ἵππιος et τρικάρανος, ut collis Neptuni Equestri designetur, et vetusti lapides i. e. montes. Ἱππίοιο τρισυλλάβως pronuntiandum, quomodo Αἰγυπτίων Odyss. 14. 263. 286. Apollodorus, teste eodem Scholiasta, in hoc Coloni loco descensum tradiderat esse in Tartarum,

Ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός,

Hom. Il. 8. 14. cf. Hesiod. Theog. 811, item 726 sqq. 741. 749. neque aliter ipse Sophocles infra 1615; aliique Proserpinam abreptam illuc a Plutone, memoriae reliquerant. vid. Schol. ad 1544. Tribuuntur autem a poëtis Tartaro limen, portae, fundamenta denique aerea; unde satis declaratur loci nomen, etiamsi non credas Scholiastae, μέταλλα χαλκοῦ fuisse in Colono. cf. 1545. Intelligendum igitur limen Tartari, ubi habitant Eumenides, aerato instructum fundamento, fortasse columnis aereis, ut Hesiodo placet Theog. 746. 778., quae in Tartarum usque descendant, ipsiusque Athenarum urbis aptissime vocentur ἔρεισμα, ut bene monet eruditiss. censor Observationum critt. in Sophoclem, Euripidem, Antholog. graec. et Ciceronem Clar. Lud. Purgoldi in *Biblioth. der schönen Wissenschaften* 1803. 67, 2. qui locus in Colono nunc ὁ χαλκοῦς οὐδός, nunc ἡ χαλκῆ ὁδός, i. e. κάθοδος, rectius tamen et solennius priore nominum horum, appellatus fuerit.

Ceterum alius Coloni locus Neptuno sacer cogitandus, alius Palladi, alius Prometheo, alius denique Eumenidibus, in quo versatur Oedipus, septentrionem versus, qui quidem locus omnis audiisse videtur ab isto limine ὁ χαλκοῦς οὐδός, ut itidem coniicit doctissimus Purgoldi libri censor, ita ut vorago illa Tartarea non in scena fuerit, sed brevi itinere a theatro disiuncta. vid. 1541 — 1544.

58. αἱ δὲ πλησίον γύαι. Sic recte B. T. Ita membr. ut in impressis pepperam, οἱ δὲ πλησίοι γύαι. B. nomen γύη pro masculino plerumque usurpari apud poëtas, velut Eurip. Heraclid. 842, ubi vid. plura in hanc rem, monet M., quare οἱ servandum. Iamque πάντες 61. recte refertur ad τοὺς γύας.

59. τὸν ἱππότην. In libris τόνδ' ἱππότην perperam, eodem librariorum errore, quo supra 44. τόνδ' ἱκάτην. et 52. τίς δ' ἔσθ' — B.

De hoc heroë Colono aliunde non magis scio, quam de Halone supra in Vita.

61. ὠνομασμένοι. Mendose vulgo ὠνομασμένον, quod quidem membr. etiam exhibent a prima manu, sed superscripta nostra lectione. B. ὠν. Κολωνιάται δηλονότι. Schol. repetendum τὸ τ. τοὔν. κοινὸν, intellecto κατά.

71. καταρτύσων μολεῖν. Sic membr. et Aldus cum Suida in καταρτύζω. Perperam ceteri μόλοι, quod e fine praec. versus a supino librario repetitum. B. Schol. κατ., παρασκευάσων, ἐντρεπίσων. qui confert Odyss. δ', 782 et λ', 438.

74. ὁρῶντα. Tropice, *caligine non obvoluta, perspicua*, ὁρώμενα. Sic saepe activam verbi formam pro passiva adhibet Sophocles, ut infra 1558. παντὸς ὁρῶντος, pro ὁρωμένου. Trachin. 193. τὸ ποθοῦν, pro τὸ ποθούμενον. Oed. T. 947. κεύθει, pro κεύθεται. B.

85. v. pro δυστυχὴς legitur τῆσδε γῆς, male concurrentibus genitivis. Iotacismus librariis fraudi fuit.

87. ἐξέχρη. gl. ἐμαντεύετο. B.

90. Σεμναὶ Θεαὶ, κατ' εὐφημισμὸν, αἱ Ἐρινύες, ὥςπερ αἱ αὐταὶ καὶ Εὐμενίδες ἐκαλοῦντο. ἦσαν δὲ τρεῖς. Σεμναὶ θεαί. οὕτως καλοῦσιν Ἀθηναῖοι τὰς Ἐρινύας. *Photii Lex. Ms.* B.

91. κάμψειν. Membr. et Aldus κάμπτειν. gl. καταλῦσαι, τελειῶσαι. B. Eurip. Hippol. 87. τέλος κάμψαιμι — βίου. M.

92. οἰκήσαντα. Sic Aldus et codd. omnes. Turnebus edidit οἰκήσοντα. B.

94. παρηγγύα. Perperam Aldus, ut membr. a prima manu, παρεγγύα. B.

97. Schol. Ms. κατὰ διάνοιαν, Φησὶν, ἐξ ὑμῶν ἐνταῦθα ἀφῖγμαι. πτερὸν γὰρ, τὴν πτέρωσιν τῆς διανοίας, ἢ οἰωνόν. Aliud: Πτερὸν, ἢ οἰωνὸς, ἢ πτέρωσις τῆς ἐμῆς διανοίας. B.

Πτερὸν pro avi nonnunquam dictum ostendimus ad Eurip. Herc. fur. 510. verum avis, ὄρνις, cum figurato sensu omen significet, non alienum erat a Sophoclis magniloquentia, eandem quoque vim πτερῷ tribuere. ὄρνις hac potestate adhibetur Pindar. Pyth. 4. 1. M.

99. πρώταισιν ὑμῖν. Sic bene legitur apud Suidam in Νηφάλιος θυσία. Perperam in codd. nostris, ut in impressis ὑμῶν. Quin peius adhuc in T. πρώτοισιν ὑμῶν. B.

101. ἀσκέπαρνον. gl. ἄξιστον, ἀκαλλώπιστον. ὡς καὶ ἄνω (19.) ἔφη, ἐπ' ἀξέστου πέτρου. B.

102. ὀμφάς. gl. μαντείας. — πέρασιν, τελεύτωσιν. B.

105. μόχθοις λατρεύων. Sic Prometheus apud Aeschylum, Prom. 976.

Κρεῖσσον γὰρ οἶμαι τῇδε δουλεύειν πέτρᾳ,
Ἢ πατρὶ φῦναι Ζηνὶ πιστὸν ἄγγελον. M.

Lenius aliquanto est ἔργοις ἀνοσίοις ὑπηρετεῖν, impietati servire, 263.

111. ὧδε δή τινες — Sic B. T. In membr. οἵδε δή, ut Aldus edidit. χρόνῳ παλαιοί. gl. γέροντες. B.

113. κρύψον με πόδα. pro πόδα μου. Vide ad Oed. T. 696. B.

118. ναίει, i. e. ἀναστρέφεται, versatur, ut mox 130. ἐκτ. συθ. pro ἐκ τρόπου συθείς. M.

v. — συθεὶς, ὁ πάντων,
Ὁ πάντων ἀκορέστατος;

sed friget verborum ὁ πάντων repetitio. Respondere iubetur Oedipus.

121. λεύσσεις νιν; interrogative. Aldus et membr. λεύσσατ' αὐτόν. Alii λεύσσετ' αὐτόν. Perperam, ut ex antistrophico versu liquet. B.

122. προσφθέγγου. In B. T. προσπεύθου, quod haud deterius est. B.

123. v. ἐγχώριος, refragante versu.

128. στόμα nonnunquam est vox vel sermo, ut infra 957. Ai. 1074. Orest. 592. M.

130. λόγος οὐχ ἅζονθ'. Basis anapaestica, ut antistrophicus versus 157. λίγον εἴ τιν' ἔχεις. Unde liquet vitiosam esse vulgatam lectionem οὐδὲν ἅζονθ', quam adgnoscit tamen Eustathius p. 694. Triclinius inepte, sed salvo metro, οὐδὲν ἄγονθ'. B.

133. ὁρῶ. *Video*, id est *percipio*. Verbis videndi, quum sit is sensus omnium nobilissimus, reliquorum sensuum perceptiones declarantur. Sic Aeschylus S. Th. 103. κτύπον δέδορκα. Alexis Comicus apud Athenaeum p. 134. A.

Τοῦτο γὰρ νῦν ἐστί σοι
ἐν ταῖς Ἀθήναις ταῖς καλαῖς ἐπιχώριον·

ἅπαντες ὀρχοῦνθ' εὐθὺς, ἢν οἴνου μένος
ὀσμὴν ἴδωσιν. B.

136. Haec v. praeponuntur chori verbis, correpta τοῦ Φατιζόμενου syllaba extrema, quod per metrum non licet; nam quod vult Terentianus Maurus, in voce ἰὼ et similibus vocalem ι tanquam consonam pronuntiari, aures non praebeo. Sensit Heath.

138. v. πρέσβυς, claudicante versu. amat antiqua Noster.

139. οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι πρώτης. ἤγουν οὐ τῆς πρώτης μοίρας τῶν εὐδαιμονιζομένων. ἀλλὰ δηλαδὴ τῆς ἐσχάτης. Eustathius p. 479. ubi huius schematis plurima exempla profert, quibus utitur Gatakerus Opp. T. I. p. 215. B.

143. ὥρμουν. metaphora a navibus, quae ὁρμεῖν dicuntur, cum rudentibus vel anchoris in statione firmantur. Hinc Demosth. p. 519. οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμεῖ τοῖς πολλοῖς, ubi ego quidem suppleverim ἀγκύρας: non eandem rerum suarum anchoram habet quam populus. Eurip. Med. 775. ἐκ τοῦδ' ἀναψόμεσθα πρυμνήτην κάλων. Usitata igitur metaphora ὁρμεῖν ἐπί τινι perhibetur, qui totus ex aliquo pendet, quemadmodum Oedipus ex Antigona, grandis natu ex puella, ἐπὶ σμικροῖς μέγας. M.

147. v. ὡς ἐκεικ., eodem sensu, sed metro perdito.

148. τάςδ' ἀρ. quo referri articulus possit, non video, nisi fortasse synonyma fuerint ἀρὰς et Ἐρινύας, quod multa suadent. Aeschyl. Sept. 70. 961. Agam. 1128. Eum. 332. Ibid. 420. Eumenides diserte de se narrant, Ἀρὰς se vocari in terra. cf. Virgil. Aen. 12, 845.

Sic fere M., ceteroqui bene, nisi quod obscurus mihi non videtur articuli h. l. usus.

ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοί. Sic Aldus et codd. veteres. Verum pro ἐμοὶ legendum ἡμῖν, ut metra congruant. Versus antithetici sunt:

λεύσσεις νιν; προςδέρκου.
ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἡμῖν. B.

151. vid. infra 448. sqq. M.

153. τῷ, quocirca. Ald. et membr. τῶν. In B. τόν. utrumque mendosum. B.

155. v. ἐρατύει vel ἐρητ. correxit M.

158. Perperam in Ald. ἀπ' ἀβάτων ἀποβὰς, metro corrupto. B.

162. κοὐκ ἄκοντας. [sic Turneb.] Mendose in Ald. ἀκούοντας. B. Ἀκούοντας retinendum esse, vidit M., sed scribendum quoque fuit εἰπόντας pro vulgato εἴκοντας; nam qua in re, quaeso, Oedipo et Antigonae cesserunt Colonei? Familiaris ista Atticis in hoc genere forma est. cf. 176 — 79, 1253. Aeschyl. Sept. 542.

165. πιστεύσας. Vulgo σοὶ πιστεύσας. Pronomen, a mala manu additum, non adgnoscit B. B.

168. v. Ἔτ' οὖν; ἔτι προβῶ; ex interpretatione, quod metrorum ratio declarat: nam haec usque ad 233. strophica sunt, non monostrophica, ut vulgo accipiuntur. Legitur quoque inconcinne: ἐπίβαινε πρόσω.

169. v. προςβίβαζε. Correxit Vir doctus apud Iohnsonum.

171. v. μὰν, ἔπε' ὧδ' ἀμ. κ., π., ᾇ σ' ἄγω, itidem ex glossa.

172. v. ξείνης et τλᾶμον, corruptis metris.

175. v. καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι, inconcinne, nam strophicus versus pherecrateus est, qualis post glyconios inferri solet.

1178. σῶς ἴσθ' — Sic bene Ios. Scaliger, teste Valckenario ad Hippol. 304. Subauditur participium, quicum imperativus ille ἴσθι fere iungi solet, ut in Oed. T. 1160. ἴσθι δύστοτμος γεγώς. Codd. et impressi σῶν ἴσθ' — Inepta glossa in T. ἡγοῦν σῶον ἐμέ. B.

1180. v. τ. μ. παρείς, inaudita forma, quod nec Musgravium fugit. B. vertit: mediocri haud contentus.

1181. σκ. φυλ. Ita ed. Ald. Interponunt αἰεὶ edd. Turn. et Steph., refragante metro. Dicitur autem σκαιοσύναν φυλάσσειν, ut θυμὸν, γλῶσσαν, νοῦν τρέφειν, Ai. 1088. Antig. 1071. M.

1182. v. κατ. ἔσται. sed recte M. ἔστ' αι (quod fuerit ἐστὶ) frigidiusculum arbitrabatur, cui fortasse sufficienda sit vox αἰεὶ in versum antecedentem intrusa. quod feci.

1186. ὁπότε γ' ἄν τις. Sic legendum metri gratia. Aldus ὁπότ' ἄν τις. B. Sane sic utcunque conveniunt numeri: sed vide quam male digerantur versus:

— — τὰ τέρπον-
τα δ' οὐκ ἂν ἴδοις, ὁπόταγ' ἄν τις —

ita ut a finalibus verborum syllabis, quae quidem breves sunt, incipiant; quod vitium boni poëtae vitare callent. Nempe librarii, compendium vocis ποτὲ non assecuti, exararunt ποτ' ἄν, moxque, glisconte corruptione, ὁπότ' ἄν pro ποτὲ, ὅταν.

1188. Τοῦ θέλοντός. i. e. τοῦ θέλειν, quomodo τὸ βουλόμενον usurpatum ostendit M. ad Eurip. Iphig. Aul. 1280., qui frustra tentat τοῦ σθένοντος, hoc sensu: voluptates non cernas, postquam aliquis diutius vixerit, quam robur et valetudo duraverit. Sic τὸ θυμούμενον ira Eurip. Hecub. 299, τῷ χαίροντι τῆς ψυχῆς Plutarch. vol. 2. p. 1089, E. 1098, D., τὸ ἐπιθυμοῦν et τῷ αἰσθανομένῳ ibid. 1092, F., 1093, A., quae loca protulit M., neque aliter Vauvillerio laudatus Thucydides ἐν τῷ μὴ μελετῶντι p. 95. et τοῦ ὑπατιέναι μᾶλλον ἢ τοῦ μένοντος p. 349.

Ceterum v. legitur ο ἔπι κόρος, sed in schol. ο. ἔπι κοῦρος, unde veram lectionem restituit M. Θάνατος apte dicitur μοῖρα ἰσοτέλεστος Ἅιδος.

1192. Hanc sententiam antiquae fabulae Sileno tribuebant, qui quum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, *non nasci homini longe optimum esse; proximum autem, quamprimum mori.* Ita Cicero Tuscul. I. 48. ad quem locum vide quae collegit Io. Davisius. Perperam in libris ἐπεὶ φανῇ. B. Iohnson optime comparat Theognidis v. 417. sqq. Gnomic. Brunckii:

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
Μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου·
Φύντα δ', ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι,
Καὶ κεῖσθαι πολλὴν γαῖαν ἐφεσσάμενον.

1198. v. τίς πλάγχθη πολύμοχθος ἔξω; corrupte: siquidem a recto aberrare dicimur, non a pravo, quale est stultitia. B. pro arbitrio vertit: quia effugit multiplices labores. M. tentabat πλιχθῇ, fugiat, a πλίσσομαι, quam vocem illustrat Schol. Aristoph. ad Acharn. 217., et in ἔξω recte intelligit ex antecedentibus τῶν ἀφροσυνῶν, quomodo dicitur ἐκτὸς τῶν ἐωθότων νοημάτων Herodot. 3, 80. ἔξω τοῦ φρονεῖν Eurip. Bacch. 853. τοῦ πάθους ἔξωθεν ὄντα Plutarch. 2, 466., ἔξω τῶν ἐπιθυμιῶν ἐγένετο Athen. p. 552, F, τοῦ τῆς πόλεως ἤθους καὶ τῆς ἐμῆς πολιτείας ἔξω τὸ πρᾶγμα εἶναι δοκεῖ Liban. vol. 1. p. 574, ἔξω τῶν εἰωθότων Aristid. tom. 1. p. 386, et audacius Philoctet. 878: ἔξω τοῦ φυτεύσαντος.

Πλαγκτὴρ πολύμοχθος descriptio est hominis.

1201. v. abest ἄν, labante versu. M. malebat αὖ, quod minus convenit. ἐπιλέλογχεν ἄν, advenire solet, nam non omnibus annuitur.

1203. Eustathius ad Il. K. p. 790. χαλεπότητες δὲ γήρως ἑτεροῖαί τε φαίνονται, καὶ ὁποίαν δὲ ἐκτίθεται Σοφοκλῆς φράσας οὕτω. Ἀκρατὲς, ἀπροσόμιλον γῆρας, ἄφιλον, ἵνα, τουτέστιν ὅπου, πρόπαντα κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ. ὧν ἓν λέγει, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν οἰκείων ἀμελεῖσθαι τὸν γέροντα. ὁριμέως δὲ ΑΚΡΑΤΕΣ ἐκεῖνος γῆρας φησὶν, οὐ τὸ ἀκόλαστον, ἀλλὰ τὸ ποιοῦν πάρεσιν, ὡς μὴ ἔχειν τὸν γέροντα κρατεῖν ἑαυτοῦ. B.

1204. κακὰ κακῶν. Suidas: κακὰ κακῶν. Διοκλῆς Βάκχῃ,

Πλυνεῖτε κακὰ τῶν κακῶν ὑμᾶς, —

ubi metrum forte fulciendum legendo: π. ἔτι κακὰ etc. cf.

Philoct. 66. Trachin. 335, 522. Τ' ἀγαθὰ τῶν ἀγαθῶν epigr. Incerti Anthol. p. 20. An et huc pertinet τέχνην τεχνῶν, καὶ ἐπιστήμην ἐπιστημῶν Iuliano citatum p. 183, A.? M. Ita vero censeo. Ceterum sic et nostrates: *der Gott der Götter*, *das Uebel der Uebel*, i. e. summus deus, summum malum.

1211. v. ἀελίου, versu laborante.

1212. μέσσον scripsi pro μέσσαν, Atticorum more, de quo vid. Valck. ad Phoen. 523. Alias metrum vix expediatur.

1213. νυχίαν. Non de nocturno tantum tempore dicitur, verum et de locis quibuscunque tenebricosis. Schol. Apollonii Rhod. ad 3, 846. νύκτα τὸν ἀφώτιστον τόπον φασί. — Ῥιπᾶν. Rhiphaei montes satis noti. Ῥίπας aliquando dictos esse, non adeo pervulgatum est, ut vel eo nomine locus Aristotelis mereatur afferri ex Meteorolog. lib. 1. cap. 13. ὑπ' αὐτὴν δὲ τὴν ἄρκτον ὑπὲρ τῆς ἰσχάτης Σκυθίας, αἱ καλουμέναι Ῥῖπαι, περὶ ὧν τοῦ μεγέθους λίαν εἰσὶν οἱ λεγόμενοι λόγοι μυθώδεις. In iis fontes Tanaïs esse fingit Lucanus 3, 273. Eustath. in Odyss. p. 843. ὄρος, Ῥῖπαι. M.

B. vertit: aliae nocturnis splendentibus astris. Sed regiones designantur, unde adveniant semper calamitates, non tempora, quibus accidant.

1216. ἀστακτὶ, affatim, lacrimis utique non stillantibus, sed pleno rivo fluentibus. Hesych.: ἄστακτον, οὐ καταστάζον, ἀλλὰ ῥύδην. Suidas: ἀστακτὶ, πολυστακτὶ, πολυδακρύτως. Τὸν νεκρὸν παραπέμπων ἔκλαιεν ἀστακτί. Philostrat. Heroic. p. 714. ὅ τε Πρωτεσίλεως ἀστακτὶ δακρύει. M. Scribendum erat ἄστακτά, eodem sensu, nam ὶ finale adverbii ἀστακτὶ, quod hic legitur v., productum habemus 1600. Ceterum vid. index in ί.

1224. γέρων πίνος. Sic legendum esse [ex Scaligeri coniectura], apud eruditos constat, non πόνος, quod codd. nostri iuxta impressos exhibent. Infra 1551. ἕλυσε δυστινεῖς στολάς. Hoc post alios monuit etiam Toupius, Addend. in Theocritum p. 394. ubi in sup. v. legendum esse statuit:

ἐσθῆτι σὺν τριᾷδέ γ', ἧς ὁ δυσφιλὴς —

quia vulgatum τῆς ab Atticorum auribus alienum est. Scilicet ille legem Atticismi comprobatam volebat, quam condi-

derat Io. Piersonus Verisimil. p. 74. Verum commentum hoc iamdudum merito explosum fuit. Attici poëtae articulum praepositivum vice articuli relativi, ὁ pro ὅς, τοὺς pro οὕς adhibent passim. Vide Marklandum ad Suppl. 858. et nos ad Aeschyli S. Th. 37. Persas 776. Tanta est apud Sophoclem exemplorum copia, ut res extra omnem dubitationem posita sit. Vide supra 284. 723. Oed. T. 1034. (?) 1349. 1397. Antig. 1068. Trach. 47. 716. Phil. 14. B.

1226. ᾄσσεται. Hinc intelligitur, verbum ἀΐσσω sive ἄσσω revera esse activum. quod monuit Porson ad Eurip. Orest. 1427. M. confert Hom. Il. γ', 368. ἠΐχθη παλάμηφιν, Oppian. Halieut. 3, 426. Ἐς μυχὸν ἠΐχθησαν.

1228. θρεπτήρια. Hoc nomen plerumque mercedem altoribus debitam significat, hic vero ipsa alimenta. B.

1229. ἄγαν ἐκμανθάνω. In B. T. inserta particula γε. Vide ad Oed. T. 434. B.

1231. τοῦτο μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ. Sic ex vi sententiae legendum. Vulgo τἄλλα μὴ 'ξ ἄλλων πύθῃ. Aldus mendose πάθῃ, nullo addicente e nostris codd. B.

Recte interpungendus, non emendandus, fuit locus. Ait Polynices, ceteris nominibus, τἄλλα, se vituperandum esse, tanquam pessimum, nisi quod iam reverentia sibi debeatur illa, qua miseri gaudere solent.

Frustra etiam M. τἀμὰ pro τἄλλα reponebat, sententia corrupta. De significatu verbi ἥκειν, qui h. l. obtinet, vid. infra ad 1317.

Μὴ ἐξ ἄλλων πύθῃ proverbialis formula est. Sic etiam Elect. 1237., ut monet V., μηκέτ' ἐξ ἄλλων πύθῃ.

1233. αἰδὼς, reverentia, quae miseris debetur. Eurip. Heraclid. 461.

Πολλῆς γὰρ αἰδοῦς κἀτυχὴς τις ἂν τύχοι.

cf. Herc. fur. 300. Alcest. 1003. Hom. Il. ω. 44. et haec notio poëtis fere propria est, ut recte observat M., quae melius huic loco convenit, quam si clementiam vel misericordiam interpreteris.

1235. προσφορὰ, *exprobratio*. Hanc vocem perperam interpretantur Scholiastes et Heathius. B.

1242. δυςπρόσοιστον. Perperam in B. T. δυςπρόσιτον. B.

1243. Quam dedimus ex Turnebo, horum versuum lectionem habent sine ulla varietate codd. omnes. Perperam Aldus, ὡς μήτ' ἄτιμον — οὕτως μ' ἀφῇ γε. B.

1245. χρείᾳ. pro διὰ χρείαν. Sic τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς Eurip. Supp. 1045. vid. et Hippol. 978. Bacch. 1120. M. passim sic usurpatur dativus.

1247. κατοικτίσαντα, significatione transitiva, *misericordiam moventia*: ut δυςχεράναντα, *molestiam creantia, offendentia*. Pro τέρψαντα Turnebus perperam e Triclinio τρέψαντα. B.

1252. τῆςδε τῆς γῆς. Aldus et membr. τῆςδε γῆς. B.

1253. λέξαι τ' ἀκοῦσαί τε. vid. de hac forma ad Oed. T. 162.

1254. v. ταῦτ', minus bene. De hoc futuri usu vid. ad Oed. T. 1056.

1256. ἃ, i. e. δι' ἃ. cf. 1273, 1365. M. Vide ad Trach. 135, ubi ἃ similiter usurpatum.

1259. Malit M. casu recto γονὴ γεραιτέρα. Hesych. γονὰς, τέκνα.

1265. ταύτῃ κλύω. Sic B. T. in aliis κλύων, male. In T. diversa lectio adposita ταύτην, quod nihili est. B.

1266. Ἄργος Δωρικὸν est Peloponnesus, quam supra 673. appellat Δωρίδα νῆσον, quae et priscis incolis Ἀπία dicta fuit. Vide Eustathium ad Periegetam 419, B. Recte in literis ad me datis monet humanissimus Phil. Buttmannus, urbem tantum huius nominis celeberrimam intelligendam esse, quam Doricam, i. e. Peloponnesiacam, Tragicus appellet, ut ab Argo Amphilochio discernatur.

1268. γῆς Ἀπίας [prima vocis Ἀπία longa]. Idem Peloponneso nomen apud Aeschylum Supp. 784., qui a medico quodam Api inditum fuisse docet eiusdem fab. 268. Accedit Pausanias p. 123, Tzetzes in Lycophr. 176. Apis huius meminit Clemens Alex. p. 383., ut et Eustath. ad Dionys. Perieg. 415. ex Arriano. vid. et Strabon. p. 371, D. Ob pirorum, ἀπίων, potius proventum sic dictam significare videtur Plutarch. vol. 2, p. 303, A.

Longior in his fui, quia alia etiam notione adhibetur aliquando γῆ Ἀτία [prima vocis Ἀτία correpta], velut infra. Homer. Odyss. η', 25, Τηλόθεν ἐξ ἀτίης γαίης. quod sic interpretatur Hesych.: ἐξ ἀπίης γαίης, ἀλλοτρίης, ἢ ξένης, ἢ μακρὰν εὖσης. Nec aliter Strabo p. 571, D. M. cf. 1639.

1270. ἐς Θήβας. Sic B. T., ut rursus 1290, quo posteriore loco ἐς membr. etiam habent. B.

1271. παυδίκως. i. e. πάντως. vid. ad Trach. 599.

1279. De divinatione ex avibus omnia fere dedit Spanhem. ad Callim. Lavacr. Pallad. 123. M.

De hisce heroïbus et Atalanta in vulgus nota sunt omnia. vidd. inprimis inttpp. ad Aeschyli Septem adversus Thebas et Euripidis Phoenissas.

1287. πιστός. i. e. de quo dubitari non potest, an Atalantae soboles necne sit. cf. Eurip. Herc. fur. 803. M.

1288. ἐγὼ δ' ὁ σός. Articulus hic ex indole linguae adesse debet. Male in libris ἐγὼ δὲ σός. B. τοῦ κ. Πο. Φυτ. cf. Eurip. Troad. 769. M.

1291. οἵ σ' ἀντὶ παίδων τῶνδε καὶ ψυχῆς ἱκετεύομεν. Pessime Iohnsonus vertit: *qui te pro filiis horum et salute supplicamus.* ἀντὶ idem valet quod πρὸς in obtestationibus: et παίδων τῶνδε ad nullas alias personas referri potest, quam ad praesentes Oedipi filias: *per hasce tuas filias et tuam salutem.* B.

1294. Perperam in plurimis editionibus excusum video τοὐμοῦ πρὸς κασιγνήτου. Crasis est τοὐμοῦ ex τὸ ἐμοῦ. At cum elisione τοῦ 'μοῦ est τοῦ ἐμοῦ. B.

1298. πρὸς θεῶν ὁμογνίων. Eurip. Androm. 915.

ἀλλ' ἄντομαί σε, Δία καλοῦσ' ὁμόγνιον.

Vide Lexicon. B. cf. etiam El. 413.

1301. οἰκοῦμεν, i. e. ζῶμεν. Lucian. de astrolog. ἀλλ' ἐν μιῇ ὥρῃ οἰκέουσι. M.

1302. ἐξειληχότες. Sic cum Valckenario lego, quem vide ad Hippolytum p. 251. Mendose in libris ἐξειληφότες. B.

1305. ξυμπαραστήσει. Turnebus ex Triclinio perperam dedit ξυμπαραστήσεις. Atticam formam, quam ubique reponimus, hic forte in codice suo repererat, pro qua Aldus dedit ξυμπαραστήσῃ. In membr. ξυμπαραστήσῃς. Verbum activum

est et transitivum συμπαριστάναι, quod exstat apud Pindarum Olymp. VI. 72.

τᾷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας πραΰμη-
τίν τ' Ελευθὼ συμπαρίστασέν τε Μοῖρας.

Hic vero neutra significatio obtinet, quae soli formae mediae inest. B.

1306. ξὺν ὄγκῳ καὶ χρόνῳ. Sic B. T. et membr. a prima manu, superscripta altera lectione, quam Aldus praetulit, καὶ πόνῳ. B.

1312. ἔκπεμψαι. In B. superscriptum ἔκπεμψον, nescio utrum pro varia lectione, an pro interpretamento. Sane praestat ἐκπεμψαι, *dimitte a te.* Eadem est vis verbi medii in Eurip. Androm. 826.

τέκνον, κάλυπτε στέρνα, σύνδησαι πέπλοις.

Ubi in antiquissimo cod. scriptum σύνδησον, quod non aliter probari possit, quam si legatur σύνδησον πέπλους. B.

1313. τῆςδ' ὁ δημοῦχος. In omnibus libris, articulo perperam omisso, τῆςδε δημοῦχος. B.

1316. οὐδ' ἄν ποτ' — id est οὐδέ ποτ' ἄν — Male in libris οὔτ' ἄν, quod qui retinuerunt, accipere saltem debuerunt pro οὔ τοι ἄν. B.

1317. ἀξιωθεὶς εἶσι. i. e. ἀξιωθείς ἐστι vel ἀξιοῦται, nam periphrasi τοῦ εἶναι eleganter inserviunt verba βαίνειν, ἔρχεσθαι, ἥκειν, ἰέναι, μολεῖν. vid. Oed. Tyr. 319, 1489, et supra 1145, quae loca suggessit Abresch. ad Aeschyli Agam. 522, quibuscum cf. huius fabulae 1231, ubi lapsi inttpp., et 1324, Philoct. 324, Elect. 867, 1160, Antig. 356, Aiac. 617, ibique Virgilii quaedam similia laudata, item B. ad Philoct. 181.

1318. τὸν τοῦδε βίον, i. e. τόνδε. vide supra ad 770.

1323. ἐν πόνῳ ταυτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κ. ἐ. vid. ad 1317.

1325. κλαυστά. Turnebus e Triclinio κλαυτά. Vide Lexicon in Ακλαυστος. B.

1326. Libri omnes τάδ', ὥςπερ ἄν ζῶ. Iohnsonus inepte, *sed mihi ferenda, sicut vivo.* Quod in membr. glossae loco superscriptum est, non significationem tantum particulae declarat, sed ipsissima est Sophoclea lectio. ἕως ἄν. Legendum itaque τάδ', ἕωςπερ ἄν ζῶ — Numquam adhibuerunt Attici

poëtae ὡς pro ἕως. Paucissima quae in contrarium adferuntur exempla, mendosa sunt, et facillime in integrum restituuntur. Vide quae notavimus ad Eurip. Phoen. 89. B. Φονεὺς figurate. vid. ad Oed. T. 521.

1331. v. pro ὦ τὰν, cuius elegans usus in responsionibus et obiectionibus, mendose legitur ἦ τ' ἄν. Similiter Latini suum bone vir usurpant.

1332. αἱ δ' ἐμαὶ τροφοί. Sic bene Aldus. In membr. τροφαί. In T. αἵδ' ἐμοὶ τροφαί. In B. ἐμοὶ τροφοί. B. Male Ald. αἱ δ'.

1333. τὸ συμπονεῖν. Sic tres codd. Aldus ξυμπονεῖν. B.

1335. εἰσορᾷ. Sic membr. et Aldus. In aliis νῦν ὁρᾷ. B. Phrasin illustrabit Pindari ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζωθάλμιος Olymp. 7, antistr. 1. Idem: λαγέταν τύραννον δέρκεται ὁ μέγας πότμος Pyth. 3, epod. 4. M. Saepissime sic ὁρᾶν similiaque verba adhibentur.

1338. κείνην ἐρείψεις. Sic Turnebus nescio unde: in Aldina et tribus nostris codd. κείνην ἐρεῖ τις. Bona est emendatio. B.

1340. Occasionem priorum imprecationum Oedipi narrat Scholiastes, prolato testimonio ex parva Thebaide. Res aliter narrata erat in Epico Cyclo, cuius versus ad hanc historiam pertinentes servavit Athenaeus L. XI. p. 465.

Αὐτὰρ ὁ διογενὴς ἥρως ξανθὸς Πολυνείκης,
πρῶτα μὲν Οἰδίποδι καλὴν παρέθηκε τράπεζαν
ἀργυρέην Κάδμοιο θεόφρονος· αὐτὰρ ἔπειτα
χρύσεον ἔμπλησεν καλὸν δέπας ἡδέος οἴνου.
αὐτὰρ ὃ γ' ὡς φράσθη παρακείμενα πατρὸς ἑοῖο
τιμήεντα γέρα, μέγα οἱ κακὸν ἔμπεσε θυμῷ·
αἶψα δὲ παισὶν ἑοῖσι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπ' ἀρὰς
ἀργαλέας ἠρᾶτο· θεὸν δ' οὐ λάνθαν' Ερινύν·
ὡς οὐχ οἱ πατρῷά γ' ἐνὶ Φιλότητι δάσαιντο,
ἀμφοτέροισι δ' ἀεὶ εἶεν πόλεμοί τε μάχαι τε. B.

1344. τοιῶδ' ἔφυτον. Mendose in Aldina τοιάδ' — B.

1347. Δίκη ξύνεδρος Ζηνός. Pindarus Olymp. VIII. 28. σώτειρα, Διὸς Ξενίου πάρεδρος Θέμις. Ad quem locum vide Schmidii notam. Supra 1267. Διὸς dicitur Iovis adsidere solio. B.

ἀρχαίοις νόμοις, secundum veterum opiniones. Ὁ μὲν θεὸς, ὥςπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος — εὐθεῖαν περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δὲ ἀεὶ ξυνέπεται Δίκη, Platon. p. 831, E. Clem. Alex. p. 499. vid. et fragm. Orph. 29. ed. Gesn. et Demosth. in Aristogitonem p. 772. M. νέμειν quidem alicubi significat putare, arbitrari, velut Oedip. T. 1059., sed similiter usurpari vocem νόμος, probandum erat. quanquam sic tamen praestare mihi quidem vulgata videretur explicatio.

1352. τὸ κοῖλον Ἄργος. vid. ad 357.

1367. οὐδὲ φωνῆσαί τινι. Sic optime Tyrwhittus, eodem sensu quo Polynices ipse infra 1394. οὐδ' ἀγγελοῖμεν φλαῦρα. Mendose vulgo φωνῆσαί τινα. B. In eandem lectionem coniectura incidit M.

1372. Aldus et membr. sic hunc versum exhibent:

μή τοι μὲ πρὸς θεῶν σφῶΐν γ' ἂν αἱ τοῖδ' ἀραὶ —

In B. σφῶν γ' ἂν αἱ τοῖδ' ἀραί. Turnebus e Triclinio dedit, σφῶΐν ἄν γ' αἱ τοῖδ' ἀραίς. Quae lectiones perinde sunt mendosae. σφῶΐν disyllabum Atticis poëtis prorsus inusitatum est. Veram lectionem minima mutatione restituimus, σφῷν ἐάν γ' αἱ τοῖδ' ἀραί — Pronomen σφῷν abundat, ut saepe μοι, σοι. *Si vobis patris huius dirae perficiantur.* Id est, *si quando patris huius diras eventu comprobatas videritis.* B.

Aut frigidum, neque usu comprobatum hac potestate, aut, quod peius etiam, ambiguum est illud σφῷν. quare recepi codicis B. lectionem σφῶν, vestrorum, ut per deos Thebanos obtestari sorores fingatur Polynices, quo augetur πάθος. Similiter poëtae passim, velut Euripides Phoen. 611., cum deos Argivos, non Thebanos, invocare iubetur Polynices.

1382. σέ τ' αὐτόν. Perperam in omnibus libris σέ γ' αὐτόν. Perpetua est harum particularum confusio. Initio seq. versus Aldus edidit ἀλλ' οὐχ οἷόν γε pro οἷόν τε. Ferri potuit v. 1275. αὐτός γ' ἐμαυτοῦ. B.

1383. Libri omnes soloece, πῶς γὰρ αὖθις αὖ πάλιν στράτευμ' ἄγοιμι — optativus potentialis particulam ἄν comitem requirit, et πῶς cum optativo sine ἄν graece non adhibetur. Tam putidum soloecismum nimis stolida patientia tulerunt Sophoclis editores. Vide indicem nostrum in Aristophanem voce ἄν. B.

1389. ἐς ὀρθὸν ἐκφέρεις. Sic cum Tyrwhitto lego. ὁρᾷς οὖν ὡς ἐκφέρεις ἐς ὀρθὸν τὰ μαντεύματα τοῦδε, ὃς — In libris ἐκφέρει sensu nullo aut pravo. B.

Ἐκφέρει, i. e. ἐκφέρεται, vel, Musgravio interprete, ἐξέρχεται. Bene Anglus eruditissimus: Sic ὁπότε τελεόμηνος ἐκφέροι — ἄροτος, cum annus integer exiisset, Trachin. 812. Homerus Il. ψ'. 758. ὦκα δ' ἔπειτα Ἔκφερ' Ὀϊλιάδης, ubi ἔκφερε valet ἐξέδραμε. Aristides tom. 2. p. 2. οὐ τοῖς ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἐξενεγκοῦσι παραδίδοται τὸ σύμβολον, ἀλλὰ τοῖς παρελθοῦσι. Vid. et Xenoph. pag. 547. Neque rarum est verba a φέρω composita transitivam potestatem deponere. Sic ὑπερφέρειν est anteire supra 983., Oed. Tyr. 376. Idem de ἀναφέρω, διαφέρω, προφέρω et συμφέρω obtinet.

Sic ille. cf. etiam Eurip. Alc. 603. τὸ γὰρ εὐγενὲς ἐκφέρεταί πρὸς αἰδῶ: quicquid generosum est, tendit ad pudorem. Potuisset quoque dicere ἐκφέρει. Sophocli inprimis activa plurima passive valent. qua de re passim monitum est in his annotationibus, velut ad Oed. T. 265. 420. 882. 1071. et inprimis supra ad 74.

1391. χρήζει, χρησμῳδεῖ. Subscribi non debuit ι iuxta auctorem Etymol. M. in χρήζω. Sed nescio an differentiam quam statuit veteres observarint. Verbum χρήζω ea significatione adhibet Euripides Helena 524. B.

1398. Ἔρρει μέλουσα, serio ad effectum perducetur. Eurip. Hel. 198. Ἰλίου κατασκαφὰν Πυρὶ μέλουσαν δαΐῳ. Hesych.: μέλω, ἐν ἐπιμελείᾳ εἰμί. M.

1400. v. εἰ τελεῖτέ μοι Θανόντ' ἐπεὶ etc. sed non eliditur τὸ ι dativorum singularis.

1401. v. ἐ. οὔ μοι ζῶντί γ' α. ἔ.: quoniam vivo praestare in posterum non poteritis, ridicule, quasi ista, quae a sororibus petit Polynices 1375, vivo praestari possent. ἔξεστον, complectemini, ut passim usurpatur ἔχειν. Eurip. Ion. 1452. Κρέουσα. Ἔτι φόβῳ τρέμω. Ἴων. μῶν οὐκ ἔχειν μ' ἔχουσα; Idem Iphig. in Taur. 827, sqq. Ἰ Φ. Ὦ φίλτατ' — ἔχω σ' Ὀρέσα —. Ὀ ρ. Κἀγώ σε, τὴν θανοῦσαν. Qua potestate h. l. adhiberi ἔξεστον, sequentia declarant, Μέθεσθε δ' ἤδη.

1408. εἴ σου στερηθῶ. Sic libri omnes. Nescio an, quia στερηθῶ futuri significatione hic adhibitum, tamquam στερηθήσομαι, particula εἰ locum obtinere possit. Alias certum est cum subiun-

ctivo rite eam non construi. Melius legeretur ἦν σου στερηθῶ. B. Bene vero se habet vulgata.

1410. σφῶν μή ποτ' ἀντῆσαι κακόν. Sic bene in T. In aliis κακῶν. Deterius in B. μήποτ' ἀνυστῆναι κακῶν, et ex emendatione. μή ποτ' ἂν στῆναι.

1411. πᾶσιν. vid. ad Oed. T. 40.

1414. κιχάνει. Amphimacer, ut Euripid. Alcest. 488 et alibi. M.

1416. v. abest δ', corrupto metro.

1417. Aldus et membr. ἐπεὶ μὲν ἕτερα τάδε πήματ' αὖθις αὖ-ξων ἄνω. At in B. τὰδ' ἐπ' ἤματ' αὖθις, quod depravatum videri possit e lectione, quam e Scholiasta erait Canterus Nov. Lect. VII. 11. τάδε παρ' ἦμαρ αὖθις. Forte verius esset ταῦτ' ἐπ' ἤματ' αὖθις. B.

Ἐπεὶ nec sententiae satis aptum est, et metrum exasperat. ἐπὶ pertinet ad αὔξων.

Χρόνος, inquit M., nonnunquam veteribus est deus rerum humanarum praeses. Pindarus Olymp. 2. epod. 1. Ἀποίητον οὐδ' ἂν Χρόνος ὁ πάντων πατὴρ δύναιτο θέμεν. Leontius in Anthol. p. 238. Χρόνος — παλάμῃ θῆκεν ἐπ' αὐτοφόνῳ. conf. fragm. incert. 7. El. 168.

Ἕτερα τάδε, mala huiusmodi, qualia minatus filiis erat Oedipus. Sic veteres (Valckenarium audis diatrib. in Eurip. perditor. dram. reliqu. p. 112.) ἕτερον et ἑτερόν τι per εὐφημισμὸν dicebant τὸ κακόν. quique causa mali Pythagoreis, Philolao, Timaeo, Archytae, ἀ κακοποιὸς ἀρχὰ, Plutarcho ὁ τῶν φαύλων δημιουργὸς, dicebatur et ἕτερος δαίμων. Plutarch. de Is. et Os. ed. Squir. p. 116. οἱ δὲ τὸν μὲν ἀμείνονα, Θεὸν, τὸν δὲ ἕτερον, Δαίμονα καλοῦσιν, ὥςτερ Ζωροάστρης. — Hinc calamitates et infortunia ἕτερος δαίμων Phalaridi epist. 12. Καλῶς et ἑτέρως opponuntur Demostheni de Cor. p. 150. §. 150. Platonem in Theaeteto p. 173. D. scripsisse: εὖ δὲ ἢ ἑτέρως τι γέγονεν ἐν πόλει, suspicor ex Iamblichi protr. c. 14. p. 84, 25.

Scriptor Rhesi 882., partim ex Valckenarii emendatione h.l.,

Τί ποτ' εὐτυχίας ἐκ τῆς μεγάλης
Τροίαν ἀνάγει πάλιν ἐς πένθη
Δαίμων, ἄλλως τι φυτεύων;

Ἄλλως τι scripsi pro vulgato ἀμέτρῳ: ἄλλο τι, cum Valckenario placuisset ἕτερόν τι, quod cur mutarint librarii, causa non appareret. Nihil enim obstat, quominus et ἄλλος interpretemur κακὸς, sicut ἕτερος, quomodo apud Euripidem ἄλλα dicuntur ea, quae rationi non sunt consentanea, et ἄλλως recte accipietur, ex analogia, pro κακῶς, ubicunque vertitur ματαίως, frustra, temere. Sic etiam Nessus Trachin. 830. audit ἀλλόθροος, malesuadus.

1421. δεῦρο Θησέα πέροι. Sic codd. omnes et ipse Triclinius. Imperite Turnebus versus sustentandi gratia ἂν inseruit, Θησ' ἂν πέροι. Scilicet ignorabat α finale accusativi nominum in εὺς apud Atticos semper produci. Vide Etymol. M. in Βασιλεύς. Suidam in Ατρέα. Clarkium ad Il. A. 265. B.

1425. ἐρείπεται. Enallage constructionis. vid. ad El. 118. et Trach. 14. M.

1426. Male Aldus contra metri rationem κτύπος ἄφατος ὅδε. Male etiam seq. v. ἐς δ' ἄκραν. Languidum sermonem reddit istud δὲ, qui per asyndeta longe melius procedit. Versus est dimeter paeonicus brachycatal. Strophicum interpolavit Triclinius: παρά γ' ἀλαοῦ ξένου. Quae facillima erat aequandorum metrorum ratio, eam non vidit hominis stupor. B. Bene Aldus ἐς δ' ἄ.: nam τῷ δὲ fulcitur versus. Vocis ὅδε posterior syllaba nata ex Δι—, quod ex metro intelligitur.

κτύπος Διόβολος. Eustathius ad Il. H. 479. Ἐκ τοῦ Ζεὺς σμερδαλέα κτυπέων, λαβὼν ὁ Σοφοκλῆς ἔφη τὸ, Μέγας κτύπος, ἄφατος, Διόβολος. ἐν οἷς δηλοῖ ἐκεῖνος, καὶ ὅτι βέλη Διός, οὐ μόνον κεραυνοὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ βρονταί. ὁμοίως καὶ τοὺς ῥαγδαίους ὑετοὺς, καὶ μάλιστα τοὺς χειμερίους, τοιούτῳ λόγῳ δύσομβρα βέλη λέγει. (Antig. 354.) B.

1428. v. οὐρανία, corrupto versu.

1429. ἀφήσει pro simplici accipiendum, ut passim. B. recte παραφράζει: quemnam portendit eventum?

1430. δέδια δ'. Sic recte T. et Turnebus ad metri rationem. Aldus perperam δέδια τόδ' — B.

οὐδ' ἄνευ. Sic bene Heathius. Male in libris οὐκ ἄνευ. B.

οὐκ recte servat V.: vehementior enim affectus in repetita negatione absque copula.

1435. Et hunc versum pessime interpolavit Triclinius:

πῶς οἶσθα τοῦτο; τῷ δὲ συμβαλὼν ἔχεις; B.

1438. v. ε

Ἔα, ἔα.

Ἴδου' μ. α. α.

quibus accommodans antistrophica Triclinius scripsit:

Ἰού, ἰού.

Ἰὼ παῖ, κ. τ. λ.

nam nullis in codicibus MSC. neque in Ald. comparent istae eiulationes ἰού, ἰού. sed verisimilius est, frequenti librariorum lapsu ἔα bis positum fuisse, et ἰὼ semel, cum illud semel, hoc bis, inferendum esset.

1439. v. δαΐμον. ruente versu. emend. Heath.

1440. Supplendum Φέροις ex sequentibus: Ἴλαος Φέροις, εἴ τε τυγχάνεις Φέρων. Ex M.

γᾶ ματέρι, patriae. Aeschyl. Sept. c. Th. 16. Τέκνοις τε, γῇ τε μητρί. M.

1441. ἀφεγγὲς, tenebricosum, i. e. aerumnosum. Hom. Il. δ', 117. μελαινάων ὀδυνάων, ubi Schol. εἰς βάθος διηκουσῶν, δεινῶν. Eurip. Phoen. 978. μέλαιναν κῆρ'. vid. et Aeschyl. Choëph. 49. et infra 1638. M. vid. etiam ad Oed. T. 1191.

1442. ἐναισίου δὲ συντύχοιμι. Sic Aldus et veteres codd. In T. ἐναισίῳ. Apud Suidam ἐναισίμῳ, in Kusteri editione: Mediolanensis habet ἐναισίῳ. Illud tuetur Toupius I. 135. sed ei nequaquam assentio. Verbum compositum saepissime casum adsciscit, quicum simplex construi solet. Vide quae notavimus ad Eurip. Or. 1291. cuius rei aliud illico se offert exemplum: ἀκερδῆ χάριν μετάσχοιμι, pro ἀκερδέος χάριτος. Vel, si mavis, μετάσχοιμι positum est pro σχοίην, et συντύχοιμι pro τύχοιμι. B.

Quae ad Euripidis locum profert Brunckius verba προσκύρω, ἐπαρκέω, ὑπαντάω, eorum alia est ratio, μετέχω vero accusativum rei saepissime adsciscit, praepositione pro adverbio accepta. συντυγχάνειν τινὸς, absque ellipsi, quis veterum dixerit, nosse cupio. Recepi igitur ἐναισίῳ, i. e. ἐναισίῳ πράγματι. B. vertit: Utinam cum pio converser. M., vulgata lectione servata, ἀνδρὶ subaudiebat: ἐν αἰσίμῳ δὲ συντύχοιμι τῷ ἀνδρὶ, prospere eveniat mihi, in hunc virum incidisse.

ἄλαστον, miserum, infelicem. Sic τέκνον ἄλαστε Callim. Lav. Pallad. 87. M.

1445. ἆρ' ἐγγὺς ὠνὴρ; Perperam libri omnes contra metri et sermonis legem, ἀνὴρ. Dixi supra vocem ἀνὴρ non aliter a Sophocle adhibitam fuisse, quam priore correpta. Praeterea ἀνὴρ sine articulo hominem quemcumque significat, ut si gallice diceres *y a-t-il un homme près d'ici?* sed quando de viro definito sermo est, linguae indoles articulum abesse non patitur. Olim voces plene, absque unius literae elisione pingebantur. Ubicumque ad pronuntiandi rationem scribimus ὠνὴρ, αὐτὸς, in antiquissimis Sophoclis exemplaribus exaratum fuerat O ANHP, O AYTOΣ, pro quibus serioris aevi minus docti librarii, ista per crasin legenda esse ignorantes, exararunt ἀνὴρ, αὐτὸς, omisso articulo, qui tamen in codd. nostris saepissime glossae loco adscriptus conspicitur. Quod autem dixi, certam et definitam personam non aliter nomine ἀνὴρ indigetari, quam si ei adiungatur articulus, id verum esse nulla non ostendit pagina, ubi casus obliquos articulus semper comitatur, τὸν ἄνδρα, τἀνδρὸς, τἀνδρί. Sic passim τὸν αὐτὸν, τοῖς αὐτοῖς, τοὺς αὐτοὺς reperias pro *eumdem, iisdem, eosdem;* numquam vero pronomen hoc sensu sine articulo. Quod in obliquis non admittitur, id in recto locum habere posse nemo sibi persuadebit. Optime in Eurip. Medea 769. Aldus ediderat οὗτος γὰρ ὠνὴρ, quod retinere debebam, ut et eiusdem dramatis v. 687. edere,

σοφὸς γὰρ ὠνὴρ, καὶ τρίβων τὰ τοιάδε.

In Rheso 122. sinceram scripturam exhibet cod. Florentinus teste Valckenario ad Phoen. p. 274.

αἴσων γὰρ ὠνὴρ, καὶ πεπύργωται θράσει.

Frequens est in Sophoclis exemplaribus haec menda, qua ne foedaretur haec editio, sedulo cavi. B.

1447. Hunc versum Aldus perperam Choro tribuit. B.

B. vertit: Quid habes, quod illius fidei concreduas? quem sensum vix, et ne vix quidem, e graecis elicias. M., locum corruptum statuens, reponebat τὸ πιυτόν: votum enim Oedipi fuisse, ut Theseus ipso mentis compote adveniret. sed bene habet vulgata lectio, virgine quaerente, quidnam id rei sit, cuius certum auctorem, qualem Theseum, desideret Oedipus. Cui re-

spondet ille, se de nihilo dubitare, sed gratias acturum Theseo et civitati Atticae.

1449. σφὶν, Theseo et civibus Atticis, ut bene monet V. cf. 1455.

ἥντερ τυγχάνων ὑπεσχόμην. Notanda hypallage, pro ἥντερ ἔτυχον ὑποσχόμενος. Vide Eustathius ad Il. Δ. p. 505. et Koenium ad libellum de Dialectis p. 35. B.

1450. ἰοὺ, ἰού. Has voces Triclinius addidit, ut antistrophe numero versuum par esset strophae. B. vid. ad 1438.

1451. ἐπ' αἰγιαλέν. Sine bene Heathius. Libri omnes ἐπὶ γύαλον. Nec idcirco, ut nupero editori Parisino videtur, scribi debuit ἄκρον, quia αἰγιαλὸν generis est masculini. Nam ἄκραν non magis ad αἰγιαλὸν refertur, quam ad γύαλον, quod et ipsum generis est neutrius: sed ordo est, εἴτε ἄκραν βούθυτον ἑστίαν ἐπ' αἰγιαλὸν ἀγίζεις. B.

Nec sententiae utilis, et metro plane inutilis, est Heathii correctio; verborum vero constructio, quae placebat Brunckio, dura mihi videtur, ut Vauvillerio potius auscultarim, ἄκρον reponenti. Nove autem, sed non insulse, dicitur ἄκρον γύαλον pro τὸ ἄκρον vel ἡ ἄκρα τοῦ γυάλου, i. e. editus in valle locus, collis, mons; quo fere modo Helvetii dicunt *eine Thalhöhe*. cf. 1508. Aras inprimis in lucis montibusque exstructas esse, constat. Ποσειδωνίῳ pro vulgato ἀμήτρῳ Ποσιδαωνίῳ legendum esse, vidit M. Ἐνάλῳ pro ἐναλίῳ, quod eodem nomine vitiosum est, G. Hermanno debeo. Ceterum apte Neptuno sacrificare fingitur Theseus, ut qui dei filius haberetur.

In ἄκραν haesit etiam M. An legendum, inquit, Ἀγρᾶν? Pausan. in Attic. p. 45. διαβᾶσι δὲ τὸν Ἐλισσὸν, χωρίον Ἄγραι καλούμενον, καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος. Meminit et Strabo p. 400. Nec spreverim Ἀρᾶν. vid. ad 148.

1454. Soloeca videtur oratio, ὁ ξένος ἑπαξιοῖ σε παρασχεῖν χάριν. Ex communi loquendi more dicere videtur debuisse, παρασχεῖν σοι καὶ πολισματι καὶ Φίλοις χάριν. Post ἑπαξιοῖ distinguendum est comma te: ἑπαξιοῖ σε καὶ πόλισμα καὶ Φίλους, ὥστε παθὼν παρασχεῖν δικαίαν χάριν. Perperam scripti et impressi libri πᾶθῶν. B.

1456. σπεῦσον. Hanc vocem non adgnoscunt veteres codd.,

in quibus hic versus mancus cum strophico non congruit. Defectum supplevit Triclinius. B.

Syllabas numerare satis habuerunt boni viri, Triclinius et B. Versum esse dochmium, ex stropha intelligitur, qui leviore negotio restituendus erat. οὖν absorptum a sequente vocula.

1458. ἐμφανὴς active interpretandum, ut sententia sibi constet: nam Oedipus non clamaverat. τοῦ, i. e. τίνος. cf. 1464.

1460. ἐπιῤῥ. Supplendum τυγχάνει. M. cf. Bos v. εἶναι.

1463. τῆσδ' ἔθηκα τῆς ὁδοῦ. Sic voces ordinandas, esse nemo non videre poterat. Inconcinne vulgo θῆκα τῆσδε τῆς ὁδοῦ. Attici rarissime augmentum omittunt, quo nulla hic poëtam adigebat necessitas. B. Piersoni est correctio.

1471. αἱ πολλὰ βρονταὶ διατελεῖς. Sic tres codd. Male Aldus αἱ πολλαί. Nec melius Turnebus τὰ πολλά. Neutrum plurale πολλὰ, ut saepissime, adverbii vicem sustinet. Glossa recte κατακολύ. Seq. v. στράψαντα dedi ex emendatione Io. Piersoni Verisimil. p. 139. Male vulgo στρέψαντα. B.

Rariusculum est στράπτω, sed habet Apollon. Rhod. 1, 544:

Στράπτε δ' ὑπ' ἠελίῳ φλογὶ εἴκελα, νηὸς ἰούσης,
Τεύχεα.

Idem 3, 1017 et 1215. Oppian. Cyneg. 3, 349. et 513. M.

1474. κρὺ ψευδόφημα. Perperam in B. T. ψευδόθυμα, quod mendose scriptum pro ψευδόμυθα; estque hoc glossema genuinae vocis. B.

1476. γήρως ἄλυτα, non significat ἄλυτα ἕως γήρως, ut perperam Scholiastes interpretatur, sed ὑπὸ γήρως μὴ λυτηθησόμενα: *quae senium nunquam sentient, quae nullo consenescent aevo.* Sic bene accipit Heathius, et miror a quoquam aliter accipi potuisse. B.

Vetus Schol. lectum fuisse olim testatur σῇ τε κείσεται, ex interpretatione.

1483. ἐξάγιστα. Recte vir multae doctrinae, I. G. C. Hoepfnerus, scholae Islebiensis decus, huc pertinere vidit Hesychii glossam: Ἐξάγιστα· πάντα τὰ ἱερὰ καὶ ἀφωσιωμένα, ἃ οὐχ οἷόν τε ἐκκομίζεσθαι τῶν ἱερῶν. ἔνιοι δὲ ἁγνὰ ἀπέδοσαν. Vid. eius observatt. in hanc fabulam inde a 1420 in *Neues Magazin für Schul-*

lehrer. Herausgeg. v. G. A. Ruperti und H. Schlichthorst. 3. Band. 1. *Stück.* p. 135.

1488. ἀΦικνῇ. Sic membr. et Ald. In aliis ἀΦίκῃ. B.

1492. οἰκῇ, pro διοικῇ. B. M. confert Eurip. Iphig. Aul. 331. et Toup. ad Suid. οὔτε σὺν πανωλέθροισιν, ubi proferuntur noti illi Sussarionis versus:

Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

1505. νερτέρα θεός, Proserpina. conf. Virgil. Aen. 4. in fine, Statium in Epicedio Glauciae. M.

1508. τὸν τελευταῖον βίον, i. e. τὸ τελευταῖον τοῦ βίου. Nisi malis τὴν τελευταίαν, βίον Κρ. κ. τ. λ. Τὴν τελευταίαν sc. ὁδόν. Noster Antig. 796. τὰν νεάταν ὁδόν. Trach. 855. τὴν πανυςάτην ὁδῶν ἁπασῶν. Simmias in Anthol. p. 267. πυμάταν εἰς Ἀχέροντος ὁδόν. M.

1513. τὰν ἀΦανῆ θεὸν, Proserpinam. Schol.

1516. λίσσομαι μήτ' ἐπίπονα. Sic recte codd. veteres et Aldus. ἐπίπονα neutrum plurale pro ἐπιπόνως. Versus dimeter est trochaicus catal. ad quam metri formam antistrophicus revocandus est. B.

v. legitur:

Ἀϊδωνεῦ, Ἀϊδωνεῦ . . . . . .
λίσσομαι κ. τ. λ.

Sed nihil desiderari ad integritatem sententiarum et metrorum, neque hic neque in antistropha, vidit Godofred. Hermann. Vendilant quoque haec pro monostrophicis, itidem recte improbante viro docto. Ceterum vetus Schol. legit ἐπιπόνῳ, minus bene: nam sic ταυτολόγως iuncta viderentur ἐπιπ. et βαρυαχ., cum ἐπίπονα de mortis doloribus accipiendum sit (cf. 1617), βαρυαχὴς autem μόρος de poenis apud inferos. M. corrigebat λίτομαι, quod haud deterius.

1517. ἐξανύσαι. Vulgo ineptissime ἐκτανύσαι. Scholiastam ἐξανύσαι legisse, ex eius explicatione perspicuum est: nec aliter scribere potuit Tragicus, qui ἀνύειν et composita eodem; quo hic modo, saepius usurpat. Antig. 794. τὸν πάγκοιτον ὃν ὁρῶ θάλαμον τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν. Ai. 590. κακὰν ἐλπίδ' ἔχων ἔτι μὲ ποτ' ἀνύσειν τὰν ἀπότροπον αἰδηλον Αιδαν. Loquendi forma elliptica est:

plene ἐξανύσαι ὁδὸν εἰς τὰν νεκρῶν πλάκα. Vide Marklandum ad Eurip. Supplices, ubi similis est locutio v. 1142. πότνιοι δ' ἤνυσαν τὸν Ἅιδαν. B.

1520. v. δέμον vacillante versu. Voces hae saepissime confusae.

1521. v. σὲ male legitur pro σφὲ, quomodo legendam, vidit V. Alioqui Plutonem intelligas.

1523. v. Ὦ χθόνιαι θεαί. Furias interpretantur; sed unum Cerberum alloquitur poëta, quod cuivis, totum locum accuratius inspicienti, apparebit. θέα, θέαμα eleganter ita adhibentur. vid. Aeschyl. Prometh. 241. 303. Legitur quoque v. σῶμά τ'.

1525. v. Φασὶ πολυξέστοις. sed abundat ad sententiam istud Φασὶ, cum sequatur λόγος αἰὲν ἀνέχει, neque in antiquis conspiciebatur exemplaribus, teste Scholiasta vetere, qui ad vocem κνυζᾶσθαι haec habet: λείπει τὸ Φασίν. ὁ γὰρ νοῦς τοιοῦτος· ὃν Φασι κοιμᾶσθαι, κνυζᾶσθαί τε Φασί. τοῦτο δὲ αὐτὸς ἀποδέδωκεν, εἰπὼν λόγος αἰὲν ἀνέχει, ἀντὶ τοῦ Φασίν. Πᾶσι igitur scripsi eodem sensu, quo Oed. Tyr. 40., ubi vid. M. De πολυξέστοις idem vir eruditissimus: Omnino, inquit, legendum πολυξένοις. Aeschyl. Supp. 163. τὸν πολυξενώτατον Ζῆνα τῶν κεκμηκότων. Pindar. Olymp. 1. stroph. 4. τύμβον — ἔχων πολυξενωτάτῳ περὶ βωμῷ.

1526. κνυζᾶσθαι. sic B. T. In aliis κνυζεῖσθαι. B.

Legitur quoque v. ἐξ ἄντρων pro eo, quod nos sententiae et versus causa reposuimus, ἐξαναθροῦντ', nam si ad portas cubat Cerberus, ad portas quoque ululat, non in antris, nisi quis portas ipsas antra per metaphoram appellari existimet, quod mihi affectatum videtur.

1527. Aldus edidit ἀδάμαστον Φύλακα παρ' Ἅιδα. In B. ἀδάμαντος Φύλακα παρ' Ἅιδα. Prope verum accedit Triclinii lectio, quam sprevit Turnebus, licet Aldina meliorem, ἀδάμαστον Φύλακ' Ἅιδα. Legendum ad metri rationem ἀδάματον Φύλακ' Ἅιδα. Sicque versus hic, ut strophicus, dimeter est trochaicus catalect. B.

Παρ' Ἅιδα vel Ἅιδα ex interpretationibus fluxere, metro arguente.

1528. ὦ Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου. Iuxta Hesiodum Theogon. 306. natus erat Cerberus ex Echidna et Typhone. Initio versus ὦν referendum videtur ad personam, quae in versu qui ante hunc excidit, invocabatur: tametsi ad ipsum etiam Cerberum referri potest. B.

Illud ὦν sustentari nullo modo potest. ἦν et sententiae convenit, neque a ductibus literarum nimium recedit.

1529. ἐν καθαρῷ. pro καθαρῶς. similia complura dedimus ad Eurip. Iphig. Aul. 974. καθαρῶς, innoxie, sine scelere. sic νόμῳ καθαρὸς supra 526. M.

1532. τὸν αἰὲν ἄϋπνον. Sic codd. veteres et Aldus, quod et postulat tam metri quam sententiae ratio. Cerberus enim invocatur, qui semper insomnis fuisse fingitur. Triclinius a sententia aberravit, sed metri rationem habuit legendo τὸν αἰὲν ἔνυπνον, quod ex mente Scholiastae interpretatur τὸν ἀεὶ κοιμώμενον θάνατον. Scholiastae lectionem αἰένυπνον adgnoscit Eustathius p. 1201. quae metro plane repugnat. B.

1535. οὔθ' ὁ μῦθος. Sic B. T. et membr. etiam a secunda manu. Primo scriptum fuit οὔ τῳ, ut Aldus edidit. B.

1538. τὸν αἰεὶ βίοτον. τὸ μακρὸν γῆρας, ἢ τὴν ζωήν· εἰώθασι γὰρ τὸ ἀεὶ καὶ ἐπ' ὀλίγου χρόνου τάσσειν. Schol., quicum consentit Suidas.

1542. ὑφηγητῆρος. Sic una voce in veteribus codd. scriptum. In T. ut in Aldina divisim ὑφ' ἡγητῆρος. Vide ad priorem Oedipum 1244. B.

1544. ὁδόν. Asperatur haec vox in veteribus codd. ut et apud Eustathium, qui huius loci meminit p. 156. Ὅτι δὲ οὐδὸς παρὰ τὸ ὀδεύεσθαι, ὡς εἴρηται, γίνεται, δηλοῦσι καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνῷ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων, ὁδὸν δίχα τοῦ υ γράφοντα τὸν οὐδὸν ἐν τῷ, Καταράκτην ὁδὸν χαλκοῖσι βάθροισι γῆθεν ἐρριζωμένον. Sed certum est eam tenuari debere. Vide Lexicon in Οδός. B. Intelligitur ὁ χαλκοῦς ὁδὸς et descensus in Tartarum, de quibus vid. supra ad 57.

1546. Perperam libri omnes πολυσχίστῳ. B.

1547. κοίλου — κρατῆρος. Pausanias postquam paulo antea locum indicaverat, ubi Theseus et Pirithous foedus iniisse dicebantur, paucis interpositis addit p. 43. ἐνταῦθα ὅσον

ἐς πῆχυν τὸ ἔδαφος διέστηκε, καὶ λέγουσι μετὰ τὴν ἐπομβρίαν τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνος συμβᾶσαν ὑπορυῆναι ταύτῃ τὸ ὕδωρ. — Simile quid erat βάραθρον Athenis, in quod malefici coniiciebantur. vid. Schol. Aristoph. in Plut. 431. M. cf. annotat. sequ.

1548. ξυνθήματα. Pausanias p. 42. οὐ πόρρω χωρίον ἐστὶν, ἔνθα Πειρίθουν καὶ Θησέα συνθεμένους, ἐς Λακεδαίμονα καὶ ὕστερον ἐς Θεσπρωτοὺς στάλῆναι λέγουσι. Iul. Imp. p. 242, C. οὐχ ὅρκοις, οὐδὲ τοιαύταις ἀνάγκαις ταῦτα πιστούμενοι, ὥςπερ ὁ Θησεὺς καὶ ὁ Πειρίθους. M.

1549. Corrupta est huius loci in libris omnibus scriptura. Sic eum exhibuit Aldus:

ἐφ' οὗ μέσου στὰς, τοῦ τε Θορικίου πέτρου,
κοίλης τ' Ἀχέρδου, κἀπὸ λαΐνου τάφου
καθεζετ'. εἶτ' ἔδυσε δυσπινεῖς στολάς.

Quatuor hic indicantur puncta, quorum in medio substitit Oedipus, et desedit: κοῖλος κρατὴρ, πέτρα Θορικίη, κοίλη ἄχερδος, λάϊνος τάφος. Iuxta vulgatam lectionem stetit Oedipus simul super quatuor his locis, quod absurdum est. Proinde nihil iuvat Canteri emendatio legentis κἀπὶ λαΐνου τάφου. Quin legendum omnino:

ἀφ' οὗ μέσος στὰς, τοῦ τε Θορικίου πέτρου,
κοίλης τ' ἀχέρδου, κἀπὸ λαΐνου τάφου,
καθέζετ'· εἶτ' ἔλυσε δυσπινεῖς στολάς.

Ceteras Aldinae lectionis mendas iam sustulerant alii editores. καθέζετ' Turnebus dedit: ἔλυσε Stephano debetur. Utrumque repraesentat codd. nostri B. T. ΑΧΕΡΔΟΣ utrum nomen sit appellativum, an loci cuiusdam proprium, sunt qui dubitent. *Pirum silvestrem* significat, et κοίλη ἄχερδος *separi*, αἰμασιὰν notare possit, qua locus, ubi substitit Oedipus, una ex parte claudebatur. Vide Eustathium p. 1748. l. 47. Locus inter Atticae pagos recensetur Ἀχερδοῦς, cuius gentile Ἀχερδούσιος. Sed illius patrius casus esset Ἀχερδεῦντος, non Ἀχέρδου. Suidas in Ἄχερδος legit κἀπὸ λαΐνου τάφρου. B. Sic fere etiam M. Ceterum Schol. Θόρικον ait esse δῆμον τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς, et sic etiam Stephan. Byzant. Contermina igitur Colono ista tribus a septentrione cogitanda est, qua parte descensus in Tartarum esse credebatur. De Thorico quidem urbe cave

nomen petitum esse arbitreris, quae diversa regione sita erat in litore, inter Panormum portum, ubi Prasiae, et Sunium promontorium.

1550. ἀχέρδους Arboris genus est ἄχερδος, prunus silvestris Latinis dictum, Anglis, a sloe. Alcaeus in Anthol. p. 272.

Καὶ πνιγόεσσαν ἄχερδον ἀποστύφουσαν ἀδίτων
Χείλεα.

Homer. Od. ξ', 10. καὶ ἐθρίγκωσεν ἀχέρδῳ. Theocrit. 24. 88. — ἀνέμῳ δεδευγμένον αὖον ἄχερδον. M.

1551. Exuit vestes sordidas, aliasque mox induitur 1557., tanquam sacrum diis facturus. Ita enim veteres solenniter. Unde et paria tradit de Alcestide Euripides fabulae cognominis v. 157. sqq., ubi plura contulimus. M.

1553. λουτρὰ, ad corpus ante sepulturam lavandum; vid. Eurip. Hecub. 611. χοὰς, ad manes placandos. vid. Eurip. Iphig. Taur. 160 sqq. M.

1554. τὼ δ'. Sic bene T. et Scholiastes: quod etiam in B. superscriptum vulgato τὰ — Perperam in impressis τάδ' — Cererem, quam hic epitheto εὔχλοον distinguit, Athenienses colebant Χλόης appellatione; huius mentio apud Comicum in Lysistr. 835. B.

Schol. ad h. l.: Εὐχλόου Δήμητρος. ἧς ἱερόν ἐστι πρὸς τῇ ἀκροπόλει. καὶ Εὔπολις Μαρικᾷ·

Ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι. θῦσαι γάρ με δεῖ
Κριὸν Χλόῃ Δήμητρι.

ἔνθεν δῆλον, ὅτι καὶ κριὸς τῇ θεῷ ταύτῃ θύεται, οὐ θήλεια μόνον ὅις. οὕτω δὲ τιμᾶται ἐκ τῆς τῶν κήπων χλόης. θύουσι δὲ αὐτῇ Θαργηλιῶνος (Romanorum Aprilis mensis) ἕκτῃ. Etiam Pausanias p. 51. Δήμητρα Χλόην memorat, monente M.

1558. δρῶντος, i. e. ὑπηρετοῦντος. Hesych. δρώοιμι, ὑπηρετοίην. vid. et Eurip. Cyclop. 132. M.

1560. ἐκτύπησε Ζεὺς χθόνιος. Eurip. Hippol. 1212.

ἔνθεν τις ἠχὼ, χθόνιος ὡς βροντὴ Διὸς,
βαρὺν βρόμον μεθῆκε, φρικώδη κλύειν. B.

vide ibi Musgravio laudata, qui ad h. l. annotat, Plutonem nigrum Iovem vocari apud Senecam Herc. Oet.

1703, conferendumque esse Graevium ad Hesiod. Op. et D. 465.

1573. Aldus edidit τὸν λοιπὸν ἤδη βίοτον διάξετον, metro ruente ob syllabae defectum: nec aliter scriptus est hic versus in tribus codd. Turnebus e coniectura, ut videtur, αὖ inseruit, quod nihili est. Recte Wesselingius Observat. p. 97. reponit εὖ. *Vult enim pater, filias, se misero liberatas, tandem felicius aevum acturas.* Verba sunt ipsius viri doctissimi. Sic autem ista cum praecedentibus cohaerent: κοὐκ ἔτι τὴν δυςπότμητον ἕξετ' ἀμφ' ἐμοὶ τροφήν. Wesselingio obloquitur nuperus Parisinus editor, qui quum αὖ tuetur nulla auctoritate invectum, non animadvertit se nebulam pro Iunone amplecti. B.

1576. οὐδέ τ' ὀρώρει βοή. Sic emendate scriptum in tribus codd. ut Aldus, Turnebus et Stephanus ediderunt. Prava lectio et prava distinctio recentiores editiones invasit, οὐδ' ἔτ' ὀρώρει βοή. B. At praeferenda haec lectio plerisque videtur doctis. Scribendum quoque fuit ὠρώρει cum M., ne versus hiaret.

1577. v. Ἦν μὲν σιωπή· φθέγμα δ' ἐξ. putide: nam si clamor cessaverat, silentium nimirum fuit.

1578. θώϋξεν αὐτόν. Exemplum hic habemus omissi augmenti in aoristo, quod rarissimum est apud poëtas Atticos, nec tamen mendosum. Sic in Trach. 755.

ἱδρὼς ἀνῆκε χρωτὶ, καὶ προςπτύσσετο.

Vide quae notavimus ad Euripidis Androm. 955. Bacchas 1125. et ad Aeschyli Persas 414. Ridicule Heathius legendum pronuntiat ἐθώϋξεν. B.

Falsus memoria haec scripsit B., nam neque Euripidis prior locus exemplum tale praebet, neque Aeschyleus, quorum uterque integerrimus est. Sophoclis autem l. l. Porsonus V. C. ad Eurip. Med. 1138. reponendum vidit προςπτύσσεται, et in Bacchis legendum ἃ 'χρῆν, producto priore verbo, quomodo ἃ 'χω pro ἃ ἔχω supra 1097 similiaque passim dicuntur. Sentio equidem cum Porsono praefat. Eurip. edit. Lips. pag. 5., augmentum in senariis nunquam omisisse Atticos poëtas. Quae cum ita sint, vide an probabiliter haec correxerim. Certe

αὐτῷ γ' corruptum in αὐτὸν, cum versum hiantem destitueret, transponi, et ἐθάὐξ' in θώὐξεν mutari, proclive fuit.

1579. v. δείσ. ἐξαίφνης τρίχας, non pro elegantia Sophoclea. Coniungi cum πᾶς amat adverbium ἐξῆς, quicum ἰσοδυναμεῖ Homericum ἐξείης, quòd non aspernati fuerint Tragici ὁμηρίζοντες.

1588. ὅσ' ἂν μέλλῃς, quaecunque facero te illis oportet, quaecunque debueris, ut recte interpretatur V., qui confert Antig. 451. et Demosth. pro Cor. τί δ' ἔμελλον κελεύσειν; sic passim μέλλω. cf. 1721.

1590. v. οὐκ οἴκτου μέτα, ad quem locum M.: De septem, inquit, ducibus, sacramento se ad Thebas expugnandas adstringentibus, satis decore Aeschylus fabulae cognominis v. 51. οἶκτος οὔτις ἦν διὰ στόμα. non item Theseo decorum existimarim, nulla Oedipi miseratione commotum fuisse. Malim igitur οὐκ ὄγκου μέτα, sine ulla caussatione.

Sic ille, ceteroqui bene, nisi quod caussationem nusquam, nisi fallor, ὄγκος significat. Optime convenit ὄκνου: nam γενναῖόν τι ἐστὶν, amicum amico opitulaturum οὐκ ὀκνεῖν. cf. 1723. Eurip. Orest. 792.

Ὀρέστης. Οὐκ ἄρ' ἐκνήσεις; Πυλάδης. Ὄκνος γὰρ
τοῖς φίλοις κακὸν μέγα.

1593. ἀφαυρᾶῖς χερσίν. Male vulgo ἀμαυραῖς. Has voces iam supra commutatas vidimus v. 994. B.

1594. τὸ γενναῖον. Subauditur κατά. Perperam in B. T. pro Φρενὶ scriptum Φέρειν. B.

Τὸ γενναῖον. Pro adverbio γενναίως. Theocrit. idyll. 1, 41. κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρί. idyll. 3, 3. Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, et 18. ὤ τὸ καλὸν ποθορῶσα. Apollon. Rhod.

Ἕλπομαι αὐτῇ νηῒ τὸ γ' ἔμπεδον ἐξαλέασθαι
Ἠμέας.

Antiphilus Antholog. p. 51. Σαμβῶ σε τὸ μυρίον. Plato p. 832, C. τό γε ὀρθὸν pro ὀρθῶς. Alciphron epist. lib. 1, 36. πεινήσω τὸ καλόν. M.

1595. μηδ' ἃ μὴ θέμις. Sic legendum esse iam viderat Henr. Stephanus, qui ita scriptum esse in quibusdam codd. observavit. Id e nostris solus habet B. a secunda manu. B.

1599. ἐκηκούσαμεν, obtemperavimus. vid. Eurip. Cyclop. 120. Herodot. 3, 61. M.

1600. ἀστακτί. vid. supra ad 1216. M.

1605. χεῖρ' ἀντέχοντα κρατός. Male in B. T. ἔχοντα χεῖρα κρατός. B.

1616. γῆς ἀλάμπετον βάθρον. Codd. et impressi ἀλύπητον. Alteram lectionem Scholiastae, memoratam praetuli, cuius significatio huic loco aptior est. Nec qui regulis analogiae repugnare vox ἀλάμπετος Piersono Verisimil. p. 165. videri potuerit, satis intelligo. Sane a verbo λάμπω derivatur ἀλαμπής, quod exstat Trachin. 679. unde ἀλάμπετος. Postremum hoc legitur in veteri epigrammate in Heraclitum apud Diogenem Laertium, et in Analectis nostris T. III. p. 259.

Μὴ ταχὺς Ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἵλεο βιβλον
τοῦ Ψεσίου· μάλα τοι δύσβατος ἀτραπιτός.
ὀρφνὴ καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον· ἢν δέ τις μύστης
εἰσαγάγῃ, φανεροῦ λαμπρότερ' ἠελίου.

Piersoni coniecturae futiles sunt, nec referri dignae. B.

Sic etiam, monente M., Homerus hymno in Lunam 5. στίλβει δ' ἅμ' ἀλάμπετος ἀήρ. Radix (Anglum andis) fortasse est λαμπετῶ, quod ut nomen proprium exstat apud Aristophanem in Lys. et Suidam v. Δημήτριος. Videtur etiam nomen commune fuisse, cum, quod non infrequenter occurrit, v. gr. apud Apollon. Rhod. 2., participium λαμπετόων nulla analogia a λάμπω formari possit. Hinc etiam vox λαμπετίη, Orpheo adhibita hymn. in Lun. v. 9. [quod et nomen filiae Solis.], καλλιλαμπέτη, quod ex Anacreonte citat Priscian. 7, p. 731. λαμπέτις ἠὼς apud Lucianum de Podagra.

1617. Perperam in libris ἀνήρ. B.

1619. v. Εἰ δὲ μὴ δοκῶ φρονῶν λέγειν. Quicquid moliare, non efficies, ut ne putida haec videantur sequentem versum conferenti. Quod dedimus, id ipsa sententia poscere videbatur.

1628. εἴχομεν. Male contra metri anapaestici legem Aldus et codd. veteres ἔχομεν. B.

1629. v. παροίσομεν. vid. ad sequ. versum.

1630. ἰδόντε καὶ παθοῦσαι. Sic in B. T. In ceteris παθούσα, minus eleganter. At Sophoclem scripsisse opinor ἰδόντε καὶ παθόντε. B.

Vulgata ἐν τυμάτῳ δ' ἀλόγιστα παροίσομεν Ἰδόντε καὶ παθοῦσαι sic vertit B.: ad extremum inenarrabilium malorum specimen inducemus, quae vidimus et passae sumus. Quam emendicata sint haec Latina, nemo non videt; sed concedamus, bona fide versatum esse interpretem, tamen frigidiuscula, imo vix intelligibilis, videbitur haec Antigones oratio. nam quae, quaeso, ista sunt mala inenarrabilia? num virginum miseriae iam instantes? Sic sane interpretatus fuerit B.; at vero decuit h. l. patris, non suam, sortem enarrare et deflere, quoniam de patre dicere instituisset. quem cum comitatam se esse diu non sine magna molestia dixisset Antigone, consentaneum erat, inchoatam telam pertexere, mortemque Oedipi paucis adumbrare. nam de se et sorore 1637. demum versu dicere incipit, et recte quidem, nisi haec in eandem sententiam praepostere detorqueantur. Et ut futura mala sua defleat virgo, quorsum pertinent verba ἰδόντε καὶ παθοῦσαι, si quidem haec interpreteris ἰδοῦσαι καὶ παθοῦσαι? quaenam vero hoc ipso tempore passae esse dicantur sorores, nisi id ipsum intelligas, quod patrem evanuisse cognorint, quod tamen τῷ ἰόντε satis declaratur? Nempe corruptus, si quis alius, hic locus, quem vide an recte restituerimus, ut se ipsam et Ismenam culpet virgo, quod patrem prudentissimum, a se tam diu cultum et bene habitum, in extremo vitae discrimine praesentes neglexerint. Primo enim dolore correpta obliviscitur Antigone, non humana ope eripiendum fuisse, quem deus abduxit, fraudemque fortasse suspicatur, quem errorem mox abiicit. Ἀλόγιστα igitur valet ἀλογίστως. παρωθεῖν etiam activa forma passim indicat contemnere, negligere. vid. Eurip. Orest. 627. Androm. 30. ἰόντα intelligentem, sapientem; qualem sane ad extremum se dedit Oedipus. sic passim ἰδεῖν. Eurip. Orest. 909. δεᾶσθαι δ' ὧδε χρὴ τὸν προστάτην Ἰδόντ', ubi nihil mutandum erat. καὶ eleganter positum pro καίτερ. Ceterum ad Antigones istam sui ipsius et Ismenae crimina-

tionem pertinent chori solatia 1646. et 1649.: Ὦ διδύμα τέκνων ἀρίστα — Οὔ τοι καταμέμπτα.

1631. v. οὐκ ἔστιν etc. Vertit B.: Ne cogitatione quidem id assequi licet, quod tamen statim assequuntur senes chorici, cum ipsam rem rogant: Βέβηκεν; — ὦκα, velociter, facile.

1632. Ista personis aliter dividi possent. In T. ita distributa sunt, ut ea exhibemus. In vett. codd. ut in Aldina versus 1633. et tres sequentes Choro tribuuntur. In membr. ex librarii oscitantia Chori persona linea inferius quam oportuit notata fuit, nempe ante versum 1636. qui versui 1633. subiectus est, quia in illo codice versus in singulis paginis per tres columnas digesti sunt in eadem transversa linea se invicem excipientes. Hanc personarum distinctionem secutus est in versione Vitus Winsemius; nostram Georgius Ratallerus. Erudito Britanno in nova editione Pentalogiae Io. Burtoni tertia placet: nempe βέβηκεν absque interrogatione Antigonae continuari, reliquamque versus partem cum quatuor sequentibus Choro tribui. — ἐν πόθῳ λάβοις. Sic cum Cantero legendum, vel, quod probabilius adhuc et elegantius, εἰς πόθον. In T. scriptum a prima manu εἰ πόθον. Ceteri cum impressis εἰ πόθῳ sine sensu. Ceterum quod in versione expressi nimis festinanter, nec satis cogitate ex Heathii notis adsumsi: inficetum mihi nunc videtur. Sensum bene declaravit Scholiastes: ὡς μάλιστα ποθήσαις ἂν αὐτὸν μαθεῖν βεβηκότα. *Ita quidem, ut tu lubentissime audias illum interiisse.* Sic omnia Antigonae continuata optime procedunt. B.

ἐν πόθῳ. Plato Theaeteto: ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτοῦ εἶναι. Plutarch. Alcibiade vol. 1. p. 200, D.: ὀργῇ καὶ φόβῳ τὸ γεγονὸς λαμβάνοντες. M. Lectio haec et probabilior et aeque bona ac Brunckiana εἰς πόθον.

Versus huius strophae 10 sqq. recte digessit Godofred. Hermann.

1637. Versus dimeter est iambicus, ut antistrophicus. Proinde τάλαινα non est in duali. B.

1639. ἀπίαν γᾶν, terram longinquam. vid. ad 1268.

1640. κλύδων' ἀλώμεναι. sic ἀλητεύων χθόνα Eurip. Hippol. 1042. ἀλώμενος — ὥρεα Theocrit. idyll. 13, 66. M.

1642. Hic versus et quatuor sequentes in Aldina et veteribus codd. Antigonae continuantur. B.

1643. v. Ἄϊδας, minus bene quoad metrum. vidit G. Hermann.

1644. v. γεραιῷ τάλαιναν· ὡς ἔμοιγ' ὁ μέλλων βίος ῥὐ β., verum nec τάλαιναν nec ὁ μέλλων metro congruit, quorum hoc quidem interpretamentum est.

1646. Recte in Turnebi editione excusum, ὦ διδύμα τέκνων ἀρίστα. Nam hic duo adiectiva numero duali posita sunt, ut ex antistrophico versu 1672. liquet. B.

1647. τὸ φέρον. Temere solicitatur haec lectio ab eruditis viris, quibus legi placet τὸ παρόν. *Quod fors fert*, τὸ φέρον ἐκ θεοῦ. Sic Terentius Phorm. I. 2. 88.

Quod fors feret, feremus aequo animo.

Palladas in Epigr. Analectorum nostrorum T. II. p. 482.

Εἰ τὸ φέρον, σε φέρει, φέρε καὶ φέρου.

Hic φέρον accipi debet pro φερόμενον, activum pro passivo, ut in exemplis, quae protulimus ad v. 74. B. sic etiam Aeschyl. Agam. 1439.

1648. In hunc et sequentem versum mala manus alienas voces infersit, quas ipsa metri ratio spurias esse ostendit. In Aldina et veteribus codd. legitur: φέρειν χρὴ, μηδ' ἄγαν οὕτω φλέγεσθον. οὔ τοι κατάμεμπτ' ἔβητον. Antistrophici autem versus in iisdem libris sic leguntur: λήγετε τοῦδ' ἄχους. κακῶν γὰρ δυσάλωτος οὐδείς. In his legitima metri forma non aliter concinnari potest, quam si, recisis insititiis, ad hunc modum disponantur:

χρὴ φέρειν, μηδ' ἄγαν φλέγεσθον·
οὔ τοι κατάμεμπτα.
λήγετον τοῦδ' ἄχους, κακῶν γὰρ
οὐδεὶς δυσάλωτος. B.

1651. καὶ γὰρ ὃ μηδαμὰ δὴ φίλον, ἦν φίλον. Versus est dimeter anapaesticus, ut strophicus 1625. Proinde legi debet, ut eum exhibemus. In veteribus codd. καὶ γὰρ ὃ μηδαμῇ δὴ τὸ φίλαν φίλον. In T. scriptum ὃ, et adposita inepta glossa,

λείπει διδούς. In Aldina, καὶ γὰρ ὃ μηδαμῇ τὸ Φίλον Φίλον. Quibus in lectionibus nec metri nec sententiae habita ratio. De μηδαμὰ ultima brevi vide quae notavimus ad Aeschyli Persas 429. B.

1655. v. intelligitur ex seqq. ἐκύρησας. vid. sequ. annotat.

1656. καὶ τᾷδε μὴ κυρήσεις. Perperam vulgo καὶ τάδε, metro et sententia reclamante: male etiam κυρήσῃς. Recte in T. τᾶδε cum glossa τῇδε: in membr. a prima manu κυρήσεις. B., qui haec dure vertit: neque eris posthac. κυρήσῃς haud dubie κύρησας fuit, id est ἐκύρησας. τᾷδ' ἐμᾷ, huic meae sorori. sic passim ἐμὸς absolute. Ulysses ad Telemachum, Odyss. 16, 300:

Εἰ ἐτεὸν γ' ἐμός ἐσσι καὶ αἵματος ἡμετέροιο.

1657. ἔπραξεν οἷον ἤθελε. Sic in Ai. 931.

ὧν γὰρ ἠράσθη τυχεῖν,
ἔκτησαθ' αὐτῷ, θάνατον, ὅπερ ἤθελε,

1661. ἄκλαυστον. Sic bene membr. Vulgo ἄκλαυτον.

1663. δακρύου. Triclinius nescio qua socordia dedit δακρύῤῥοον. Intellexit versum esse dimetrum iambicum, sed non meminit observationis, quam ipse fecit ad priorem Oedipum 1485. B.

1665. glyconius polyschematistus, in quo paeon primus usurpatur pro dactylo, ut saepe. Possis tamen etiam ὦ repbnere.

1670. v. σέ τ', ruente versu.

1671. πατέρος. libri omnes πατρός. B. atqui sic legi versus postulat. Male quoque B. post Φίλα signum lacunae posuit, quae nulla est. vid. supra ad 1644.

1676. In membr. ὡς τί ῥέξομεν. Quae scriptura si probetur, hic versiculus cum praecedenti in unum contribuendus, qui senarius erit; sicque duo primi antistrophes in unum coalescent:

Φίλαι, τρέσητε μηδέν. Ἀλλὰ ποῖ φύγω;

ὡς, *ut* finale significans, saepe cum futuro indicativi construitur. Vide Eurip. Med. 1316. nostrae editionis. Alcest. 74. ubi iuxta veteres libros omnes legendum:

στείχω δ' ἐπ' αὐτὴν, ὡς κατάρξομαι ξίφει.

Androm. 717.

ἔπαιρε σαυτὴν, ὡς ἐγὼ, καίπερ τρέμων,
πλεκτὰς ἱμάντων στροφίδας ἐξανήσομαι.

Haud minus bona videtur ceterorum librorum lectio, ὡς τί ῥέξωμεν; sic supra 377. ὅπως τί δράσῃ. B.

1678. τὰν χθόνιον. Sic B. T. recte. Vulgo τὰν χθονίαν. B. τὰν versum iugulat.

1679. τάλαιν' ἐγώ. Perperam in libris ἔγωγε. B.

1681. v.e

Τί τ. ἐπέπληξας; — Κ. τ. ὡς —. Τί τόδε μάλ' αὖθις.....

ΙΣΜΗΝΗ.

. . . . . .

Ἄταφος κ. τ. λ.

Sed neutro horum locorum quicquam excidit, ἐπέπληξας vero et alterum τόδε ex interpretatione irrepsere, quod metra cognoscenti dubium esse nequit. cf. antistropham.

1686. v. τλάμων, inconcinne. emendavit G. Hermann.

1687. Huic versui adposita fuit nota ἀντιστρ. γ'. quae inter operarum manus, quum formas versarent, excidit, me nesciente. Et hoc me fugit, quum minoris editionis specimen perlustravi. B.

1688. ἀπεφύγετον. Male in libris ἀπεφεύγετον. B.

1690. Verba Τί δ. ὑπερν. v. choro attribuuntur, et deinde sic legitur:

ΑΝΤΙΓ.

Ὅπως μολούμεθ' ἐς δόμους οὐκ ἔχω.

ΧΟΡΟΣ.

Μηδέ γε μάτευε. μόγος ἔχει —

ΑΝΤΙΓ.

Καὶ πάρος, ἐπεὶ . . . . . .
Τότε μὲν πέρα, τότε δ' ὑπερθεν.

Ridicule vero, quasi sollicita virgo esset de re, quam postea 1716 sqq. verbo conficit facillimam. Et quid differunt πέρα et ὑπερθεν? quid Brunckio faciamus, ista sic interpretato: modo quidem ultra, modo supra modum? Nempe cum transpositione verborum atque levi corruptione turbatus esset locus, nescio quis ista, Ὅπως — ἔχω, de suo addidit, quae versui 1680. responderent, sententia quidem ex sequentibus pe-

tita. ἔχει ex ἐτὶ natum puto, locumque minime esse lacunosum.

1696. ἐλπίδων γὰρ ἐς τίν' ἡμᾶς. Sic legendum esse, tam structurae quam metri ratio arguit. De se et sorore loquitur Antigone, πσῖ μόλωμεν. Tum, quemadmodum strophicus 1685. versus hic trochaicus dimeter esse debet. Perperam in libris ἐλπίδων γὰρ ἐς τί με. B.

1698. παύετε Ϙρήνων. Sic in scholiis legitur, ut primus edidit Henr. Stephanus. Codd. παύετε Ϙρῆνον. Hos versus male Choro tribui in libris cum Tyrwhitto et Heathio censeo. Vulgo claudicante versu ξυνακόκειται. B.

1701. προςπίτνομεν. Male in veteribus codd. ut in Aldina, προςπίπτομεν, solemni librariorum errore in hac forma. πίπτειν prima brevi frequenter adhibent Tragici, ubi metri lex syllabam longam verbi πίπτειν non admittit. B.

1702. χρείας. Sic libri omnes, nemine reclamante. At legendum censeo χρείαν. τίνος χρείαν ἀνύσαι Ϙέλουϑαι; B. De ἀνύσαι vid. ad El. 199.

1705. Aldus et codd. omnes habent ἀλλ' οὐ Ϙεμιτὸν κεῖσε μολεῖν. Turnebus σοι infersit. Melius nos κεῖσ' ἐστὶ μολεῖν. B.

1708. Manes circa sepulchra praecipue invocatos fuisse docebunt Aeschylus Choëph. 4. et 106. Pers. 649. sqq. Eurip. Helen. 970. Virgil. Aen. 3, 68. M.

1714. v. Χῳ πάντ' αἴῳν Διὸς Ὅρκος: et quod omnia exaudiat, Iusiurandum Iovis. Apage tales ineptias a Sophocle.

1717. τὰς Ὠγυγίους, antiquas. vid. Stanl. ad Aeschyl. Sept. c. Theb. 327. et inttpp. Hesychii v. Ὠγύγια. M.

1720. καὶ πάντα γ' ὅσ' ἄν. Aldus et membr. καὶ πάνϑ' ὅσα ἄν. In B. καὶ πάνϑ' ὅσ' ἄν. B.

ANNOTATIONES
IN ANTIGONEN.

ANNOTATIONES
IN ARISTOPHANIS ARGUMENTUM.

Segmenti 2. in fine post τελευτῆσαι legitur: Τὸ δὲ δρᾶμα τὴν ἐπιγραφὴν ἔσχεν ἀπὸ τῆς παρεχούσης τὴν ὑπόθεσιν Ἀντιγόνης, quae putidiora sunt, quam quae prudenti possint tribui Grammatico. Totum hoc segmentum ex uno Regg. codicum primus protulit B. vid. sequ. annotat.

Argumenti II. partem ex uno e Regiis codd. protuli, quae nondum edita fuerat. Uncinis eam includi feci, quum primum hoc drama edidi cum tribus Aeschyli fabulis et Euripidis Medea, quo in libro ad fidem codicis sine ulla emendatione excusa fuit. Nulla me nunc religio vetat librarii errorem corrigere in nomine filii Eteoclis, qui Λαοδάμας appellatus fuit. Perperam in cod. scriptum ὑπὸ Λαομέδοντος. — καταπροισθῆναι, seu potius καταπροιχθῆναι, significat ὑβρισθῆναι, *stupratas fuisse*, vel *quorumvis ludibrio expositas fuisse*. B.

Ibidem in ultimo segmento inter voces γερόντων et ὑπόκειται haec male habentur: προλογίζει δὲ ἡ Ἀντιγόνη. nullus hic prologus.

Dramatis versu 2. v. legitur Ἆρ' οἶσθ' ὅ τι Ζεὺς etc. sed nihil inter se differunt ὅ τι et ὁπόϊον. ἀ et ὀ literae passim confunduntur.

4. οὔτ' ἀτήριον. Libri omnes scripti et impressi οὔτ' ἄτης ἄτερ, quod absurdum est et plane contrarium eius, quod sententia postulat. Manifesta est lectionis depravatio, librarii socordiae tribuenda. De hoc loco egi ad Aeschyli Prom. 1021. ubi coniecturam protuli, vulgata lectione, qua nihil deterius esse possit, sane meliorem, οὔτ' ἀήσυλον. Postmodo vero sagaciori investigatione genuinam lectionem deprehendere mihi visus sum, οὔτ' ἀτήριον. Legitimae formae sunt ἀτηρός, ἀτήριος: ut ἀλιτηρός, ἀλιτήριος: ἐπώνυμος, ἐπωνύμιος apud Pindarum, ἔντοκος, ἐντόκιος: et alia permulta. Frequenter occurrit ἀτηρές: rarior est altera forma, cuius exemplum in promtu non habeo. Citatur quidem ex Aeschylo in Eumen. 1010. sed metri anapaestici lex ostendit, pro ἀτήριον ibi reponendum esse ἀτηρόν. Satis est vocem esse probi commatis, et analogiae regulis haud repugnare. B.

Unius literae mutatione restituere poëtae manum videor, reponendo οὐκ ἄτης ἄτερ pro vulgatis οὔτ' ἄτης ἄτερ, ut seorsim, tanquam παρενθετικῶς, posita haec esse intelligantur, quippe quae non aliud quoddam genus calamitatum significent, sed ad omnia illa, quibus mala sororum indicantur, ἀλγεινὸν, αἰσχρὸν, ἄτιμον, communiter referenda sint. Namque οὐκ ἄτης ἄτερ nihil aliud sonat quam ὑπ' ἄτης Eurip. Hippolyt. 276, i. e. ὑπὸ δαίμονος vel δαιμόνων ἄτης. Audiatur Valckenarius, ad Euripidis locum haec annotans: Coelo Iupiter Homeri deturbavit Ἄτην, ἣ πάντας ἀᾶται, Iliad. T, 129.; Eustathius illic, ubi Troia fuit, Ἄτης λύθρου fuisse scribit memoratum Lycophroni vers. 29, atque illud confictum διὰ τὰς μεγάλας ἄτας, ἃς ἐκ Διὸς οἱ Τρῶες ἔπαθον. Neque absurde τὸν ἔγγειον τόπον, velut omnibus malis refertum, Ἄτης λειμῶνα vocabat Empedocles, teste Themistio orat. 13, p. 178. B. conf. p. 240. C. Hinc quaevis noxa gravior, vel calamitas, divinitus miseris mortalibus immissa, dicebatur Ἄτη praesertim apud Tragicos, Aeschylum inprimis et Sophoclem, ira Dei vel Deorum δαίμονος etiam et δαιμόνων ἄτα dicebatur: Eurip. Phoen. 1072.

Ἐπέσσυτο τάνδε γᾶν Ἀρπαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα. Med. 129, Μείζους δ' ἄτας, ὅταν ὀργισθῇ, Δαίμων οἴκοις ἀπέδωκεν. Phaedra Hippolyt. 241. Ἐμάνην, ἔπεσον, δαίμονος ἄτᾳ. Sic ille. Recte igitur οὐκ ἄτης ἄτερ fieri dicuntur, quae Iupiter inflixit, mala, οὐρανία τις ἄτα, ut est Ai. 194.

18. ᾗδη. Sic Scholiastam legisse, quis non colligat ex eius nota, ἀντὶ τοῦ ᾔδεα? Hunc locum in animo habuisse probabile est Eustathium ad Il. A. p. 50. B.

20. καλχαίνουσ' — Eurip. Heracl. 40.

ἐγὼ μὲν ἀμφὶ τοῖσδε καλχαίνω τέκνοις. B.

Bene Schol.: καλχαίνουσα, ἀντὶ τοῦ πορφύρουσα, καὶ τεταραγμένως φροντίζουσα· κάλχη γάρ ἐστιν ὁ κόχλος τῆς πορφύρας, ἥτις, ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάσσης ἀνιοῦσα βάπτει τὴν καλλίστην πορφύραν· ἀφ' οὗ καὶ Κάλχας ὁ μάντις. Ἄλλως. ἐκ βάθους τι μεριμνῶσα, ὡς τὸ βυσσοδομεύων.

M: Κάλχην piscem, de quo hic Scholiastes, commemorat Nicander Alexipharm. 593. Eundem esse, quem alias πορφύραν dicunt, ex Lycophrone coniicere licet, qui πέπλους κάλχῃ Φορυκτοὺς habet v. 864. Verbum καλχαίνω apud Euripidem quoque legitur Heraclid. 40., quod eleganter interpretatur Suidas κατὰ βάθος μεριμνᾶν, quo sensu adhibetur h. l. Metaphorae occasionem dedisse videtur, quod murex in fundo maris natura degere soleat.

21. τὰ κασιγνήτω — τὸν μέν, τὸν δέ. Pro τῶν κασιγνήτων τὸν μέν, τὸν δέ. Simile est schema in his Homeri versibus, quibuscum hunc Tragici locum comparat Eustathius p. 517.

Τρῶες δὲ μεγάθυμοι ἐπεὶ ἴδον υἷε Δάρητος,

τὸν μὲν ἀλευάμενον, τὸν δὲ κτάμενον παρ' ὄχεσφιν.

Sic infra 561. τὼ παῖδε φημὶ τώδε, τὴν μέν, τὴν δὲ — pro τῶν παίδων τῶνδε τὴν μέν, τὴν δὲ — B.

23. ν. σὺν δίκῃ. Et abundare quibusdam videtur praepositio, ut alibi, velut infra 170, Philoct. 61. quem locum suggessit M. cf. Vechner. hellenolex. p. 182. sed exemplo τοῦ χρῆσθαι ipsius ita usurpati opus est; quod dum fiat, verius puto id, quod dedi, ξυνδίκῃ.

25. ἔντιμον νεκροῖς. Veteres, si quis aut inhumatus iaceret, aut non rite post mortem coleretur, contemtui inter mortuos

habitum credebant. Hinc Electra apud Aeschylum Choëph. 481. παρ' εὐδείπνοις ἑσχ' Ἄτιμος. Clytaemnestra quoque Eumenid. 97.

Ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἀπόλλυται. M.

Notum quoque, insepultorum animas per 100 annos post mortem vagari creditas fuisse. vid. Virgil. Aen. 6, 327 sqq.

τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον θεοῖς. Sic legendum. Confer 77. 736. 1052. Male vulgo νεκροῖς. B.

Quam opus sit ista coniectura, lector ipse viderit.

27. τὸ μὴ τάφῳ καλύψαι. Sic libri omnes, sine οὐ, quod infra 537. additum. Vide notam ad priorem Oedipum 1357. B. De addito articulo vid. ad Electr. 990.

30. εἰσορμῶσι. Sic optime eruditus Britannus in nova editione Pentalogiae Io. Burton. Vulgo εἰσορῶσι sensu nullo. Coniecerat Valckenarius ad Phoen. pag. 549. ἐνθοροῦσι, minus feliciter. πρὸς χάριν valet ἕνεκα, ut infra 893. τίνος νόμου πρὸς χάριν, id est τίνος ἕνεκα νόμου. Apud Euripidem Med. 541. πρὸς ἰσχύος χάριν, idem est ac πρὸς βίαν, κατ' ἰσχύν, seu, ut loquitur noster Phil. 584. πρὸς ἰσχύος κράτος. B.

32. v. λέγω γὰρ κἀμέ, alto interpretum silentio. At si vel maxime hoc edixit, ut sane edixit, Antigonae Creon, quid postea? quae causa est, cur hoc tanto hiatu pronuncietur, quasi flagitiosius sit interdicere de hac re Antigonae, quae nihil περισσὸν adhuc fecit, quam Ismenae, aeque nobili et honestae? Si me audis, bonum virum Creontem dicere tam atrocia virginibus puduit, palam edicere non puduit.

33. τοῖς μὴ οὐκ εἰδόσι. Libri omnes τοῖς μὴ εἰδόσι, in quibus hiatus est, quem non ferebant Atticorum aures. η ει apud Atticos poëtas in unam syllabam semper coalescunt. Vide not. ad Oed. Col. 1123. οὐκ inseri debuit, ut in priore Oedipo 216.

ἴχνευον αὐτὸς, μὴ οὐκ ἔχων τι σύμβολον. B.

35. παρ' οὐδέν. Eurip. Orest. 569.

παρ' οὐδὲν αὐταῖς ἦν ἂν ὀλλύναι πόσεις. M.

38. ἐσθλῶν κακή. i. e. ἐξ ἐσθλῶν κακή. M.

40. Legitur vulgo λύουσ' ἂν ἡ θάπτουσα, manifesta depravatione: nam quae inter duo verba oppositio debet esse, nulla hic est, quum λύειν τὸν νόμον prorsus idem sit, quod θάπτειν. Mendam esse in alterutra voce nemo non vidit. Priori eam subesse

pronuntiavit Toupius Cur. Nov. in Suidam p. 10. et legendum esse κλύουσ' ἂν ἢ Ῥάπτουσα. Sed cui hoc placere possit, is nullum elegantiae sensum habuerit. Quis non intelligit, poëtam duobus oppositis uti debuisse, qualia sunt latina *assentire* et *contradicere*? Longe acutius Canterus viderat in Scholiastae interpretatione genuinum verbum latere, quod pro Ῥάπτουσα reponendum esset: verum e depravatis scholiis, quibus utebatur, nihil boni eruere potuit. Nos e Regiis membranis scholion emendatum dedimus, et inde Tragici manum restituimus: εἰ δὲ γράφεται ἢ Φάπτουσα, ἀντὶ τοῦ λύουσα τὸν νόμον, ἢ ἐπιβεβαιοῦσα αὐτόν. Opposita sunt λύειν et ἐφάπτειν, *solvere* et *adstringere*. Librarii error ex Φάπτουσα fecit Ῥάπτουσα, eo procliviori lapsu, quo magis ei obversabatur *sepulturae* cogitatio, cuius tam frequens in hac fabula, et statim ab initio, mentio. Dubitari non potest, quin haec sit vera lectio, quam si mihi membranae Regiae non obtulissent, aliorum coniecturis praetulissem Eldickii [et Musgravii] facilem et elegantem emendationem, etiamsi a veteri scriptura paullo longius recedat: λέγουσ' ἂν, ἢ πράσσουσα. B.

42. πεῦ γνώμης. Sic membr. et Aldus. In T. ποῖ. Turnebus, nescio unde, πῇ. Perpetua fere harum vocalium confusio. B.

48. τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν. Omissum in libris omnibus pronomen, flagitante sensu reposui. B.

51. πρὸς — ἁμπλακημάτων, propter peccata. sic Oedip. Tyr. 1220. πρὸς τινὸς αἰτίας; cf. Aeschyl. Agam. 943.

53. In membr. διπλοῦν πάθος, superscripta altera lectione, quam adgnoscit Scholiastes, ἔπος. Vide Valckenarium ad Phoen. p. 153. B.

55. ἀδελφὰ δύο. Sic emendate in August. et in T. Aldus edidit δύω, quam formam Atticis poëtis prorsus esse inusitatam ad Comicum satis adstruximus. B.

67. τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι, i. e. τ. ἐν τ. οὖσι. vid. ad El. 938.

71. ὁποῖα. Neutrum plurale. Sic codd. Aldus et Scholiastes. Perperam Turn. ὁποία. B.

78. ποιοῦμαι, habeo, aestimo: ut in phrasi ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιοῦμαι. M.

79. βίᾳ πολιτῶν, *invitis civibus*. In recentioribus editt. additum fuit ad hunc locum satis ineptum scholion, βίᾳ, ἀντὶ τοῦ βιαίως.

quo auctore, nescio. Ista nec in Romana, nec in Florentina editione leguntur. B.

80. προύχοι'. Hesych. προύχοις, προφάσίζοις, quo sensu hic accipiendum. M.

83. πότμον. Lectionem hanc adgnoscit Scholiastes. In codd. βίον, quod a librario suppositum fuisse videtur ignorante in πότμον priorem corripi, ut in Oed. T. 266. B.

84. προμηνύσεις. Sic loqui solent, qui verecunde imperant. vid. Oed. T. 1487. M. Ald. et B. προμηνύσης, minus eleganter.

86. v. Οἵμοι' καταύδα, et sequ. versu Σιγῶσ', absque δέ. Οἵ μοι huius loci non esse, sensit etiam Sam. Petitus Miscell. l. 3. c. 18, reponebatque Οὐ μὴ καταύδα, nequaquam occultaveris. at contrariam haec verba sententiam praestant. Aliter igitur nos. Σιγῶσ' est ταυτολόγον. καταυδᾶν, praesens, pro futuro, ut p. vid. Aeschyl. Suppl. 492. Noster Oed. Col. 360.

88. ἐπὶ ψυχροῖσι, in re frigida, i. e. mala, infelici, quam nemo probare possit, quomodo ψυχρὸς βίος et similia dicuntur. Hinc Antigone respondet, se, quibus cupiat, placituram. Similiter opponi inter se ψυχρὸς et θερμὸς Oedip. Colon. 600., monet Ast.

92. cf. Electr. 1014.

93. B. tacito et sine causa Aldinam mutavit lectionem ἐχθαρῇ, excudique iussit ἐχθρανεῖ. Non iniuria formas ἐχθαίρω, ἰσχαίνω istis κακοφώνοις ἰσχναίνω, ἐχθραίνω praelatas ab Atticis censet Porson ad Eurip. Orest. 292, et Med. 555.

95. v. Ἀλλ' ἔα με, ut saepius coniungere utcunque studuerunt librarii, quae incondita ipsis viderentur. Certe ἔα, θεὰ (nihil obstante analogia τοῦ θεὸς) similiaque verba usquam sic contracta me legere non memini; ne dicam, fortiorem, fieri τῷ ἀσυνδέτῳ orationem, amarique hanc figuram Sophocli, Aeschylum hac in parte imitato. Eandem maculam eluimus Oedip. Tyr. 1421.

97. μὴ οὐ καλῶς. In E. T. altera negatio omissa. B.

100. ἀελίου. Perperam Aldus ἀελίοιο. B.

Imo bene habet ἀελίοιο, sed vulgatum τὸ κάλλιστον emendandum erat. Articuli in choricis non placent.

102. τῶν πρότερον. sic membr. recte. Ceteri τῶν προτέρων. B.

103. v. ποτ', ὦ χρυσέας, metro claudicante.

Haec maiorem elegantiam habebunt, si statim post solis exortum dicta esse concipias. M.

106. Aldus et codd. veteres τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν, metro claudicante. Inepto additamento Triclinius defectum supplevit, πρίν. Legendum τὸν λεύκασπιν ἐξ Ἀργόθεν. Sic Homerus Ιλ. Θ. 504.

τόν ῥ' ἐξ Αἰσύμηθεν ὀπυιομένη τέκε μήτηρ.

ad quem versum Eustathius: περισσῶς δὲ κεῖται ἡ ΕΞ πρόθεσις καὶ ἐν τῷ ἐξ Αἰσύμηθεν, ὡς καὶ ἐν τῷ ἐξ οὐρανόθεν, καὶ ἐν ἄλλοις. Ceterum numero singulari τὸν Φῶτα Argivos omnes significat, quo schemate nihil magis obvium. B. [vid. de Hac figura M. ad Eurip. Hippol. 1268, Suppl. 379, Heraclid. 807.]

Turnebus: Ἀργόθε πρὶν, sicut, monente M., ἄντροθε Pindar. Pyth. 4. antistr. 5, λειμωνόθε Theocrit. 7, 80. Πρὶν tantum abest ut pro figmento Triclinii sit habendum, ut eius vocis ne verbo quidem mentionem faciat ille Scholiastes, inventa sua praedicare solitus. Πρὶν igitur in eius codicibus MSS. fuisse censeo. Brunckianum ἐξ versum iugulat.

108. ὀξυτέρῳ. Sic liquido E. gl. ταχυτάτῳ. Male v. ὀξυτόρῳ. B.

Schol. Κινήσασα χαλινῷ. οἷον παρασκευάσασα τῶν χαλινᾶν μετὰ σπουδῆς ἐφάψασθαι, διὰ τὴν ὀξυτέραν φυγήν. Unde iam pridem ὀξυτέρῳ reponendum viderat Iohnsonus.

110. ὃς, scilicet ὁ λεύκασπις Φὼς ἐξ Ἀργόθεν βὰς, qui quidem ὑπερέπτα, ἀρθεὶς ἐξ ἀμφιλόγων νεικέων Πολυνείκους. Perperam vulgo ὃν — Πολυνείκης, sine ulla legitimae structurae forma. Sic legendum esse vidit etiam eruditus Britannus apud Heathium. B. Viderat dudum Scaliger.

112. Constructio est: ὀξέα κλάζων ἐς γᾶν, acutum stridens adversus terram, more aquilarum, cum hostem vel praedam involant. Aeschylus Agam. 48.

Μέγαν ἐκ θυμοῦ κλάζοντες Ἄρη'
Τρέτον αἰγυπίων. M.

114. πτέρυξ λευκῆς χιόνος, notat τὴν λευκὴν ἀσπίδα. Vide Eustathium p. 1055. l. 28. Hesychius: πτέρυγες, σκέπαι. B.

126. Draconem hic Thebanos significare, male putat Scho-

liastes. Argivos intelligi, et per se perspicuum est, et confirmatur, nisi fallor, verbis ἀμφιχανὼν κύκλῳ 118, quibus circumvolutus, multisque capitibus undique urbi inhians describi videtur serpens, qualis ille πολύκρανος δράκων Eurip. Bacch. 1016. Δράκων passim metaphorice usurpatur, velut Pylades Eurip. Orest. 1405. audit:

— θρασὺς εἰς ἀλκάν,
Ξυνωτὸς πολέμου, φόνιος τε δράκων.

Orestes ib. 479 et 1424. ὁ μητροφόντης δράκων.

129. v. π. ῥ. προςνισσομένους, ex interpretatione, laesa numerorum mensura. vid. ad 144. πολλῷ ῥεύματι, i. e. πολυῤῥύτους, πολλοὺς, intellecto ὄντας, ut p. subauditur εἶναι.

130. χρυσοῦ καναχῇ, χύπεροπλίαις. Aldus et codd. χρυσοῦ καναχῆς ὑπεροπτίας. sine ullo sensu. ὑπεροπλία apud Homerum occurrit penultima producta, Il. A. 205.

ᾗς ὑπεροπλίῃσι τάχ' ἂν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ.

Ex crasi copulae καὶ in χύπεροπλίῃσι prima producitur. B.

Dorvill. ad Charit. p. 608. correxerat ὑπεροπλίας, quod minus aptum Brunckiano ὑπεροπλίαις. Cetera bene habet locus.

131. βαλβίδων. Proprie significat carceres, ἄφεσιν, unde cursum auspicabantur athletae: hinc ad metam sive finem cursus nonnulli transtulerunt. Pollux lib. 3. sect. 147. — ἵνα δὲ παύονται, τέλος, καὶ τέρμα καὶ βατήρ· ἔνιοι δὲ καὶ βαλβίς. Posteriori notione hic adhibet Sophocles, sed metaphorice ad significandam victoriam. Ἐπ' ἄκρων βαλβίδων, ad summam metam. M.

133. ὁρμῶντ'. Pro ὁρμῶντας, dualis pro plurali. Sic Oppian. Cyneg. 1, 72. θηρητῆρὲ λύκους ἕλεσαν. 2, 165. θηρῶν μεδέοντε λέοντες. Aratus Prognostic. 966. κάραξις κρώξαντε. vide et Ernestium ad Iliad. 1, 566. M.

134. ἀντίτυπα δ' ἐπὶ γᾷ πέσε. Sic Aldus et veteres codd. quam lectionem adgnoscit Eustathius pag. 1701. Ista suo more interpolavit Trielinius. B.

v. legitur ἀντίσυτος. ἀντίτυπα etiam Schol., sed vere M. ἀντιτύπῳ, quo recepto etiam versus sanatur. Vulgatae quoque ταναλωθεὶς, quod verbum alibi non inveniri, monet M., itaque, nec τῷ ταναλίζειν in fragmento Anacreontis apud Scholiasten (Μελαμφύλλῳ δάφνᾳ χλωρᾷ τ' ἐλαίᾳ ταναλίζει) contentus, quod

licet pro διασείειν fortasse positum, non talem tamen agitationem significet, qualis erat Capanei fulmine deiecti, reponendum esse putat vel πέσεν αἰθαλωθείς, vel potius ταρταρωθείς. sed bene habet utrāque vox. Et de ταντα̃λίζεσθαι quidem aliunde quoque constat. Hesych. ἐτανταλίσθη, ἐσείσθη. Idem significat ταντα̃λοῦσθαι, quod ἅπαξ λεγόμενον videtur Nostri. Scholiasten quoque sic legisse, ex eius interpretatione intelligitur. Ceterum ταντα̃λίζεσθαι vel ταντα̃λοῦσθαι, a Tantalo derivata voce, illos proprie dictos puto, qui summa aliqua spe vel summis opibus necopinato excidissent, sicut Tantalus, rex beatissimus, deorumque commercio dignus habitus, cum male tentasset immortales, in Tartarum praecipitatus est.

136. ἐτέτνει. Euripides Androm. 555. ὥςπερ ἰςίοις Ἐμπνεύσομαί τῇδ'. Idem Rhes. 387. πῶλος ἀοιδοῦ — κατατνεῖ σε. M. Et in malam partem de Venere Eurip. Hippol. 563. Δεινὰ γὰρ τὰ πάντ' ἐπιτνεῖ, ubi vid. Valck. et Phoeniss. 796. de Marte: — ςρατὸν Ἀργείων ἐπιπνεύσας αἵματι. Similiter Latini.

137. ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων, i. e. odii acerbissimi flatu. Eadem metaphora infra 942. utitur. M.

138. Aldus huno versum sic edidit: εἶχε δ' ἄλλα. τὰ μὲν ἄλλα, τάδ' ἐπ' ἄλλοις. In membr. non bis ἄλλα: sed quod priori factum oportuit, posteriori soli subscriptum i. B. Ἄλλα tollendum esse, vidit G. Hermann.

140. δεξιόχειρος. Ita olim lectum esse testatur Scholiastes; nec dubito, quin ea poëtae scriptura sit, cui δεξιόσειρος suffecerunt homines imperiti, δεξιόχειρος genitivum esse et a recto δεξιόχειρ fluere existimantes. Est ea quidem usitatior forma; sed neque alteram poëtis repudiatam fuisse ostendit Homerus Iliad. I, 402.

Ὦχ' ἑκατόγχειρον καλέσας' ἐς μακρὸν Ὄλυμπον.

[similiter usurpantur αὐτόχειρος, ἄχειρος pro vulgatioribus αὐτόχειρ, ἄχειρ.] Valet id et in aliis vocibus. Sic a κόρυς formatur εὐκόρυθος Oppian. Cyneg. I, 562., a ῥὶς, nasus, εὐρίνοιο Eiusd. Halieut. 4, 275., neque alia ratione adhibentur διάκτορος, ἀλάστορος infra 985, Φύλακος, μάρτυρος. M. Δεξιόχειρος etiam margo Turn.

143. τέλη. τέλος donum habet Aeschyl. Sept. c. Theb. 231.

Eurip. apud Athenaeum p. 40. D. — μικρὰ θύοντες τέλη. cf. Trachin. 229, Eurip. Med. 1393. Hinc arma ab Argivis ducibus gestata, postquam ab ipsorum corporibus derepta tropaeum ornabant, sarcastice dicuntur dona Iovi Tropaeo oblata. M.

144. Inter hunc versum et 145. v. legitur:

Μητρός τε μιᾶς φύντε, καθ' αὑτοῖν,

quae suppositicia esse, ratio carminis monstrat: nam anapaesticos vel iambicos senarios (qui v. sub nomine συζυγμάτων et ἀντισυζυγμάτων veniunt) odarum ambitu comprehensos, alio numero in strophis, alio in antistrophis, esse non debere, et per se intelligitur, et Tragicorum omnibus eius generis locis, nisi qui forte corrupti sint, probatur. Iam vero isti versui quod respondeat in antistropha, nihil est, cogitandumque igitur non de defectu aliquo, cuius vitii fere immunia reperiuntur poëtarum scripta, sed de interpolatione, qua saepissime veterum libri infecti sunt. Intelligendum itaque ὄντε in πατρὸς ἑνός. cf. Electr. 1041, ubi similiter supplendum οὖσα in πατρός.

149. v. Ἐκ μὲν etc., perverse, nam ἐντίθεσθαι, non ἐκτίθεσθαι, oblivia suadere debet chorus. Homer. Od. φ'. 355.

παιδὸς γὰρ μῦθον πεπνυμένον ἔνθετο θυμῷ.

150. θέσθαι. Sic legendum esse nemo non videre poterat, quod diu postquam admiseram, sic liquido scriptum reperi in T. cum gl. θελήσατε. Ceterorum librorum lectio θέσθε mendosa est, quippe quae metrum iugulat: est enim versus dactylicus. B.

152. v. πανυχοις, violato metro, ex interpretatione quidem, quia saepius in hoc genere adhibetur πάννυχος vel πανύχιος quam νύχιος, velut Eurip. Heracl. 782. legitur πανυχίοις κρότοισιν, et Bacch. 860. ἐν πανυχίοις χοροῖς, unde fortasse huc transscriptum πανύχοις. Idem tamen poëta Helen. 1486. νύχιον εἰς εὐφρόναν, i. e. εὐφροσύναν, monente M. Solebant noctu choros ducere circa sacra. vide Eurip. Heraclid. 782. ibique interpp.

ὁ Θήβας Βάκχιος. Recte vetus grammaticus apud Schol.: ὁ Θ. Β.: ὁ Θηβαγενὴς Διόνυσος, ὁ τῆς Θήβης πολίτης, quomodo, observante M., dicitur Eurip. Phoen. 1197. Μαινάλου κόρη, Cyclop. 660. τὸν Αἴτνας μηλονόμον.

153. ἀλαλίζων. Sic Aldus et veteres codd. Scholiastes ἀλαλίχθων, quam lectionem secutus est et non male defendit Triclinius. B.

Vulgatum Βακχεῖος versui non convenire, vidit G. Hermann.

155. τῆςδε. Haec vox ab omnibus libris abest: addit eam Heathius; et sic quidem integris pedibus versus procedit, sed invenustis. In Μενοικέως fit synizesis, at non in νεοχμὸς, quae vox anapaestus est: media corripitur ante tenuem et liquidam. Philoct. 731.

τί δ' ἐστὶν οὕτω νεοχμὸν ἐξαίφνης, ὅτου —

Eurip. Bacchis 212.

κλύω δὲ νεοχμὰ τήνδ' ἀνὰ πτόλιν κακά.

Idem Troasin 233.

κήρυξ νεοχμῶν μύθων ταμίας.

Equidem mallem totum hunc versum abesse, et legi:

ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς νεοχμὸς
νεαραῖσι θεῶν ἐπὶ συντυχίαις
χωρεῖ — B.

v. legitur: χώρας Κρέων ὁ Μεν. νεοχμὸς νεαραῖσι θεῶν ἐπὶ συντ. Heath. τῆςδε post χώρας inculcavit, male, nam ratio carminis ostendit, glossema esse Κρέων, petitum illud ex 209. vid. ad 144. Iam haec antistropha eodem versuum numero gaudet, quo stropha; quam aequalitatem et in antecedentibus strophicis restituimus.

157. ἐρέσσων. ἐν ἑαυτῷ· κινῶν καὶ μεριμνῶν. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐρεσσόντων. Schol. M. confert Ai. 244. Aeschyl. Suppl. 515. εἴρῳ· ἐρεσσομένα.

159. πέμψας, i. e. πεμψάμενος, μετατεμψάμενος. rarior hac potestate usus activi. sic et ἔστειλα 163. pro μετεστειλάμην.

163. Τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ partim, partim. Vid. de similibus formis ad Trach. 283.

166. ἀμφὶ τοὺς κείνου τότε παῖδας. Sic legendum. Emendationem confirmat partim E. in quo scriptum τοὺς κείνου ἔτι. Pessime in membr. ut in Aldina, τοὺς κείνων ἔτι. Correlativa sunt ἐπεὶ — τότε. B.

Bene codex E. κείνου ἔτι, nisi quod γε interponendum erat, hiatus vitandi causa, quomodo passim adhiberi particulam, docet Valck. ad Phoen. 694. Nec profecto video, qui lectione illa commentum adstruatur Brunckianum.

180. καὶ μείζον' ὅστις. Sic tres codd. Apud Stobaeum in Flor. Grotii pag. 175. variata structura, ideoque forte melius, εἴ τις. B.

187, 8. V. sic legitur et distinguitur:

Ἥδ' ἐστὶν ἡ σώζουσα, καὶ ταύτης ἔτι
Πλέοντες ὀρθῆς, ταὺς φίλους ποιούμεθα.

quae et falsam sententiam praebent, et structura peccant nimis invenusta, cum dubitare possis, in καὶ novus ordo verborum incipiat, an ὅτι ad ποιούμεθα quoque referendum sit, quod sane melius. Nempe καὶ paulo insolentiore loco positum fefellit librarios, ut ad sequentia pertinere vocem putarent, potestate coniunctionis, cum altero, quo gaudet, significatu cum antecedentibus sit construenda. Sic enim, utroque sensu, transponi solet καὶ, nec semper in principiis dictorum locum suum rite obtinere. Et de coniunctione quidem sic adhibita vid. Heynii Pindar. noviss. edit. in indice, ibidemque G. Hermann in dissertatione de metris Pindaricis ad Olymp. 5, 37; quibus locis addo Eurip. Suppl. 325, Med. 181, et Aeschyl. Suppl. 892. Καὶ autem, cum respondet Latino etiam, eadem libertate, praesertim apud poëtas, adhibetur, velut Aeschylus cum dicit Agam. 1520. sqq.:

Βιάζεται δ' ὁμοστόροις ἐπιῤῥοαῖσιν αἱμάτων
Μέλας Ἄρης, ὅποι δὲ καὶ προβαίνων
Πάχναν κουροβόρῳ παρέξει,

verba ὅποι — παρέξει sic ordinanda sunt: ὅποι δὲ προβαίνων, παρέξει πάχναν καὶ κουροβόρῳ. Noster Trach. 387. πρὶν ἡμᾶς καὶ νεώσασθαι λέγους, i. e. πρ. κ. ἡ. ν. λ. Cf. Ai. 87. Neque aliter Euripides Orest. 1331. ed. Beck.:

Ἦ τοῦδ' ἕκατι καὶ βοὴ κατὰ στέγας;

pro ἦ καὶ (γίγνεται) β. κ. στ. τ. ἔ.; Cf. infra 488. Idem interdum patitur τε pro καὶ, eadem significatione, usurpatum; velut infra 211. Et aliae quoque particulae transponuntur, ut μὴ Trach. 574. οὖν Ai. 34. Hyperbato igitur non observato, cum καὶ ad sequentia relatum esset, cito etiam verbum οὓς, quod iam sensu cassum videbatur, mutatum est, parum quidem apte, quod etiam M. animadvertit, qui facilius intellectum iri ait, expuncto articulo, φίλους ποιούμεθα. Nam τοὺς pro οὓς accipi, ut passim, velut Oedip. Tyr. 1223, Aeschyli Suppl. 537, Pers. 583, Agam. 653, pro-

pter ambiguitatem h. l. nequit. Ut igitur nunc habet locus, Creon significat, patriam, ut Polynicem proditoresque perdere, sic etiam, quos bonos nobis amicos adiungamus, novis rebus haud studentes, servare atque augere.

Pro ὀρθῆς, teste Stephano, legiter et ὀρθῶς. Sed alterum, inquit M., tuetur Cicero ad Famil. 12, epist. 25, bene hic ab editore Oxoniensi excitatus: Una navis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam ut rectam teneamus. Plato p. 896; B. πάντα ἡμῖν κατ' ὀρθὸν πλεῖ. Liban. vol. 2. p. 165. ὀρθῆς μενούσης τῆς πόλεως. [S. p. ὀρθὸς, ὀρθοῦν, ἀνορθοῦν. vid. ad Elect. 918.]

194. καὶ τὰ πάντ' ἐφαγνίσαι. Sic liquido scriptum in E. T. Estque haec sincera lectio et optima, ut in glossis traditur, ad hunc modum resolvenda: τάφῳ τε κρύψαι, καὶ ἐπὶ τῷ τάφῳ ἁγνίσαι τὰ πάντα, ἃ — Infra 245. κἀφαγιστεύσας itidem valet καὶ ἐφαγιστεύσας. In membr. scriptum ἀφαγνίσαι, Aldus mendose edidit ἀφανίσαι, quod nescio an in ullo scripto libro repertum fuerit. Miro tamen id iudicio Toupius ad Suidam I. 66. et Britannus nescio quis in nova editione Pentalogiae tuentur, tamquam librorum veterum omnium lectionem. B.

Ἀφανίσαι plerique MSS., teste M., qui itidem recte improbat. Cantero placebat ἀφαγνίσαι, Toupio l. l. τὰ πάντα γ' ἀφανίσαι. Ἐφαγνίσαι legitur etiam in calce edit. Turneb., quod merito probat Heath: ἁγνίζειν utique, inquit M., Graecis valet non lustrare tantum vel expiare, verum et sacrificare, diis offerre. Vid. Eurip. Alc. 76. Iph. Taur. 711, ubi ἁγνίσει et ἁγνισθεὶς in ἁγίσει et ἁγισθεὶς mutari non sinit metrum. Adde πέλανον ἐπὶ πυρὶ καθαγνίσας Ion. 720. ἥγνισαν ἔντομα μήλων Apollon. Rhod. 2, 928, ubi non pariter a metro firmatur MSS. scriptura. Similem notionem habet verbum ἐφαγιστεύω, cuius participium ἐφαγιστεύσας cum copula καὶ in unam vocem coalescit infra 245.

195. ἔρχεται κάτω. Credebantur libamina sub terram et ad mortuorum usque sedem penetrare. Hinc chorus apud Aeschylum Pers. 605.

Σύ τε πίμπε χοὰς θαλάμους ὑπὸ γῆς.

Philostrat. vit. Apoll. 6, cap. 2. θεοὶ γὰρ χθόνιοι βόθρους ἀστάζονται καὶ ἐν κοίλῃ τῇ γῇ ὀρώμενα. Conf. Porphyrium citatum M.

Delrio ad Senecae Oedip. 556. M. Hinc fortasse Schillerus, ingeniosissimus pariter & doctissimus poëta nostras, in dramate inscripto *Die Braut von Messina* occisorum sanguinem terram penetrare finxit, urnisque Furiarum excipi.

197. θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς. cf. Aeschyl. Sept. c. Theb. 584. [edit. Schütz.], et Elect. 413. M. Iidem Aeschylo audiunt θεοὶ γενέθλιοι πατρῴας γῆς Sept. 641, ἐγχώριοι Agam. 759, Trach. 180. πατρῷοι Phoen. 623. cf. Trach. 279.

201. v. ἐκκεκηρύχθαι. Bene M.: Si de futuro edicto loqueretur, obvia emendatio esset ἐκκεκηρύχθω, promulgatum esto. Verum id iam antea promulgatum erat: vide 190: adeoque malim ἐκκεκήρυκται.

Ἐκ παραλλήλου posita sunt κηρύξας ἔχω, i. e. ἐκήρυξα, et ἐκκεκήρυκται. Infinitivus nullo modo sustentari potest.

204. αἰκιστόν τ' ἰδεῖν. Sic optime in E. αἰκιστὸς verbale eiusdem formae qua ἐδεστός. Aldus edidit αἰκισθέντ'. Melior est membran. scriptura αἰκισθέν τ' — Sane copulam flagitat structurae ratio: et αἰκισθὲν ad δέμας relatum Grammaticae regulis consentit. Nam ordo sic instituendus: ἐᾶν δ' ἄθαπτον, καὶ ἰδεῖν δέμας ἐδεστὸν καὶ αἰκισθὲν πρὸς οἰωνῶν καὶ πρὸς κυνῶν. B.

Derivatur αἰκιστὸς ab αἰκία, sicut fere ἀλγίων, ἄλγιος, ab ἄλγος, ὀνείδιστος ab ὄνειδος. Coniungendum ἰδεῖν cum αἰκιστὸν, visu turpissimum. Malim tamen αἰσχιστον.

208. v. ἐξ ἐμοῦ, minus eleganter. Sequor igitur Ald. Franc. S. p. velut Trach. 453. cf. Aeschyl. Cho. 213. Trach. 82.

209. σοὶ ταὔτ' ἀρέσκει. Sic scribendum esse vidit eruditus Britannus apud Heathium. Perperam vulgo ταῦτ', quorum confusionem iam observavimus ad Oed. T. 279. Tantilla scripturae menda doctis viris fraudi fuit, Toupio ad Suidam I. p. 60. et Koenio ad auctorem de Dialectis p. 27. qui σε in hoc versu legendum putarunt. σοὶ non ad ἀρέσκει, sed ad τὰ αὐτὰ refertur, subaudito alio pronomine με. Constructio est, ἀρέσκει με τὰ αὐτά σοι. Haud melior est alius Britanni coniectura legentis μὲ ταῦτ' ἀρέσκει — Vera est, opinor, Marklandi observatio, με initio senarii tragici nusquam reperiri. B.

Valet hoc non de με tantum, sed de omnibus encliticis, ne-

que solum in iambicis, verum etiam in trochaïcis, anapaesticis, ceterisque metris, quae choris non sunt propria.

211. τε disiunctum a δὲ, quo pertinet: sic enim haec construenda: ἔνεστι δέ τέ (i. e. δὲ καί) σοι, χρῆσθαι νόμῳ κ. τ. λ. vid. ad 187. Δέ τε, quanquam rarius, invenitur tamen apud Tragicos, velut Oedip. Tyr. 18. Aeschyl. Prom. 393.

Νόμῳ παντὶ χρῆσθαι, quavis lege uti, i. e. quamvis legem ferre. M.

215. τοῦ νεκροῦ γ' ἐπίσκοποι. Perperam in libris νεκροῦ τ' — Initio versus ἀλλὰ refertur ad suppressam sententiae partem, quam supplet glossa: οὐ λέγω ὑμᾶς φυλάσσειν, ἀλλὰ — Nimirum senes, minus percepta Creontis mente, onus custodiendi cadaveris, quod sibi imponi rebantur, deprecati fuerant. B.

216. Codd. et Aldus hunc versum sic exhibent: τί δῆτ' ἄλλῳ ἄλλῳ τοῦτ' ἐπιστέλλοις ἔτι; falsa et inepta sententia. ἄλλο hic olim lectum fuisse evincit stolidi nescio cuius graeculi observatio, quam e veteri cod. protuli: unde sponte sua nascitur sequentis vocis τοῦτ' emendatio. Legendum ἄλλο τοῦδ', quod vidit etiam novus editor Pentalogiae, *aliud praeter hoc*. Est enim haec sententia: *quandoquidem nobis non mandas cadaver custodire ne sepeliatur, quid est quod praeter hoc nos facere jubeas?* B.

Habetur ista observatio inter Scholia minora: οἱ μεγαλογραφοῦντες τὸ ΑΛΛΟ, μεγάλως ἀγνοοῦντες λῆρεῖν παρ' ἄλλων ἀκούουσι.

223. εὖρον. s. Turn. Steph., quod elegantius vulgato ἔσχον.

227. κεἰ τάδ' — Perperam membr. et Aldus καὶ τάδ' — In E. εἰ τάδ' — initio versus τλήμων habent codd. plerique. B.

κεἰ — ἀλγυνεῖ; etiamsi ab alio (nedum a temetipso) resciverit Creon, num impunitum te fore putas? Quid igitur attinet, te sponte etiam haec indicare?

229. v. βραδὺς, puto, ex male intellecti loci interpretatione. Schol.: γράφεται ΤΑΧΤΣ. καίτοι ταχὺς ὤν, βραδέως ἤνυον τὴν ὁδόν. Certe σχολῇ βραδὺς pingue quid sonat.

234. Τὸ μὴ παθεῖν. Abundat articulus. vid. ad El. 990.

236. πρῶτα. Turnebus e Triclinio pessime πάντα. Parmeno servus apud Terentium in Eunucho V. 6.

Here, primum te arbitrari id quod res est velim:
quidquid huius factum 'st, culpa non factum 'st mea.

Pari modo Sostrata marito suo ait in Heautontim. IV. 1.

Primum hoc te oro, ne quid credas me advorsum edictum tuum
facere esse ausam. B.

240. σημανῶν. Sic E. T. August. ut legendum esse monuerat Valckenarius ad Phoen. p. 384. Apud Terentium Syrus servus, audita praemunitione Sostratae, eamdem coniecturam facit:

— Nescio quid peccati portat haec purgatio. B.

245. καΦαγιστεύσας. glossa in T. ἐπ' ἐκεῖνον καθοσιώσας. Recte. Est enim, ut supra observavi, καὶ ἐΦαγιστεύσας. In minoribus scholiis glossam hanc dedi ex August. cod. ubi minus bene περὶ ἐκεῖνον — ἃ χρή. Sic membr. et Aldus. Triclinius χρῆν. B.

παλύνας, spargens. vid. Hesych. in voce, et Gregor. de dialectis p. 262. M.

247. γενῆδος. Hesychius: γενῆδα, ἀξίνην, πέλεκυν. quae interpretatio non optime huic loco convenit, ut potius ligonem intelligi putem, diversum quidem a δικέλλῃ, ut sunt ubique duo ligonum genera, unum, quod supra caput elevatur, aliud, quod pedis ope deorsum in terram deprimitur. M.

248. v. στυΦλὸς δὲ γῆ, ut passim inter se confunduntur Γ et T literae. M., itidem offensus τῷ ταυτολόγῳ, verebatur, ne scribendum esset versu sequenti καὶ χειρὸς ἀῤῥώξ, non manuum ope fracta.

258. Φύλαξ ἐλέγχων Φύλακα, pro Φύλακος ἐλέγχοντος. Nominativus absolutus per ablativum absolutum latine reddendus. Huius schematis exempla protuli ad Aeschyli Persas 120. quibus adde Eurip. Iphig. T. 701. Ione 945. Hippol. 23. Utrumque casum eleganter in eadem phrasi iungit Lysias p. 812. edit. Reiskii: ὥστε οὐκ ἔτι ὧν οὗτοι κλέπτουσιν ὀργίζεσθε, ἀλλ' ὧν αὐτοὶ λαμβάνετε; χάριν ἴστε, ὥσπερ ὑμεῖς τὰ τούτων μισθοφοροῦντες, ἀλλ' οὐ τούτων τὰ ὑμέτερα κλεπτόντων. B.

260. εἷς τις ἕκαστος. vid. de hac forma Fischeri exempla ad Weller. vol. 2. pag. 230.

261. v. ἔφυγε, minus apte ad metrum. ἔφυγε, ἠρνήσατο.

τὸ μὴ εἰδέναι. Devarius de particula μή: „Si verbum negativae vel prohibitivae facultatis praecesserit infinitum, tunc μὴ, infinito appositum, ἐκ περιουσίας apponitur; ut ἠρνήσατο. Sic ἀπαγορεύω μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν, etc." p. 143. cf. infra 528. M. cf. etiam 370. 435. 36. Ai. 96.

262. Nescio an antiquius aliud exstet superstitionis illius testimonium, qua diu captae fuerunt septentrionalium omnium populorum mentes. Nihil in historia notius, quam purgationes, quibus, adhibito sacramento, rei obiecta crimina amoliebantur, et innocentiam suam comprobabant. Earum diversa erant genera, quae omnia communi nomine indigetabantur, *Iudicium Dei*. Sollemnis fuit purgatio *per ferrum candens* alia *per medium ignem incessus*, qualis fuit Hirporum θαυμαστὸς ἱπποποιΐα, cuius meminit Virgilius Aen. XI. 787.

et medium freti pietate per ignem
cultores multa premimus vestigia pruna. B.

Cf. Plutarch. in Aristide, p. 234, Horat. epod. 16, Cyrill. in Iulian. p. 359, Archaeolog. Gr. lib. 2. cap. 6. M.

273. -καθαιρεῖ, damnat. Vocem forensem esse, ostendit Pollux lib. 8, 15. Lysias adv. Agoratum p. 467: τὴν μὲν καθαιροῦσαν [ψῆφον] ἐπὶ τὴν ὑστέραν, τὴν δὲ σάζουσαν ἐπὶ τὴν προτέραν. Eurip. Orest. 862. καθεῖλον ἡμᾶς. M.

278. Ordo est, παῦσαι λέγων, πρὶν — B.

287. πόλεως ἄνδρες. vid. ad Aiac. 424. M.

290. Aut memoria falsus, aut pravo exemplari usus Eustathius hunc locum respiciens ter diversae lectionis meminit, quae metro nequaquam accommodari potest: κάρα σείοντες, οὐδ' ὑπὸ ζυγῷ νῶτον εὐλόφως εἶχον. B.

291. τούτους, hos excubitores. M.

297. ἵστασθαι. Thucyd. 6, 34. τῶν δὲ ἀνθρώπων πρὸς τὰ λεγόμενα αἱ γνῶμαι ἵστανται. Idem 4, 56. πρὸς τὴν ἐκείνων γνώμην ἀεὶ ἔστασαν. Philippus rex apud Demosth. p. 283. κατὰ τὸ συμφέρον ἱσταμένων. Plutarch. vol. 2, p. 74, A. πρὸς ὁρμήν τινα βίαιον ἱσταμένους. Herodot. 8, 60. οὐκ ἐθέλει ὁ θεὸς προσχωρέειν πρὸς τὰς ἀνθρωπηΐας γνώμας. M.

299. δυσσέβειαν εἰδέναι. Scire Graecis non raro idem valet,

quod exercere.' Hom. Odyss. Φ'. 26. — μεγάλων ἐπιδεύετο ἔργων. Sophocl. El. 583. — τῶνδε τῶν ἔργων ἴδρις. Eurip. Helen. 932. δίκαια εἰδέναι, iustitiam colere. Simonides apud Plutarchum de Herodoti malignitate:

Παντοίης ἀρετῆς ἴδρις ἐν πολέμῳ. M. ad Euripidis l. l. cf. Terent. Ad. 477. Virgil. Aen. 1, 630.

301. εἴπερ — σέβας. ὃ ἐστιν, εἰ τιμῶ καὶ σέβω τὸν Δία, καὶ μὴ ἐπιορκῶ αὐτόν. Schol.

307. Non male M. legendum existimabat διαλύσῃ'. Pollux 8, 147. εἰσενεγκεῖν ζημίαν, ἀποδοῦναι, διαλῦσαι, ἀποτίσαι.

308. εἰδότες. Intelligendi ceteri custodes, idque genus hominum: nam de suspensis cogitare, ineptum est.

316. τί δέ; ῥυθμίζεις — Sic in August. In E. πῇ δὲ — Membr. ut impressi, τί δαί. Triclinii glossa, διὰ τὸ μέτρον. Absque hoc sartum est metrum: vocalis brevis ante ρ. producitur. Vid. ad Oed. T. 828. Hunc versum Grotius nescio unde, sed mire depravatum, inter Sophoclis incerta fragmenta retulit:

τί δαί, ῥιπίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὀπί.

eumque sic vertit:

Tua verba vero suscitant luctus meos. B.

Male interpungitur post δέ: nam non quaerimus, quae scimus.

318. λάλημα. Id est λαλητής. Res pro persona. Sic in Ai. 370, 378. Ulysses ἄλημα appellatur. B. v. Οἵ μ', ὡς — sine vi et gratia. Ὅμως s. p., velut 512. Similiter peccatum supra 86. infra 1245. De illa figura vid. etiam M. ad Aiacis l. l. et ad Eurip. Androm. 939., B. ad 747. inprimis autem Valck. ad Phoen. 492. Ceterum hic quoque Scholiasten legisse ἄλημα, et rectius quidem, monet Schneider in lexic. h. v.

319. εἰμὶ ποιήσας ποτέ. Sic optime in E. Aldus et membr. οὔκουν τόδ' ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ. In T. τοῦτο ποιήσας ἐγώ. Unde Valckenarius ad Phoen. p. 269. coniiciebat legendum τοῦτο ποιήσας ἔχω. B.

322. ᾧ δοκεῖ γε. Sic in E. ut apud Scholiastam. Ceteri, ut vulgo, ἣν δοκῇ γε. B.

Lusus verborum δοκεῖ et δοκεῖν diversa potestate usurpa-

torum. Ceterum v. legitur ᾧ δοκεῖ γε καὶ ψευδῆ δοκεῖν, nimis frigide, nec vim suam obtinente καὶ particula. δοκεῖν, τὸ δοκεῖν. vid. index. γ et τ p. commutantur.

525. τὰ δειλὰ κέρδη. Perperam in impressis τὰ δεινά. B. Δειλὰ habetur in scholiis vetustis.

533. τοῦτο. id est κατὰ τοῦτο. B. Frequentat hanc ellipsin Herodotus. M.

536. περῶν. Sic E. T. gl. διερχόμενος. Perperam in aliis πτερῶν. — ἐπ' οἴδμασι. Sic etiam E. alii ὑπ' οἴδμασι. B.

539. ἰλλομένων. Aldus et membr. παλλομένων. Ceteri εἰλομένων. Vide doctos viros ad Timaei glossam in Lex. Platon. γῆν ἰλλομένην. B. Lectionem ἰλλομένων commemorat Schol.

ἔτος εἰς ἔτος. Sic tres codd. ut legendum esse metrica ratio evincit. In membr. ut apud Aldum, ἔτους εἰς ἔτος. B.

541. κουφονέων. Libri omnes κουφονέων mendose. B.

543. θηρίων ϕ' ἀγρίων ἔθνη. Aldus et membr. καὶ θηρῶν ἀγρίων ἔθνη. In E. καὶ θηρίων. B.

Ter positum τε non placet. sequor igitur Aldum et duos illos codices MSS.: nam etiam codicis E. librarius haud dubie καὶ θηρῶν invenerat.

544. φύσιν, sobolem, gentem. Sic Lucretius lib. 1, 16. natura animantum. Idem 1, 57. Omnis divûm natura. M.

549. ὑπάξεται. Metro flagitante praepositionem restitui a librariis omissam. Aldus et veteres codd. habent ἄξεται. Triclinii interpolationes nihil moror. B.

Triclin. Λασ. θ' ἵππ. ἑλὼν ἄγετ' ἀμϕ. ζ. Ceterum transponenda coniunctione, quae post λασ. inculcata erat hiatus vitandi causa, cum iam, illo verbo extremum versum occupante, hiatus facile feratur, locum sanavimus. Vulgo enim haec, et quae his respondent in stropha, satis perverse digeruntur, in hunc modum:

Ἄϕθιτον, ἀκαμάταν
Ἀτοτύεται, ἰλλομένων ἀρότρων
Ἔτος εἰς ἔτος, ἱππείῳ
Γένει πολεύων.

Θηρὸς ὀρεσσιβάτα,

Λᾶσιαύχενά θ' ἵππου ὑπάξεται ἀμ-
φίλοφον ζυγὸν, [οὔρειόν τ'
Ἄδμητα ταῦρον.

Et sic passim in disponendis versibus choricis peccant B. et editores; quod non ubique annoto.

351. ἠνεμόεν. Hesych. ἠνεμόεν· ὑψηλὸν, μετέωρον. Ἠνεμόεντα λαγωὸν, pernicem leporem, habet Nicander Theriac. 453. καυλοὺς ἠνεμόεντας idem 646. M.

Vulgatum ἠνεμόεν, ex veterum usu, η pro α privativo adhibentium, idem valet atque ἀνεμόεν, quod praebet Aldus. Sic dicuntur ἠμορὶς in fragmento Niobes Aeschyleae apud Hesychium, et ἤμορος pro ἄμοιρος, ἤπειρος, κακὰς, δυσήνεμος infra 584, aliaque huius generis nonnulla. vide nos ad Aeschyli l. l.

356. ἄπορος ἐπ' οὐδὲν τὸ μέλλον. ἐπ' οὐδὲν τῶν μελλόντων, ut bene Schol.

ἔρχεται pro ἐστὶν accipio. vid. ad Oedip. Col. 1317.

360. Schol. Ald. et Br. Σοφόν τι, ex interpretatione.

362. i. e. ποτὲ μὲν ἕρπει ἐπὶ καλὸν, ἄλλοτε ἐπ' ἐσθλόν.

363. v. παρείρων χθονὸς, θεῶν τ' ἐν. δίκ., ὑψίπολις· ἄπ. Παρείρων et sententiae et metro inutile esse, plerique omnes viderunt; sed cum totius loci mentem minus, ut mihi quidem videtur, perspexissent, emendationem parum feliciter aggressi sunt. Scholiastarum enim decepti interpretationibus, qui quicquid hic verbi olim obtinuerit, accipiunt ὁ πληρῶν, ὁ φυλάττων, τοὺς νόμους, plane contraria atque hic requiritur, potestate vocem anquisivere. Vide autem, an ὑψίπολις, i. e. summus vel certe magnus in civitate, dici debeat is, qui leges tantum observat deosque colit, quae communia sunt omnium civium officia. Atqui ista existit sententia, si post ὑψίπολις distinguas. Dele signum male appictum, mecumque repone παρορῶν, quod pro simplici falso accepisse Scholiastas puto, sicut interdum usurpatur vox, et apte iam dicet chorus: principem, ὑψίπολιν, qualem Polynicem, leges deosque patrios temere pessumdantem, ex civitatibus eiici solere. Verba transposita Νόμους — δίκαν sic ordinabis et interpretaberis: παρορῶν νόμους χθονὸς, δίκην τ' ἐνορκον θεῶν χθονός.

παρείρων. gl. ὁ Φυλάττων τοὺς ἐν γῇ ὄντας νόμους. Verum non video, quì significationem hanc verbum παρείρειν induere possit. Aliàs significat *inserere*. Locus vitii suspectus esse possit, tametsi in codd. scripturae nulla observatur varietas. Legendum forte νόμευς εὐωρῶν. B.

364. ἄτολις ὁ' ὅτῳ — Adversativam particulam male omittunt membr. et Aldus. B. Imo bene. vide nos ad versum praecedentem. Sentit mecum hac ex parte G. Hermann de Metris.

369. v. Ἐς δαιμ., mendose. correxit M.

376. καὶ ἐν. Contractio locum non habet. vid. ad Philoct. 1170.

377. ἥδ' ἔστ' ἐκείνη τοὔργον ἡ 'ξειργασμένη. Sic legendum esse ex more poëtarum Atticorum et indole linguae nemo non videre poterat. Articulus in membranis praepostero loco positus, in aliis codd. plane omissus est. Prava est utraque lectio:

ἥδ' ἔστ' ἐκεῖν' ἡ τοὔργον ἐξειργασμένη.
ἥδ' ἔστ' ἐκείνη τοὔργον ἐξειργασμένη.

ἡ 'ξειργασμένη, ut infra 561. ἡ 'ξαμαρτία, pro ἡ ἐξαμαρτία. B.

380. τρεῦβη τύχη. Haec est optima codicum omnium lectio. In impressis δίκη. ξύμμετρος. gl. εὔκαιρος. B.

385. v. ἡ ἐκτὸς, intellecto ἐλπίδων ex sequente ἐλπίδας, quod duriusculum in scriptore eleganti. Bene εὐκτὸς convenit: nam optarat sane homo, nec tamen speraverat, hoc gaudium.

386. Μῆκος valet μέγεθος, ut in μήκεος ὄλβου apud Plutarch. vol. 2. p. 607, E. Subaudiendum κατά. M. Sic etiam μακρὸς, μακρὰν, usurpari, notum est.

393. τῶνδ'. Sic p. ὅδε et οὗτος ea designant, quae gravissima aut sunt aut videntur loquenti, quamvis dudum de illis tacuerit. cf. Eurip. Troad. 924. Oedip. Tyr. 780. 1422. ἀπηλλάχθαι, abire. cf. 437. 8.

396. ξυνιεῖς. Codd. alii ξυνίεις, alii ξυνίης. Vide ad Oed. T. 615. B.

397. ταύτην γ' ἰδὼν — Sic legendum. ὀρθῶς λέγω ἃ φημὶ, ἰδὼν γε ταύτην θάπτουσαν. Perperam codd. plerique et Aldus

ἴδον, August. εἶδον, Dawesius Miscell. crit. p. 267. emendaverat ἰδεῖν, quod per se quidem bonum est, minus tamen probabile quam ἰδών. B. v. minus bene legitur ὃν σὺ τὸν νεκρόν. Eurip. Hecub. 671. νεκρὸν τόνδε Πολυξένης. et s. p. νεκρός.

402. v. ἣ κατεῖχε τὸν Νέκυν, nimis invenuste posito articulo in extremo versu, quod rarissime sibi indulgent poëtae, vel ut Philoct. 259. Nempe sequentis verbi initialis litera τῷ κατείχετο adhaesit, articuloque male invecto nomen deinde aptum est. Eurip. Bacch. 1122.

Ἐκ Βακχίου κατείχετ', οὐδ' ἔπειθέ νιν.

cf. etiam Aiac. 264, 1109.

404. ἄκρων ἐκ πάγων. Sic Τρῳάδος ἀπὸ πέτρας σταθεὶς Eurip. Troad. 527, ubi alia elegantis formulae exempla attulimus. M.

405. ἀφ' αὑτοῦ. Codd. et impressi ἀπ' αὐτοῦ male. Vide Orvillium ad Charit. p. 328. μὴ βάλοι Stephanus edidit ad structurae legem, recte. Perperam in aliis libris μὴ βάλῃ. B.

408. ἐν αἰθέρι μέσῳ κατέστη. Adumbratum hoc ex Homerico versu Il. Θ.

ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει.

observante Eustathio p. 698. B.

410. οὐράνιον ἄχος. Sic Aeschylus Prom. 911. tridentem dixerat θαλασσίαν νόσον, unde etiam νόσος petitum videtur versu 414.

415. τοῦδ' ἀπαλλαγέντος. gl. τοῦ σκηπτοῦ πεπαυμένου. Nullam caussam video, cur a librorum omnium lectione discedatur. B.

416. v. πικρᾶς ὄρνιθος, quomodo, monente M., nemo alibi videtur locutus esse.

417. v. ὄρν. ὀξὺν φθόγγον, ὡς ὅταν etc. Sed ὡς ad antecedentia pertinet, et ὀξύφθογγον, i. e. τὸ ὀξύφθογγον, longe elegantius vulgato. Sic enim adiectiva, participia et verba infinita pro substantivis usurpari solent. Eurip. Hecub. 1018. sqq. edit. Porson.

Ἁλίμενόν τις ἄντλον ὡς ἐς πεσὼν
Λέχριος, ἐκπέσει φίλας καρδίας,
Ἀμέρσας βίον· τὸ γὰρ ὑπέγγυον
Δίκᾳ καὶ θεοῖσιν οὔ ξυμπιτνεῖ,
Ὀλέθριον κακόν. dochmius, clausula. } dochmaici.

Scripsimus ἐς πεσὼν, cum vulgo ex interpretatione, corruptaque postmodo voce genuina, legatur ὡς ἐς ἄντλον ἐμπεσὼν, laesis numeris, item βίον pro βίοτον, quod exasperat versum, et θεοῖσιν secundum MSS., in his Guelferbytanum, pro inconcinno θεοῖς, nec metro probari repetitionem τοῦ ὀλέθριον, quae adhuc obtinet, intelleximus. Idem Orest. 1190. — πᾶν γὰρ ἓν φίλον πόδα, itidemque ibid. 204.

Οὐ γάρ μ' ἀρέσκει τῷ λίαν παρειμένῳ.

Herodot. 5, 7. τὸ ἄστικτον ἀγενές. cf. Trachin. 117. Ibid. 134. χαίρειν τε καὶ στέρεσθαι, i. e. χαρὰ καὶ στέρησις. vid. etiam ad El. 452.

Ὅταν — λέχος. Idem bis dictum. vidd. ad Eurip. Orest. 538 B. et Porson.

423. χαλκέας. Sic optime August. et T. Pessime vulgo χαλκέως. Heathium fugit praeclara huius loci emendatio a Piersono facta ad Moeridem p. 296. [ubi et vocem πρέχους docte illustrat. M.] Confer notam nostram ad Comici Nubes 272. B.

424. χ. τρ. Aqua, lacte, vino et melle. cf. Eurip. Iphig. Taur. 163. sqq. στέφει. vid. M. ad Ai. 93.

432. ταῦτα πάνθ'. — Sic in E. concinnius quam vulgo πάντα ταῦθ' — B.

434. σὲ δή. Subauditur καλῶ, ἀνακρίνω, vel simile verbum. Vide Musgravium ad Eurip. Helenam 555. B.

435. 6. Ad sensum abundat μή. vid. supra ad 261.

438. v. non distinguitur post ἔξω, quod referendum ad νομίζοις.

440. ᾗδης, et v. seq. ᾗδη, ut et v. 453. ἐξᾴδη ad atticismi normam reposui. Vide supra ad v. 18. et ad Oed. T. 428. B.

442. v. ὑπερβαίνειν νόμους, ingrate concurrentibus ν literis. Euripides quoque Ion. 220: γυάλων ὑπερβῆναι. vitium et hoc iotacismi.

455. αὖτ'. Sic bene exaratum in nonnullis codd. Gl. αὐτὸ τὸ προαπελθεῖν. Perperam in impressis αὖτ', quod valet αὖτε. B.

460. Vox μητρὸς in antiquis codd. compendiose scripta, unde perperam Aldus edidit ματρὸς, qua de re videndus Valckenarius ad Phoen. p. 6. — ἠνεχόμην. Sic recte Piersonus ad Moeridem p. 176. ut apud Comicum in Lysistr. 507. ἠνεχόμεσθα. In membr. ut apud Aldum ἠνσχόμην: in aliis ἰσχόμην. B. Hoc retinendum, versus causa, simplex pro composito. Habent autem inter alios Turn. et Steph.

462. μῶρα δρῶσα. Sic codd. omnes. Turnebus nescio unde δρᾶσα. B.

464. δηλοῖ, id est δηλοῦται. Activum pro passivo: ut Ai. 852. ὦνὴρ οὐδαμοῦ δηλοῖ φανείς. B.

467. πίπτειν. Aldus et membr. minus bene πίπτει. B.

471. καταρτυθέντας. Plutarch. vol. 1. p. 31, D. ἵππους — προκαταρτύσαντες ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἄγουσιν. Ibid. 38, D. καταρτύειν τὴν φύσιν. M.

472. ὅστις δοῦλός ἐστι τῶν πέλας. Insubide vertit Iohnsonus, *qui servus est proximi.* οἱ πέλας sunt *quivis alii*: ὁ πέλας, *alius quivis*. Vide Gatakerum Opp. T. I. p. 526. B. cf. etiam annotat. ad El. 526. et infra ad 742: se ipsum enim intelligit.

473. ὕβρ. — ἐξ. vid. ad 299.

480. τοῦ παντὸς Ζηνὸς Ερκίου. Id est, cognatis omnibus, qui mecum in iisdem aedibus conversantur, et eumdem Iovem Penetralem colunt. Vide auctores laudatos ad Hesychii glossam Ερκείου Διός. Ceterum ordo est: ἀλλ' εἴτε πυρεῖ ἀδελφῆς, εἴτε ὁμαιμονεστέρας ἡμῖν τοῦ παντὸς Ζηνὸς Ερκίου. Meras nugas agit novus editor Pentalogiae in longa ad hunc locum nota, quam bene saltem conclusit merita derisione Gallici interpretis. ὁμαιμονεστέρας in codd. meis omnibus reperi. Si qui sunt alii, in quibus ὁμαιμονεστέρα scriptum sit, librarii errori varietas imputanda est. Tragici verba non aliter interpretamur ac Eustathius p. 1930. χρῆσις δὲ Ερκείου Διὸς καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἔνθα Ερκεῖον Δία ἐκεῖνος τοὺς ἐν οἴκῳ πάντας δηλοῖ. B. Margo Turneb. ὁμαιμονεστέρα, ut et Steph.

481. ἀλύξετον. gl. ἐκφεύξεται. Quo significare voluit grammaticus, patrios casus μόρου κακίστου pendere a suppressa praepositione ἐξ. Ellipsin non adgnoscit Eustathius p. 710. ὅτι δὲ τὸ ἀλύξαι οὐ μόνον κοινότερον αἰτιατικῇ συντάσσεται, ἀλλὰ καὶ γενικῇ, δηλοῖ Σοφοκλῆς ἐν τῇ, Οὐκ ἀλύξετον μόρου κακίστου. B. Confert M. Elect. 602.

485. ἐκήβολον Φρενῶν. Prometheus Aeschyleus Prom. 435:

— — τὰν βροτοῖς δὲ πταίσματα ,
Ἀκούσαθ', ὡς σφᾶς, νηπίους ὄντας τὸ πρὶν,
Ἔννους ἔθηκα, καὶ φρενῶν ἐκηβόλους.

M. ad h. l.: Porphyr. Quaestion. Homer. 1. τὸ ἐκήβολος σημαίνει τὸν ἐπιτυχῆ καὶ ἐγκρατῆ. Citat deinde ἐκήβολον Φρενῶν ex Nostri Alcmaeone. Maximus Tyrius 24, 3. ἀρετῆς ἐκήβολον.

486. ὁ θυμὸς male vertitur mens, animus, et κλοπεὺς fraudulentus, maleficus: unde ne umbra quidem sententiae exoritur. Deinde τεχνωμένων passiva notione accipiendum. Dicit Creon: perturbationibus suis prodi illos, qui occulte pravi quid moliantur, sicut nunc Ismene ἡ λυσσῶσα, οὐδ' ἐκήβολος Φρενῶν, i. e. perturbatissima, ita ut rabere videatur.

πρόσθεν. antequam ipsa malefacta, τὰ οὐκ ὀρθῶς ἐν σκότῳ τεχνώμενα, appareant.

488. 9. Antigonen tangit.

497. τοῖςὸς τοῦτο. Sic ob euphoniam lego, libris omnibus invitis, in quibus τούτοις τοῦτο. Perpetua confusio est pronominum οἶδα et οὗτοι. Statim v. 502, ubi Aldus et plerique libri habent ὁρῶσι χ' οἵδε, in E. scriptum ὁρῶσι χ' οὗτοι. B.

505. χῳ καταντίον θανών. Eteocles nempe. Sic membr. et Aldus. In aliis χῳ κατὰ χθονὸς θανών, inepte; male positis hic vocibus, quae ad v. 508. pertinebant. B.

507. δυσσεβῆ. Sic tres codd. optime. In membr. ut apud Aldum δυσσεβεῖ, sensu nullo aut pravo. Sententia est: πᾶς δῆτα τιμᾶς τῷ Πολυνείκει χάριν, ἥτις ἐκείνῳ, ἤγουν τῷ Ετεοκλεῖ, δυσσεβὴς ἐστιν. Monuit Triclinius, nomen δυσσεβῆ ad ἐκείνῳ referri. Bonam lectionem, quam ille suppeditabat, neglexit Turnebus, alias promtissimus ad pessima quaevis recipienda. B.

508. ὁ κατὰ χθονὸς νέκυς. Sic optime E. T. In membr. et apud Aldum ὁ κατθανὼν νέκυς, quod ineptum est, quum de utroque fratre perinde intelligi possit. At hic significatur Eteocles, cui iusta peracta fuerant, quique proinde perspicue designatur his verbis, ὁ κατὰ χθονὸς νέκυς. B. Vulgo ταῦθ' legitur pro τάδ', vitiato versu. vid. B. ad 497.

510. τοὺς νόμους ἴσους τοθεῖ. Proba haec lectio Scholiastae debetur. Codd. omnes, τοὺς νόμους τούτους. B.

513. λαχεῖν ἴσον. E praeced. versu repetendum verbum τοθεῖ. ἀλλ' οὐ τοθεῖ ὁ χρηστὸς τῷ κακῷ λαχεῖν ἴσον. Perperam Aldus et membr. λαχεῖν ἴσος. In E. λαβεῖν ἴσον, ex frequenti librariorum lapsu in permutandis λαβεῖν et λαχεῖν. B.

514. τίς οἶδεν. Sic codd. [et Schol.] sine particula, quam Aldus inseruit. εὐαγῆ. gl. ἀτοδεκτὰ, εὐσεβῆ. B. v. quoque κάτω ἐστὶν, inelegantius Scholiastae lectione, quam recepimus.

515. οὐδ' ὅταν θάνῃ. Perperam libri omnes οὐθ' ὅταν. B.

520. δάκρυ' εἰβομένη. Perperam Aldus et membr. δάκρυα λειβομένα. B.

521. v. αἱματόεν pro ἱμερτὸν pessime legitur. Scholiastes quidem: αἱματόεν ῥέθος, τὸ ἐπὶ τῷ προσώπῳ ἰρύθημα. Sed hoc est explicationem emendicare: nam nusquam αἷμα et αἱματόεις sic usurpatum invenitur. A et I p. confusa in codd.

524. ὑφημένη. Sic legisse videtur antiquus enarrator; et proba est haec lectio. Libri omnes nostri praeferunt ὑφειμένη, quod non prorsus damnandum. Eurip. Herc. fur. 71.

οἵ θ' Ἡράκλειοι παῖδες, ὑὸς ὑπὸ πτεροῖς
σώζω νεοσσούς, ὄρνις ὡς ὑφειμένη.

Hesych. ὑφειμένος, καθειμένος, πατεινός. B. Longe elegantior est vulgata. ὑφῆσθαι ne usitatum quidem.

526. δύ' ἄτα. Membr. et Aldus δύ' ἄτας. Eadem varietas enotata in Oed. Col. 509. B.

530. καὶ ξυμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας. In φέρω praepositio σὺν e praecedenti verbo repetenda ἀπὸ κοινοῦ. Est enim tamquam si dixisset καὶ ξυμμετίσχω καὶ ξυμφέρω. B. Durissima haec declaratio, nec τῷ συμφέρειν genitivus convenit. Π et Φ p. confusa. καίπερ οὖ. intell. ξυμμετίσχω.

534. Ξύμπλουν — τοῦ πάθους. Eurip. Iphig. Taur. 603.
'Ο ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τὰς ξυμφοράς,
Οὗτος δὲ συμπλεῖ τῶν ἐμῶν μόχθων χάριν. M.

538. ἀγνίσαι. Bene Schol. interpretatur τιμῆσαι. Sic contrarium μιαίνειν Euripidi ἀτιμάζειν valet Suppl. 380, Heraclid. 265. M.

544. ἀλγοῦσα μὲν — gl. εἰ, ὥσπερ οἶει, σὺν γέλωτι ταῦτα προφέρω σοι, λυπουμένη προφέρω. B. Febriculosa haec interpretatio. Non male Heath pro vulgatis εἰ γέλωτ' ἐν σοὶ γελῶ legebat: εἰ γελῶ γ' ἐν σοὶ, γελῶ: sed verisimilior tamen Astii, viri doctissimi, emendatio, quam recepi. Risum debitura sorori sibi videtur magnanima puella, si illam venire in partem sinat nobilissimi facinoris. Ad sensum abundat praepositio, sicut p.

545. σ' ἐπωφελοῖμ'. Sic bene in E. In aliis σ' ἔτ' ὠφελοῖμ', vel, quod deterius est, σέ τ' ὠφελοῖμ'. B.

550. καλῶς σὺ μέντοι. Sic optime Scholiastes. E praecedenti nomine λόγοις adsumendum verbum ἔλεγες. In membr. et in Aldina σὺ μὲν τοῖς. In E. T. σὺ μὲν θοῦ, cum glossa, ἤγεῦ ἄριστα τούτοις προεστάθης ἐν μύνῳ λόγῳ, καὶ οὐκ ἐφρόνεις ὥσπερ ἐγώ. In August. σὺ μέν θ' οὖ. superscriptum ἢ οὐ. Unde hanc lectionem elicias: καλῶς σὺ μέν τ' οὖ. id est σὺ μέν τοι οὐ καλῶς ἔλεγες: quod a sensu nostrae lectionis non multum abludit: quippe nostra morata est, nimirum ironica; et idcirco melior. B. Καλοῖσι legendum, absque ulla ellipsi, et σοὶ pro τοι (vid. ad 560), denique cum M. τοῖς δ' pro τοῖσδ'. Aliud Ismenae placuisse dicit Antigone, aliud sibi.

556. ὃς ἂν βλαστῇ. Apud Eustathium p. 720. ὃς ἂν βλαστοῖ, male. In seq. v. πράσσουσιν exhibent E. T. Perperam Aldus πράττουσιν. B.

Adulatoria oratio, et tanquam veniam deprecantis. M.

558. ξὺν κακοῖς. Sic August. optime. Gl. σὺν τῇ ἀδελφῇ. In E. T. σὺν κακῇ. In membr. ut apud Aldum, σὺν κακῷ. Sincerum est quod praetulimus, et tragico stylo congruum: nomen plurale cum emphasi singularem personam notans. Vide ad Oed. T. 36'. et 1375. B.

560. ἀλλ' ΗΔΕ μέντοι μὴ λέγ', Sic legendum. Materialiter, ut aiunt, positum est hic ἥδε, repetitum ex τῇδ' in praec. versu. Optima glossa est in August. τὸ ἥδε. Id est, ἀλλὰ μέντοι μὴ λέγε τὸ ἥδε. In membr. et T. ut apud Aldum, ἀλλ' ἥδε μέν σοι μὴ λέγ'. In E. ἀλλ' ἥδε μέν τοι σοὶ μὴ λέγ'. Nemo non videt μέντοι unice verum esse. Saepissime σοι et τοι commutantur, unde orta obscuritas Aldinae lectionis, quae tamen longe praeferenda absurdae coniecturae nuperi Parisini editoris, qui post μὲν σοὶ, reticentiam esse fingit, et pro μὴ λέγε, μὴ ἄλεγε legit, duplici elisione, hoc sensu: *sed haec quidem tibi . . . desine curare. non enim iam est.* Ἀποσιωπήσεως plurima exempla sunt apud hunc Tragicum. Verum quotiescumque hac figura utuntur poëtae vel oratores, quivis vel obtusior ex ante dictis, vel ex affectu loquentis personae, perspicit quidnam sit, quod supprimatur. At hic nemo, opinor, divinaverit, quid additurus erat Creon post haec verba, *Sed haec quidem tibi . . .* nisi eius sermonem emendator abrupisset. B.

Nihili est sententia: Ismenae dicendum non esse ΗΔΕ, quia scilicet mortem iam obitura sit Antigone; quasi illud pronomen non defunctos aeque ac vivos indicare posset. quod nescio quomodo non observarint viri docti. Bene codd. et Aldus μέν σοί; sed ΗΔΡ et ΜΗΔΕΝ proclivi corruptione in ΗΔΕ et ΜΗΔΕΓ transiere. Μηδὲν dicitur Antigone; sicut Hecuba Euripidea fabulae cognominis 813. et pr sic usurpatur ea vox. in verbis οὐ γὰρ ἔστ' ἔτι pronomen facile subauditur. Simili lapsu hymni in Cererem 214. ἐπί τοι exaratum videtur pro εἴ τοι, quandoquidem.

561. νυμφεῖα. pluralis pro singulari, sicut p. etiam apud prosa utentes scriptores. Hippocrates aphor. 4, 29: Ὀκόσοισι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐκταίσιοισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτα. Sic et sequ. §.

562. ἀρώσιμοι. Perperam Aldus et membr. ἀρώσιμαι. Vide Taubmannum ad Plauti Asinariam V. 2. 23. B.

564. νίάσι valet νίῶν, figura Colophonia.

565. Hunc versum Aldus et Turnebus Antigonae tribuunt contra meliorum codd. fidem, etiam illius, qui Sophoclem a Triclinio recensitum exhibet. Doctos viros fefellit istud se-

quentis versus τὸ σὸν λέχος, quod soli Antigonae convenire opinati sunt. At ibi τὸ σὸν λέχος non valet *nuptiae* tuae, quatenus illa cui hoc dicitur nuptura fuisset, sed *nuptiae quas crepas*, τὸ ὑπὸ σοῦ ὀνομαζόμενον λέχος, ut bene Scholiastes exponit. Sic El. 1070. οὐκ οἶδα τὴν σὴν κλῃδόν'. Eurip. Heracl. 285. τὸ σὸν γὰρ Ἄργος οὐ δίδοικ' ἐγώ. Id est ὃ κομπεῖς Ἄργος. B.

Nullo artificio potest effici, ut ne τὸ σὸν λέχος, si genuinum sit, Ismenae nuptias interpretemur. Corruptum igitur λέχος, reponendumque, nisi me omnia fallant, λάκος, i. e. strepitus, tinnitus. Neutrum hoc verbum puto, ut similia sunt λάχος, λέχος, nec spreta tamen masculina forma. Κ et Χ quam inter se commutari proclive sit, cuivis apparet. Similiter infra 1274 confusa λάχος et λέχος, et Aeschyl. Agam. 522 λάκοντες rescribendum pro λαχόντες. Cf. ib. 579. 561. Frequentant verbum λάκειν Aeschylus et Euripides.

570. μὴ 'τριβὰς ἔτ'. Sic libri omnes, quos corruptos esse pronuntiat Toupius ad Suidam III. 163. legendum statuens, μὴ τριβάζετ'. Mihi cum erudito viro non amplius convenit; quin sinceram esse vulgatam lectionem aio. Supprimitur verbum nomini τριβὰς aptum, ἐμβάλλετε, ποιεῖτε, vel simile. Estque haec ellipsis elegans, in familiari sermone valde usitata. Sic Cicero libro de Finibus II. 6. *Tum ille, Finem, inquit, interrogandi, si videtur.* et IV. extremo: *Scrupulum, inquam, abeunti: sed videbimus.* Ubi verba itidem supprimuntur. Iratum autem et festinantem Creontem maxime convenit quam paucissimis mandata sua complecti. B.

Aristoph. Acharn. 344. μή μοι πρόφασιν. Vesp. 1174. μή μοι γε μύθους. cf. et Electr. 354. M.

Insulse adhuc legebatur: καὶ σοί γε κἀμοὶ, quasi hoc etiam Ismenae placuisset. Supra quoque, 32., erratum vidimus in verbo κάμνειν.

572. Γυναῖκας εἶναι. i. e. intus in thalamis agere. Sarcastica phrasis, qua significat, eas indecore, nec pro honestarum mulierum more, extra aedes vagari. Vide quae Toupius notavit ad Suidam v. Ἀμπαλίνωρος. M.

ἀνειμένας. sic ἀνειμένη Elect. 491. M.

573. v. φεύγουσι, inepte. Lequacitatem puellarum carpi,

ex tota loci indole intelligitur. Φθέγγω in usu est. nec spreverim, eadem potestate, antiquum Φέγγουσι. vid. Schneideri lexicon v. Φθέγγομαι. Obsoleta interdum recolit Tragicus.

579. v. ἔρκον, ὁμοῖον ὥςτε etc. versu ὑπερμέτρῳ. Glossema esse ὁμοῖον, probe vidit vir elegans, Augustus Seidler, cuius egregia quaedam versionis Nostri vernaculae specimina exstant in ephemeridibus, inscriptis: *Neuer teutscher Merkur* 1803.

581. ἐπιδραμὴ. i. e. ἐπιδραμῆται, activo παθητικῶς, ut p., usurpato.

589. οὐδ' ἔχει μίαν λύσιν. Libri omnes, οὐδ' ἔχει λύσιν, defecto versu. Vocem μίαν addidi ex coniectura, quam firmat ipse Tragicus in El. 136. ἐν οἷς ἀνάλυσίς ἐστιν οὐδεμία κακῶν. B. vid. ad 579.

591. Φάος. Hesych. Φάος, Φῶς, χαρὰ, σωτηρία. Euripid. Bacch. 608. ὦ Φάος μέγιστόν ἡμιν. Idem Iphig. Taur. 856. δόμοις ἐξεθρέψω Φάος. M. Aeschylus, lusu verborum eleganti, Agam. 22.:

Ὦ χαῖρε, λαμπτὴρ νυκτὸς, ἡμερήσιον
Φάος πιφαύσκων, καὶ χορῶν κατάστασιν
Πολλῶν ἐν Ἄργει τῇδε συμφορᾶς χάριν!

ubi vidd. interpp. cf. ibid. 487.

592. θεῶν Φοινία τῶν. Hoc ordine dispositae sunt voces in E. Vulgo Φοινία θεῶν τῶν. Immo Aldus Φονία. B. Nihil mutandum esse, versus clamat.

593. κόπις. Vulgo κόνις ineptissime. Meritis laudibus extollit egregiam hanc emendationem Heathius, qua nihil verius. Vide Fragm. inc. LXXXIV. B. Reiskii haec correctio est, ne gloria sua fraudetur, quem nec M. nominat. Vid. ad El. 1344.

596. κατάσχῃ. Sic in E. Vulgo κατάσχοι. Optativus in hac loquendi forma non adhibetur, nisi cum particula ἄν. B. v. ὑπερβασία, quod πεζοειδές.

597. v. ὁ παντογήρως, cuius fidem merito addubitabat Schneider in lexico.

598. οὔτε θεῶν ἀκάματοι. In Aldina οὐδ' ἀκάματοι θεῶν. At recte Scholiastes legit οὔτ'. B. Nullam vim habet θεῶν. θέειν convenit, et hoc, ni fallor, legit Schol., interpretatus: ἡ τοῦ χρόνου περίοδος. Ἀκάμ. correxit G. Hermann.

599. ἀγήρως χρόνῳ δυνάστας. Sic optime in E. In membr. ut apud Aldum, ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ. Particulam δὲ metrum respuit. Versus est antispasticus dimeter brachycatal. ut versus 610. B.

602. Non recte distinguitur post ἔπειτα: nam verba sic construendum: καὶ τό τε μέλλον τὸ ἔπειτα. Τὸ ἔπειτα pro ἔπειτα, ut τὸ νῦν, τὸ πρίν, τὸ τηνίκα Oed. Col. 419. De postposito καὶ vid. supra ad 187.

604. v. ἔρπει, sententia obscurata: nam haec ipsa est illa lex. sic p. erratum. vid. ad 616. Et s. legisse Schol. videri possit, apud quem nunc ἕρπων.

605. πάμπολύ γ' ἐκτὸς ἅτας. Sic optime emendat Heathius. Vulgo πάμπολις ἐκτὸς ἅτας. Istud πάμπολις, quod saltem cum οὐδὲν genere congruere deberet, glossa exponit παγκόσμιος; nec sic inde ullus tolerabilis sensus exoritur. B. Θνατῶν βιότῳ, i. e. θνητοῖς. vid. ad Oedip. Col. 770.

609. εἰδέτι δ' οὐδὲν προσέρπει. Libri omnes, syllaba deficiente ad metri integritatem, ἕρπει. Praepositio, quae huic verbo adiungi debebat, verbo sequentis versus librariorum errore adhaesit. Perperam in aliis libris προσψαύσῃ, in aliis προσάρῃ. B. recte M. προσάψῃ. praeterea nihil novandum. πυρὶ θερμῷ, maximo periculo. vid. index v. πῦρ.

610. Ἐν πυρὶ βέβηκας, teste Suida, ad eos dicitur, qui in magno discrimine versantur. Monuit M. Periculosissima et odiosissima quaeque designat πῦρ. Noster Philoct. 901: Ὦ πῦρ σύ, καὶ πᾶν δεῖμα. Eurip. Androm. 105.

Ἃ δ' ἐς' ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω, etc.

Idem ibid. 489. διὰ πυρὸς ἦλθ' ἑτέρῳ λέχει. Id. Elect. 1182. Διὰ πυρὸς ἔμολον — ματρί, i. e. quaevis periculosissima tentavi contra matrem. Similiter et Latini: Per ignem incedis, ut monet Barnes ad ultimum horum locorum, collatis quoque Erasmi adagiis.

612. πέφανται. ἀπεφάνθη, ἐγνωματεύθη. Eustath. p. 1728. B.

615. v. πρὸς ἄταν, putide, cum statim sequatur ἐκτὸς ἅτας. Πρὸς ἀρὸν ἄγεσθαι recte dicitur Antigone. cf. 574.

616. πράσσειν. Perperam libri omnes πράσσει. Bina verba δοκεῖν et πράσσειν eadem constructionis lege tenentur. B.

618. Pindar. Pyth. γ. epod. 1. τέδε ἄχνυμι. Similiter χαίρω construitur Eurip. Hippol. 1354. Rhes. 391. M. cf. etiam P. 785.

619. τῆς μελλογάμου τάλιδος. Aldus et veteres codices τῆς μελλογάμου νύμφης τάλιδος. Vox νύμφης interpretatio est nominis τάλιδος et ex interlineari glossa in textum irrepsit. Voces τῆς μελλογάμου Triclinius reiecit, quae etiam pro glossemate haberi possint. At obstat Pollux, qui eas pro genuinis adgnoscit III. 45. et probabile est, hoc epitheto rarius nomen poëtam ipsum interpretari voluisse. Hesych. Τάλις. ἡ μελλόγαμος παρθένος, καὶ κατωνομασμένη τινί· οἱ δὲ, γυναῖκα γαμετήν· οἱ δὲ, νύμφην. Vox est Aeolica: nugatur Eustathius, qui eam a verbo ταλάω deducit, p. 962. ἐκ τοῦ ταλάω γίνεται καὶ ταλασίφρων, καὶ ταλασιουργεῖν ἐπὶ γυναικῶν, τὸ ἐμμένειν ἔργοις καὶ ταλασία. ἴσως δὲ καὶ ἡ παρὰ τῷ τραγικῷ τάλις, τουτέστι μελλόγαμος παρθένος, μελλονύμφη, ὡς καὶ αὐτὴ ταλασίαν ἀσκοῦσα. B. vid. Schneider. lexic. h. v. Callimachus:

Αὐτίκα τὴν τάλιν παιδὶ σὺν ἀμφιθαλεῖ.

625. v. σοὶ μέν. Eleganter correxit Purgold l. l. cf. B. ad El. 21.

628. 9. v. ἀξίως ἔσται et Μείζων. Correxit M.

636. Φιτύσει. Aldus et codd. mendose Φυτεύσει, claudicante versu. Prima in φιτύω producitur, corripitur in φυτεύω. Aeschylus Prom. 233.

ἀλλ' ἀϊστώσας γένος
τὸ πᾶν, ἔχρηζεν ἄλλο φιτῦσαι νέον.

Eurip. Alcest. 501.

σοῦ κατθανόντος, ἄλλα φιτύσειν τέκνα.

et 1159.

εὐδαιμονοίης, καί σ' ὁ φιτύσας πατήρ.

Vide quae notavimus ad Apollonii Argon. IV. 807. B. Heath prius animadvertit. v. αὐτῷ πένους, ex interpretatione. Verum exstat apud Schol., qui et bene explicat: ἐμπέδιον, κάλυμα.

639. τὰς Φρένας ὑφ' ἡδονῆς. In T. τὰς Φρένας γ' ὑφ' ἡδονῆς. Recte. Sine hoc fulcro stare nequit versus: nam ultima in Φρένας brevis est. B.

645. v. νυμφεύσειν, quod non ferendum. B. νυμφεύειν, minus bene.

650. Depravata est in libris omnibus huius versus scriptura. Alii habent εἰ γὰρ δὴ τάδ' ἐγγενῆ: alii, εἰ γὰρ δὴ τά τ' ἐγγενῆ.

Quivis paullo tritior in Tragicorum lectione videre poterat scribi debuisse, εἰ γὰρ δῆτα τἀγγενῆ. Crasis ex τὰ ἐγγενῆ est τἀγγενῆ. B.

651. ἄκοσμα. cf. 721. γ' omittitur apud Ald. Franc. Turn. B., non recte.

657. ςήσειε. Herodotus 1, 97: ςήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα. 5, 84: ὡς βασιλέα ςήσονται. 5, 42: ἐςήσαντο βασιλέα. vid. et Oed. T. 919. M. Subaudiri ex praecedentibus potest κρατοῦντα.

658. καὶ δίκαια καὶ τἀναντία. Sic Corinthius rex Medeae ait apud Senecam:

aequum atque iniquum regis imperium feras,

τἀναντία notat καὶ μεγάλα καὶ ἄδικα. B. Scilicet v. legitur καὶ σμικρὰ, quod per me retineat, cui placet. Saepius autem erratur in versuum literis initialibus.

663. Stobaeus serm. 41. δὲ pro γὰρ legit, minus eleganter.

665. v. σὺν μάχῃ δορὸς Τροπὰς καταῤῥήγνυσι, mendose. Σύμμαχον δόρυ, i. e. σύμμαχοι, ut passim. Eurip. Rhes. 82.

Οὐδ' ὧδέ γ' αἰσχρῶς ἔπεσον ἐν τροπῇ δορός.

Μάχης τροπῇ Aeschyl. Ag. 1177.

M.: καταῤῥήγνυσι. Propria constructio est, cum sequitur accusativus rei, quae ῥῆξιν sustinuit; ut apud Plutarchum in Fabio vol. 1, p. 179, A.: κατέῤῥαξεν ἐς τὸν χάρακα τοὺς πολεμίους. Herodot. 9, 69: τοὺς δὲ λοιποὺς κατήραξαν — ἐς τὸν Κιθαιρῶνα.

Hic quoque eadem constructio, nam καταῤῥηγνύειν τροπὰς συμμάχων idem est ac καταῤῥηγνύειν συμμάχους τρεπομένους. cf. Trach. 898.

666. ὀρθουμένων, eorum, qui recti stetérunt, i. e. quibus prospere cecidit eventus. ὀρθοῦν enim Sophocli est sospitem, beatum, reddere vel servare. vid. ad El. 918. M.

668. τοῖς κοσμουμένοις. τοῖς ἄρχουσιν. Ὅμηρος Ἰλ. Α, 16: δύω κοσμήτορε λαῶν. Schol.

674. Prudentiam laudat Haemon, ut quam a patre superbo laesam arbitratur, nec palam audet dicere.

678. M. non male legi posse existimabat: χἑτέρᾳ: quanquam et alia fortasse ratione recte se habeat res. Sed sequor Heathii interpretationem, nihil mutantis. Ἕτερος usurpatum, ut passim ἄλλος, τις, et εἷ τέλας, cum se ipse indicat loquens. vid.

ad El. 526. cf. 710, 11. 742, Philoct. 946, ubi τῷ ἄλλοισι se ipse significat infelix.

679. σοῦ. Sic August. et E. In aliis, ut apud Aldum, σοί. Verbo προσκοπεῖν superscripta glossa ὑπὲρ, qua declaratur potestas praepositionis πρὸ in compositione: πέφυκα δ' οὖν πάντα σκοπεῖν ὑπὲρ σοῦ. In membr. non προσκοπεῖν scriptum, sed simplex σκοπεῖν. B.

Nempe v. legitur σοῦ δ' οὖν πέφυκα etc., sed exstat apud Schol. et Turn. in marg. diversa lectio: Σὺ δ' οὖν (quod haud dubie fuit οὐ) πέφυκας, quae longe praestat vulgatae. Creontem ista rescire non posse dicit, se posse.

682. λόγοις τοιούτοις. dativus causae, vel modi: propter, circa, sermones tales. Intelligi potest ἐν. vid. Bos h. v.

690. τιμᾷς τυχεῖν. Libri omnes λαχεῖν. Vid. ad El. 549. B.

Eleganter cum genitivo construitur λαγχάνειν. τυχεῖν igitur, si in libris inveniretur, pro glossemate habiturus essem, tantum abest, ut recipiam.

694. v. εὐκλείας. Bene correxit Iohnson. s. ἀφθίτῳ βάλλων βίῳ Eurip. fragm. Sisyph. 1, 17: παῤῥησίᾳ βάλλοντες Hippol. 422.

697. v. Ὡς φῂς σὺ, sed ὡς non quadrat in οὐδὲν et τοῦτο.

703. παρὰ ῥεῖθροισι. Sic divisim et emendate scriptum in E. T. August. et apud Eustathium duobus in locis. Ad pronuntiandi rationem in aliis codd. παραῤῥεῖθροισι. Vide quae notavimus ad Aeschyli Prom. 1031. Comparationem hanc, verbis ex parte mutatis, traduxit ad vinolentiae laudem Antiphanes, cuius parodiam profert Eustathius p. 1612. ex Athenaeo p. 23.

Τὸ δὲ
ζῆν εἰπέ μοι τί ἐστι. — Τὸ πίνειν, φημ' ἐγώ,
ὁρᾷς, παρὰ ῥείθροισι χειμάῤῥοις ὅσα
δένδρων ἀεὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν
βρέχεται, μέγεθος καὶ κάλλος οἷα γίγνεται·
τὰ δ' ἀντιτείνονθ', οἱονεὶ δίψαν τινὰ
ἢ ξηρασίαν σχόντ' αὐτόχρημ' ἀπόλλυται. B.

707. ὑπτίοις — σέλμασιν ναυτίλλεται. Hoc valet οὐ ναυτίλλεται. vid. ad Oed. Tyr. 1257, 8. De re conf. Eurip. Orest. 706. M.

709. εἶκε θυμοῦ. Sic August. et T. In aliis, ut apud Aldum, contra sententiam εἶκε θυμῷ. B.

712. πλέων. Sic in August. In aliis πλέω. Vide ad Oed. Col. 1130. B.

713. εἰ δ' οὖν elliptice, negativa sententia, ob negationem e posteriori membro in prius ἀπὸ κοινοῦ repetendam. εἰ δ' οὖν μὴ τοιοῦτος ἔφυ, οὐ γὰρ Φιλεῖ ταύτῃ ῥέπειν τοῦτο, ἡγοῦν τὸ εἶναι ἐκ φύσεως τινὰ τοιοῦτον. B.

Schol.: εἰ δ' οὖν· εἰ δέ τις ἀνδητος εὑρεθείη. Similiter πῶς γάρ; dicitur pro πῶς γὰρ οὔ; velut Aiao. 272: nam οὐ hic quoque subauditur. V. tamen reponebat οὐ, quod sane locum habet, sed minus est elegans. nam s. v. c. Lysias orat. 27.: ἂν μὲν ἐμοὶ πεισθῆτε, εὖ περὶ αὐτῶν βουλεύσεσθε· εἰ δὲ μή, χείροσι τοῖς ἄλλοις πολίταις χρήσεσθε. Vid. Bos in capite de ellipsi plurium vocum.

721. Frequentant Graeci ἔργον ἐστὶ pro χρεία ἐστὶ, opus est, eiusque notionis exempla aliquot dedimus ad Ai. 12. Nec aliter hic acceperim, licet τἄργα versu praecedenti alia potestate adhibitum sit. Verum in ἀναδιπλώσεσι non semper cavisse videntur veteres, ut vox repetita eandem utrobique potestatem consequeretur. M.

725. ἆμὲ χρὴ — Sic August. et E. recte. ἆμὲ per crasin coaluit ex ἃ ἐμὲ, unde prior producitur: cuius rei ignoratio alius lectionis caussa fuit, ἄ ν με. Nullus hic locus est particulae ἄν. Eurip. Troad. 656.

παρεῖχον· ἦδη δ' ἆμὲ χρὴν νικᾶν πέσιν.

Perperam ibi excusum ἃ με. B.

726. τάδ'. Ita Schol. V. minus eleganter τόδ'.

728. Hoc ita dictum videri potest, quasi πόλις derivaretur a πολύς. Lusibus verborum gaudent veteres.

730. Male distinguitur ὑποστιγμῇ post καλῶς. Sensit vitium M.

731. συμμαχεῖ. Sic membr. In E. συμμαχεῖν, haud deterius. Sic Trach. 1238.

ἀνὴρ ἔδ' ὡς ἔοικεν οὐ νεμεῖν ἐμοὶ
ξύνοντι μοῖραν. B.

733. καὶ κάκιστα pro vulgato παγκάκιστα ex Plutarcho tom.

2. p. 483. C. reponendum esse, vidit Porson ad Eurip. Orest. 301.

734. Haec v. affirmative accipiunt, vix, et ne vix quidem, explicaturi τὸ δίκαια. Hoc in verbo intell. κατὰ vel περί.

738. Inconcinne vulgo legitur, οὐκ ἄν γ' ἄλοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ. Neminem non offendat bis posita in hoc versu particula γε. B.

Prius γε in δὲ mutari sententia iubet. ἐμὲ pulcre convenit: ὀρθοτονουμένῳ enim gravissime se opponit turpia molienti patri.

742. τινά. δι' ἑαυτὸν ἔφη, ὁ δὲ Κρέων ὤετο δι' αὐτὸν λέγειν. Schol. Τὶς valet, ut ἕτερος vel οἱ πέλας. vid. supra ad 472. et B. ad Ai. 241.

743. v. ἢ καταπειλῶν ὧδ' ἐπ. θρασύς; perquam ineleganter. θρασὺ, i. e. τὸ θρασὺ, positum pro θάρσος, sicut passim valent adiectiva et participia.

747. γυναικὸς ὢν δούλευμα, id est δοῦλος. Res pro persona, ut Oedip. T. 85. Sic Eurip. Bacchis 792. δουλεύοντα δουλείαις ἐμαῖς. id est δούλαις. Idem Or. 924.

εἰ τἄνδον οἰκουρήμαθ' οἱ λελειμμένοι
φθείρουσιν.

id est τὰς ἔνδον οἰκουρούς γυναῖκας. Androm. 446.

Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια.

Ibidem male curiosae mulieres, prava dantes consilia, appellantur ποικίλα λαλήματα. Hoc schema Latinis etiam usitatum. Cicero de Oratore III. 42. *Quo item in genere et virtutes et vitia pro ipsis, in quibus illa sunt, appellantur.* B. cf. 318. Δόρυ πολέμιον pro captiva bellica sic dicitur Aiac. 977. μὴ κώτιλλέ με. Acerbissima quaeque palam proloqui, nec sibi parcere, adolescentem iubet iratus pater.

750. δεννάσεις, ὑβρίσεις. Hesych. δεννάζων, λοιδορῶν. Quae glossa pertinet ad Ai. 237. a nomine δέννος, quo utitur Herodotus L. IX. cap. 107. παρὰ δὲ τοῖς Πέρσῃσι, γυναικὸς κακίῳ ἀκοῦσαι, δέννος μέγιστός ἐστι. Eustathius laudato Herodoto ad Il. H. p. 668. addit δέννον δὲ λέγει τὴν ὕβριν, ἐξ οὗ τὸ δεννάζειν παρὰ Σοφοκλεῖ. Occurrit hoc verbum etiam in Eurip. Rhes. 928. 954. et in Theognidis gnomis 1163. B.

v. ἐπὶ ψόγοισι. Correxit M. Intellig. ἔπεσι, more Homerico. vid. Bos v. ἔπος.

755. ὁρᾶν, videns (κρᾶτα), i. e. vivum, ut p. sonant ὁρᾶν, βλέπειν et similia.

756. v. θέλουσι τῶν φίλων μαθῆ. Supplent συνεῖναι in τοῖς θέλουσι, quod durius culum, et exemplis probandum. Sed tota sententia friget. τὸ in ὠφελεῖν abundat, sicut p. vid. ad Elect. 990. Simile peccatum vide ad Aiac. 319.

ὡς τοῖς θέλουσι τῶν φίλων μαίνῃ ξυνών. Sic optime T. iuxta Scholiastam. Pro μαίνῃ Aldus habet μένῃ, sollemni errore, quo αι et ε confunduntur. In ceteris codd. peiore depravatione vel μενεῖς vel μένεις. B.

757. ὦνήρ. Perperam vulgo ἀνήρ. B.

758. v. νοῦς δ' ἔστι τηλικοῦτος ἀλγῆσ. βαρ., nimis invenuste cumulatis nominativis. τηλικούτοις, adolescentibus.

765. In arcam inclusos tradunt, non dissimili genere poenae, Danaën, Cycni liberos (Lycophr. 239), Comatam (Theocrit. 7, 78), denique Sotadem poëtam (Athen. 14, cap. 4.). M.

766. v. ὡς ἄγος μένον, quod B. vertit: quantum piaculo sit satis. sed, ut haec ita accipi possint, de piaculo sequente demum versu agitur. Hic dicendum erat, quantillum istud cibi fuerit. Atque dixit Creon: ὡς ἄκος μέρου. Literas ρ et ν saepius inter se permutari, monet etiam Porson ad Eurip. Med. 937.

767. ὑπεκφύγῃ. Sic recte August. et T. In aliis ὑπεκφύγοι. B.

772. ἀνίκατ', ἀμάχαν' Ἔρως. Libri omnes ἀνίκατε μάχαν. De Sophocle male meritus fuissem, nisi elegantissimam emendationem Tiberii Hemsterhuys recepissem, Valckenario ad Hippol. 525. merito probatam. Quae sequuntur verba, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις, a veteri enarratore male fuerunt accepta. Parum valet ad vim Amoris declarandam, si dicatur opulentos invadere. Libidinem fovent divitiae; sed vel pauper amare possit: aliena est prorsus a poëtae sententia opulentiae mentio. Grotius hunc sensum merito damnavit, quumque e propositis verbis non alium melior rem elicere posset, ea male affecta censuit, et bene sibi visus est emendare, reponendo, ὃς ἐν ὄμμασιν ἵπτῃ, quod quidem ne-

mini Sophocleum videri possit. Non melior est Heathii coniectura, ὃς ἐν γλήνεσι πίπτεις. Alia sunt aliorum somnia, quae si reticeam, lectorum saltem gratiam initurum me confido. Summa sententiae est, *Amor omnia domat*, quod ostenditur enumeratione animantium omnium, quorum vāria genera vel diserte nominantur, vel a sedibus, quas incolunt, innuuntur. Primo loco τὰ κτήματα, seu τὰ κτήνη nominat poëta. Si quid contra librorum fidem mutandum esset, pro κτήμασι legerem κτήνεσι. Hesych. κτήνη, βοσκήματα. Sed non video, cur eadem significatio nomini κτῆμα tribui non potuerit, maxime in chorico cantico, cuius indoles pene dithyrambica eiusmodi metonymias affectat. Servata hac lectione venuste repetitur articulus ὃς, cuius insubida iteratio esset, si vel ἔμμασι vel γλήνεσι legeretur, quorum utrumlibet ad νεάνιδος referendum esset. Nemo non sentit scripturum fuisse poëtam, ὃς ἐν γλήνεσι πίπτεις, μαλακαῖσί τ' ἐν παρειαῖς νεάνιδος ἐννυχεύεις. Postrema haec expressit Horatius in carmine ad Lycen:

Ille virentis et
doctae psallere Chiae
pulchris excubat in genis.

Ad quem locum Bentleius Plutarchum in *Amatorio* emendat, quem diu ante eum suppleverat et elegantissimis observationibus illustraverat Bernardus Martinus Var. Lect. II. 6. B.

Metrum non fert ἀμάχαν, nec video, cur a librorum scriptura recedatur. Recte Schol. supplet κατά. Νικᾶν vel κρατεῖν μάχῃ et similes formae frequentantur. Eurip. fragm. incert. 39. μάχῃ δορὸς σθένων. ἐν κτήμασι ferri nequit, sententia ipsa refragante, qua duce repono οὐ κτ., siquidem saepe inter se confunduntur ει, εν, α, ω, οὐ. quanquam et elegantioris formae ignorantia corrumpendo loco ansam praebere potuit, ut librarius, non intelligens τὰ κτήμασι πίπτεις, praepositionem ἐν addiderit, quam deinde alius metri studiosus retinuerit, expulsa negatione. Atqui bene dicitur κτήμασι πίπτειν pro εἰς κτήματα πίπτειν vel ἐν κτήμασι πίπτειν, quomodo αἰσχύνῃ πίπτειν habetur Trach. 585. Non opes, non potentiam, amor affectat, sed puellam teneram. Scatent eiusmodi sententiis poëtarum scripta.

778. καὶ σὲ οὐδεὶς φύξιμος. Verbale casum verbi sui regit,

quod utriusque linguae scriptoribus sollemne est. Plautus in Aulul. *Quid tibi ergo meam, me invito, tactio est?* Perperam hic glossa σ' interpretatur σοί. B.

De Latinis vid. Heusinger ad Vechner. hellenolex. p. 264. sed non omittenda, quae ex Graecis depromta huius formae exempla profert M. haec: Isocrat. adv. Callimachum: τὴν δίαιταν μέλλειν ἕξαρνον εἶναι. Plato Alcibiad. 2, pag. 453, F. οὐκ ἀνήκοον εἶναι ἐνια. Idem Charmide p. 465, D. ἐξάρνῳ εἶναι τὰ ἐρωτώμενα. Herodot. 3, 52. ἐγὼ αὐτῆς τὸ πλεῖν μέτοχός εἰμι. Aeschyl. Agam. 1099. πολλὰ ξυνίστορα αὐτόφονα κακά.

779. ἔπ' gl. ἔπεστι. B.

Male vero itidem glossator. Aristides Panathenaico tom. 1. p. 96.: μόνῃ τῇ πόλει — ἐπὶ ἐῶν Ἑλληνικῶν. Pindar. Olymp. 7, epod. 4.

— — σοφώ-
τατα νοήματ' ἐπὶ προτέρων
Ἀνδρῶν παραδεξαμένους.

quae laudat M. Retinenda igitur vetus scriptura ἐπ'.

783. νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον. Pro ν. ἀ. ξυναίμων. Sic τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον Eurip. Phoen. 30. vid. et Aiac. 950, Oed. T. 1370. M.

784. ταράξας. Plutarch. in Themistocle p. 114, A. δίκας τῷ ἀνθρώπῳ ταράξειν. Aristide p. 331 B. συνταράξαι πόλεμον ἐμφύλιον. Idem vol. 2, pag. 417, D. πολέμους καὶ στάσεις ταράττουσιν. M.

790. Fertur huiusmodi anapaesticus, qui meris spondeis continetur, sed curare in talibus solent poëtae, ut longae syllabae, quae ictum habent, ἦ —, — γὼ, — τὸς, — μῶν, accentu adiuventur. Idemque observatur in spondaïcis. vid. 830, 848.

794. ἀνύτουσαν. gl. ἐρχομένην εἰς τὸν θάλαμον — Vide ad Oed. Col. 1517. B.

798. v. inconcinne: ἀελίου, κοὔ ποτ' αὖθις· ἀ. ἐ. ὁ π. Ἀΐδας.

804. v. Ἀλλ' Ἀχέροντι, imperfectis numeris. Ceterum cf. 645.

809. ζῶσα, i. e. οὖσα. vid. ad El. 150.

813. Σιπύλῳ, monte Phrygiae, ubi in saxum conversa Niobe.

814. v. κ. ὡς ἀτενὴς, πετ. Recte distinxit M.

815. v. καί νιν, inooncinne.

816. v. Ὄμβρῳ, mendose. Itidem emendavit M.

818. v. Τέγγει θ' ὑπ' ὀ., sed τῷ δὲ opus est sententiae.

820. Secunda syllaba verbi ὁμοιοτάταν corripitur, ut passim mediae vocum Ἀχαιὸς, γεραιὸς, priores horum et similium, οἷος, τοῖος, quamvis accentu gaudentium.

821. Niobe et ipsa vocatur dea, utpote quae avo Iove gloriaretur.

823. v. καί νιν, quod non convenit. Male quoque edd. addunt Ζῶσαν καὶ ἔπειτα θανοῦσαν.

830. v. Ἰὼ Διρκ., et sic etiam 836. et 848 et 854 ἰὼ legitur, corruptis metris, ut p. hae vocalae inter se confunduntur.

831. Θήβας εὐαρμάτου. Pindar. Olymp. 6. epod. 5. πλάξιππον — Θήβαν. Isthm. 8. διαιρ. β'.

Παρὰ καλλιρόῳ
Δίρκᾳ, φιλαρμάτου πόλιος ᾧ-
κισσεν ἀγεμόνα.

Eurip. Herc. fur. 467. Θηβῶν τῶν φιλαρμάτων ἄναξ. vid. et Athenaeus lib. 1. cap. 22. M.

ἄλσος. Sic Argos urbem ἄλσος vocat Electr. 5, ubi vid. annotata. M.

832. v. ὔμμ' ἐπικτῶμαι, in quo haesit etiam M. Schol. et ἐπιβοῶμαι invenerat.

ἐπικτῶμαι. gl. λαμβάνω. B. Cuius explicationis fides sit penes auctorem.

833. φίλων ἄκλαυστος. gl. ὑπὸ τούτων γὰρ ἂν ἐκλαύσθην θανοῦσα. Aldus, qui supra v. 818. bene dedit παγκλαύστοις, hîc et infra 861 habet ἄκλαυτος. Utroque in loco E. sinceram scripturam exhibet. B.

837. v. Οὐκ ἐν βροτοῖς, haud congruente versu antithetico.

841. προσέπαισας. gl. προσέκρουσας. Perperam Aldus et membr. προσέπεσες, ut legisse videtur etiam Scholiastes. B.

845. πατρὸς τριπόλιστον οἶκτον. gl. λέγω πολυθρύλλητον καὶ πάνδημον δυστυχίαν, ἣν πᾶς ἐλεεῖ. Nempe accusativus τριπόλιστον

οἶκτον non a verbo ἔψαυσας, quod cum patrio casu construitur, sed a suppresso verbo pendet, λέγω. Diversam lectionem memorat Scholiastes, quam nemo non vulgatae praeferendam censebit, simul ac docebitur, quid ille voluerit: nam quod librarius scripsit, plane absurdum est. γράφεται οἶκον. lege οἶτον. Est hoc genuinum, et in textu reponendum. B. De μερίμνας iam audi M.

μερίμνας. Accusativus, quem verbum ψαύω nonnunquam adsciscit. Sic ψαύων τὸν Δεὸν infra 974. M.

847. κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν, pro κλεινῶν Λαβδακιδῶν. Schema Colophonium, de quo vide Musgravium Exercitat. in Eurip. I. 7. et quae notavimus ad Phoenissas 85. B.

849. Copulam metri causa addendam esse, vidit G. Hermann. Schol.: καὶ συνουσίαι τοῦ πατρὸς αὐτογενεῖς.

850. Ald. ἐμῷ, sed sonantior est reliquarum edd. lectio ἁμῷ.

857. v. insulse: Σέβειν μὲν, εὐσέβειά τις. M. Σ. μὶν, sed μὶν Homericum est, νὶν Tragicorum. vid. Valcken. ad Hippol. 1253.

866. v. minus eleganter: T. δ' ἐμὸν πότμ. ἀδ.

ἀδάκρυτον. ἀντὶ τοῦ πολυδάκρυτον. Schol. vid. ad Trach. 106.

869. εἰ χρεία. Perperam in libris εἰ χρεῖ' vel χρεί' ἦ. Vide ad Oed. T. 772. B.

871. περιπτυξάντες. Eurip. Phoen. 1395. τειχέων περιπτυχαί. M.

872. ἄπιτε μόνην ἔρημον. Sic membran. pro varia lectione: in textu, ut Aldus edidit, μόνην ἀφῆτ' ἔρημον, et superscriptum: γρ. ἄπιτε μόνην ἔρημον. In E. T. ἀφεῖτε μόνην ἔρημον. In August. ἀφῆτε μόνην ἔρημον. Nec ἀφεῖτε nec ἀφῆτε constructionis lex admittit, quae verbum futuri temporis flagitat, cum ἄξετε concordans. Ordo est: οὐκ ἄξεθ' ὡς τάχιστα, καὶ ἄπιτε, περιπτυξάντες αὐτὴν, ὡς εἴρηκ' ἐγὼ, μόνην ἔρημον κατηρεφεῖ τύμβῳ, εἴτε χρὴ — B.

873. τυμβεύσει. gl. ἐνταφιος κείσεται. B. Activum pro passivo. vid. ad Oed. T. 153. 947. M.

892. τόνδ' ἂν ἠρόμην πόνον. Sic bene in E. Reliqui cum Aldo coniunctim ἀνηρόμην. Eleganter repetitur particula ἄν, nec composito verbo hic opus est. Heracl. 989.

ἐγὼ δὲ νεῖκος οὐχ ἑκὼν τόδ' ἠρέμην.

et paullo post:

ἐπεὶ δ' ἐκείνῳ δυσμένειαν ἠρέμην.

ubi perperam utroque in versu scriptum ἠράμην, forma Atticis poëtis inusitata. B. Sic συνηράμην φόνον Eurip. Orest. 767. M. Ita p. αἱρεῖσθαι.

893. Τινὸς νόμου. ἀντὶ ταῦ, τινὸς νομίσματος καὶ λογισμοῦ. Schol. sic et νέμῳ 899.

894. Antigonae hanc sententiam expressit Herodotus, apud quem pag. 257. Intaphernis uxor iisdem paene verbis rationem exponit, cur fratrem malit, quam maritum, vel quemvis alium e suis a morte servare; ad quem locum vide Valckenarii notam. B.

Uter ex utro desumserit, non convenit inter eruditos. Mihi Herodotus, qui singularia quaeque congerere amat, et hoc primus protulisse videtur. M.

Circiter 14 annis iunior Sophocle fertur Herodotus, sed veritatis studiosior historiae pater, quam quem ex poëta haec petiisse existimemus. Communi igitur fama mihi usus uterque videtur scriptor.

896. κεκευθέτοιν, vid. ad Oed. T. 947. M.

903. Perperam Ald. cum parte codd. παιδίου. B.

907. v. abest ὃς, quod necessarium sententiae.

909. Eurip. Iphig. Taur. 682. δειλίαν γὰρ καὶ κακὴν κεκτήσομαι. M.

911. παθόντες. Participium plurale masculinum de singulari muliere. Vide quae notavimus ad Eurip. Medeam 316. et ad Comici Concion. 31. Eurip. Androm. 711.

ἦ, στειρὸς οὖσα μέσχος, οὐκ ἀνέξεται
τίκτοντας ἄλλους, οὐκ ἔχουσ' αὐτὴ τέκνα,

Ibi τίκτοντας ἄλλους est pro τίκτουσαν ἄλλην, nempe Andromacham. Deianira apud nostrum in Trachin. 483. ait:

κοὔ τοι νόσον γ' ἑπακτὸν ἐξαιρούμεθα
θεοῖσι δυσμαχοῦντες —

Pro ἐξαιροῦμαι θεοῖσι δυσμαχοῦσα. Haec generis enallage locum habet tantum in plurali numero. Aliena sunt, et plane diversae rationis, exempla, quae huc imperite admovet Burtonus. B.

914. Luxati sunt in omnibus libris hi versus, qui sic vulgo leguntur:

ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὐταὶ
ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσι.

Per se αὐταὶ non valet id, quod sententia flagitat, *eaedem*: oportet αἱ αὐταί. Proinde legendum:

αἵ τῶν αὐτῶν ἀνέμων ἀὐταὶ
ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδ' ἔτ' ἔχουσιν. B.

Nihil mutandum. αὐταὶ non valet eaedem: nam eosdem ventos hos dixisse, quam quibus ante usa fuit Antigone, satis erat. αὐταὶ ῥιπαὶ sunt veri impetus, quos facile agnoscas esse, et quasi ipsissimi, ut cum Plauto loquar. S. p. αὐτός. Aeschyl. Prom. 360. — φρένας — εἰς αὐτὰς τυπεὶς, ad ipsa praecordia ictus. Idem ibid. 708. πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς. cf. ibid. 710, 718. infra 1193, et locum Pherecratis Comici, prolatum ad 991. M. confert quae similia 137. habentur versu. vid. etiam ad Philoct. 1163.

916. v. T. τούτων, quod alienum.

917. βραδυτῆτος ὕπερ κλαύμαθ' ὑπάρξει. Sic legendum ex anapaestici metri ratione, quae turbata est in libris omnibus, commatum transpositione, κλαύμαθ' ὑπάρξει βραδυτῆτος ὕπερ. Praecedentium versuum vitium non animadvertit Heathius: huic solitam medelam fecit, amatam suam particulam γε inserens, qua nihil inficetius. B.

921. ταύτῃ, sic, i. e. frustra, incassum. Ita p. ταύτῃ et sic. Eurip. Hippol. 41.

Ἀλλ' αὖτι ταύτῃ τόνδ' ἔρωτα χρὴ πεσεῖν.

ad quem l. vid. Valcken.

923. θεοί τε πατρογενεῖς. Mendose Aldus cum parte codd. καὶ θεοὶ πατρογενεῖς. In E. προσγονεῖς: in August. προγενεῖς. Vel sic, ut dedimus, legendum, vel καὶ θεοὶ πρόγονοι. B.

Vera mihi videtur Augustani lectio, ad quam proxime accedit προσγενεῖς, quod in E. legitur. Compendia fefellerunt librarios. Veteres iustos, non novos iniustos, deos invocat puella, ut fere novos deos sugillat Prometheus Aeschylēus. Προγενεῖς, πρὸ τῶν νῦν θεῶν. Possis tamen et antiquos interpretari. Valck. ad Phoen. p. 497. reponebat θεοὶ προγόνων.

926. τὴν βασιλίδα τὴν — Posterior articulus in veteribus libris male omissus est. Triclinius imperite metrum stabilivit, genuinae voci βασιλίδα substituens βασίλειαν. Nemo miretur magni animi puellam se solam e regia stirpe superstitem esse dicere. Non hoc incogitanti poëtae excidit, nec vitio ei vertendum, ut Musgravio visum ad Iphig. T. 905. Consulto et ex naturae observatione Antigonam sic loquentem induxit. Ad certam mortem dum abducitur, quam sibi ipsa pio facinore arcessivit, sororis meminisse non debet, quae eiusdem facti, timore mortis et Creontis reverentia, particeps esse noluit. Indigna genere suo Ismene illi videtur, neque eam amplius pro sorore habet. Praeterea ea est vis magni doloris, ut qui eo obruitur, se solum respiciat, nec quidquam aliud praeter se, et id quo movetur affectus, spectet. Unde intelligere est, quam bene apud Euripidem Iphigenia gaudio simul agniti fratris perturbata, et metu ne eum occidere cogatur, in se et fratre totius Agamemnonis stirpis salutem verti dicat, licet Electra superstes sit:

τίς ἂν οὖν - - - - -
δυοῖν τοῖν μόνοιν Ατρειδαιν
Φανεῖ κακῶν ἔκλυσιν; B.

Βασιλίδα praebent Schol. et Ald.

928. τὴν εὐσέβειαν. Sic recte Triclinius. Veteres codd. ut Aldus, εὐσέβειαν. Vide Valckenarium ad Phoeniss. p. 497. B.

930. οὐρ. Φῶς ἀλλ., tenebris mutare lucem coelestem. M.

934. χρυσορύτους. Sic ex metri praescripto legendum. Perperam vulgo χρυσοῤῥύτους. B.

936. i. e. οὔτε ὄβριμος Ἄρης, οὔτε ὄβριμος πύργος, qualis Danaës fuit. V. pessime ὄμβρος (corruptum ex ὄμβριμος) legitur pro ὄβριμος. Tribrachys hic est.

938. Mendose in libris ὀξυχόλως. B.

939. Ἠδωνῶν βασιλεύς. Lycurgus, rex Thraciae, Bacchi contemtor, quem antro montis Pangaei deus inclusit. vid. Apollodor. 3. 5.

939. κερτομίαις ὀργαῖς. Sic in E. In August. κερτομίης ὀργῆς. In aliis κερτομίοις ὀργαῖς. B. Nihil horum probari potest, cum statim sequatur κερτομίαις: siquidem eloquentissimus est Noster.

κηρέσιος exstat apud Hesychium, quod cum simili et notiore vocabulo facile permutatum est.

942. οὕτω μανίας. Aldus et E. οὕτω τὰς μανίας. In aliis veteribus melius τᾶς. Verum metri ratio articulum non admittit. In seq. v. libri omnes perperam τε pro τι habent. B.

V. ἀποζάζει et post μένος distinguitur ὑποστιγμῇ, pessimo asyndeto. Τε bene habet: vid. annotat. sequ.

943. v. Ἀνθηρὸν, quod male convenit metaphorae τοῦ ἀποζάζειν, qua similiter usus Aeschylus Agam. 166. Μένος δεινὸν ἀτηρόν τε idem est ac μένος ἄτης δεινῆς καὶ ἀτηροῦ.

944. v. γλώσσαις, obscurato sensu. Sequor Scholiasten. Ἐν abundat, monente M., ut Philoct. 61.

946. Μούσας. Inter Bacchi comites a Diodoro lib. 4, 4. recensentur Musae. M.

947. παρὰ δὲ κυανέων πελαγέων. In Aldina et veteribus codd. addita in fine versus vox πετρῶν, e glossemate. B.

Π. δὲ κ. πελ. ἀντὶ τοῦ, παρὰ δὲ τοῖς κυανέοις πελάγεσι τῆς διδύμης θαλάττης γέγονεν ἐμφύλια κακὰ περὶ τοὺς Φινείδας. Κυανέοις δὲ πελάγεσιν εἶπε, τοῖς ὑπὸ τῶν Κυανέων (quae et Symplegades) περιεχομένοις. Schol.

950. Salmydessi in Thracia Phineus regnavit. De quo sic Scholiasta: Βορέας κῆδος συνῆψε τοῖς Ἀθηναίοις, ἁρπάσας Ὠρείθυιαν τὴν Ἐρεχθέως, ἐξ ἧς ἔσχε Ζήτην καὶ Κάλαϊν καὶ Κλεοπάτραν. ταύτην ὁ Φινεὺς ἔγημεν, ἐξ ἧς αὐτῷ δύο παῖδες ἐγένοντο, Πλήξιππος καὶ Πανδίων, κατὰ δέ τινας, Γηρύμβας καὶ Ἄσπενδος. Μετὰ δὲ τὸν Κλεοπάτρας θάνατον ἐπέγημεν Ἰδαίαν τὴν Δαρδάνου, κατὰ δέ τινας, Εἰδοθέαν τὴν Κάδμου ἀδελφὴν, ἧς καὶ αὐτὸς Σοφοκλῆς μνημονεύει ἐν Τυμπανισταῖς, ἥτις ἐξ ἐπιβουλῆς τυφλώσασα τοὺς τῆς Κλεοπάτρας παῖδας, ἐν τάφῳ καθεῖρξεν, ὡς δέ τινές φασιν, ὅτι κατεψεύσατο αὐτῶν, ἅτε δὴ πειρασάντων αὐτήν· ἐφ' οἷς ἀπατηθεὶς ὁ Φινεὺς ἀμφοτέρους τυφλοῖ. Ταῦτα δὲ ἱστορεῖ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ. τινὲς δὲ ἱστοροῦσιν, ὅτι περιεῖσαν τὴν Κλεοπάτραν ὁ Φινεὺς ἐκβέβληκε, καὶ τὴν Ἰδαίαν ἐπέγημεν· ἡ δὲ ὀργισθεῖσα τοὺς ἑαυτῆς ἐτύφλωσε παῖδας. — Ceterum ἰδ' Homericum habent vett. edd. praeter Aldum, quod metro comprobatur.

952. Διισσ. Φιν. Dativus pro genitivo, forma Colophonia.

954. Τυφλωθὲν cum ἕλκος coniungitur, per enallagen constructionis. Vid. M. ad Oed. Col. 1425. Aeschyl. Agam. 124.

Οἷων μή τις ἄτερ θεόθεν κνεφάσῃ προτυπωθὲν
Τροίας ξύμιον μέγα
Στρατευθέν.

955. ἀλαὸν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις. Sic Aldus et codd. omnes veteres, optime, integro metro, et salva sententia. Versus est trimeter iambicus, ut versus 966. Hypallagen observavit antiquus Criticus, cuius notam in minoribus scholiis vulgavi, pro ἕλκος ἀραχθὲν ἀλαστόρως ὀμμάτων κύκλοις. Variis coniecturis solicitata fuit haec lectio, quarum nulla, ut sunt omnes temerariae, speciem vel minimam probabilitatis habet. Longe autem insulsissima sunt quae prolixe ad hunc locum disputat nuperus editor Parisinus. Eruditorum sibilis excipi digna est eius emendatio. Satis poëtae fecisse mihi videbor, si patrocinio meo civitatem graecam retineat nomen ἀλάστορος, quod illo barbarum esse pronuntiat ex cathedra. Ex nominum tertiae declinationis plurimorum genitivis alia formantur nomina declinationis secundae, ut δράκτωρ et δράκτορος, Φύλαξ et Φύλακος, μάρτυρ et μάρτυρος, aliaque. Vide Etymol. M. in Τρίβακες, Scholiastam nostrum ad Oed. Col. 195. Eustathius p. 157. ὡς εἴ τις εἶπε καὶ τὸν μάρτυρα, μάρτυρον, καὶ τὸν ἀλάστορα, ἀλάστορον, οὗ χρῆσις παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ, ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις. De veritate huius lectionis dubitari non potest. Si quid mutandum videretur, nihil aliud rescribendum censerem, quam,

ἀλαὸν ἀλαστόρως ἐν ὀμμάτων κύκλοις. B.

956. v. Ἀραχθὲν ἐγχέων. Melius Turneb. et antiquae edd. ἀρ. οὐκ ἐγχέων. Negatio, quae salva sententia abesse nequit, etiam metro confirmatur. Ἀραχθὲν corruptum ex ῥαγὲν, ut p. aut male omitti solent versuum initiales literae, aut perperam adscribi quasi capite truncatis verbis, quae integra sunt.

Aldus et veteres codd. ὑφ' αἱματηραῖς χείρεσσι. Salva structura abesse potest praepositio, quam metrum non admittit. B. Sententia flagitat id, quod reposuimus.

960. ἐχούσας ad ματρὸς relatum. Aldus et codd. habent

ἔχουτες, quod male suppositum fuisse metri ratio evincit. Versus est dimeter trochaicus. B. Retinendum ἔχοντες. γονὴ periphrasi inservit, ut βίος aliaque. vid. ad Oed. Col. 770.

962. v. ἁ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχ.,' ex interpretatione: nam nihil excidit in hisce respondente strophae loco. Ἄνταϲ' Ἐρεχθειδᾶν, nacta erat (cognatos) Erechthidas. Μὲν frigidiusculum est, vixque in versus principio ferendum.

967. θεῶν παῖς, Deorum progenies, i. e. cui Dei erant generis ultimi auctores; quod quidem de Cleopatra vere dicitur. Nam ipse Erechtheus Orithyiae pater inter Deos relatus fuit. Quod autem Heathius statuit θέων scribendum et positum esse pro θέουσα, longe est ineptissimum. Βορεὰς παῖς θέων, pro θέουσα, nihil aliud esset quam putidus soloecismus, nullo exemplo excusandus ex omnibus illis, quae Clarkius congessit ad Il. E. 778. Pronomen seu participium plurale masculini generis de femina adhibetur, quod observavimus supra ad v. 911. ita etiam masculinum duale, ut Oed. Col. 1630. et passim: sed in singulari numero id numquam obtinet. B.

968. ἔϲχον cum ἐπὶ, ex superiori versu repetendo, valet irruebant, invadebant. vid. ad Eurip. Bacch. 1131. M.

975. τήνδ' ἐναυκλήρεις. Sic bene Valckenarius ad Phoen. p. 321. Vulgo τήνδε ναυκληρεῖς. Ald. et membr. τήνδε ναυκληροῖς. B.

δι' ὀρθῆς. Iniuriam Grammaticis facit M., cum eos dubitare dicit, quid in huiusmodi locutionibus subaudiatur. Subaudiunt, et recte quidem, me iudice, subaudiunt: ὁδοῦ: vid. Bos v. ὁδός: nec quidquam ad rem, quod in talibus utroque genere usi sine discrimine reperiuntur veteres; cuius rei M. profert exempla: ἐκ μὲν ἰθείης Herodot. 3, 127, ἐκ ταύτης 4, 43, τὴν ὁμοίην 4, 119, ἐξ ὑστέρης 5, 106, ἐκ νέης 5, 116, ἐκ καινῆς Aristid. tom. 1. p. 84., Thucydid. 3, 92, ἀπὸ πρώτης Thucyd. 1, 77, διὰ κενῆς Eurip. Troad. 759 (quibus addi possunt ἐκ ταχείας Troch. 386, ἐξ ἑκουσίας ibid. 740), nam ut in hisce et similibus intelligendum est ὁδοῦ, ὁδὸν, ita in his similibusque formis, ἐκ καινοῦ, ἐκ νέου, neutra pro substantivis, sicut p., accipienda sunt.

977. ἐπὶ ξυροῦ τύχης, *in novacula casus.* Nota proverbialis locutio ex Homero Il. K, 173.

νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς.

Idem diversis verbis expressit in Aiace 765.

ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τοῦτο μὴ χαίρειν τινά.

Vide Eustathium p. 796. B. cf. et Theognis 557. (569. Gnomic. Brunck.) Herodot. 6, 11. Theocrit. 22, 6. M.

980. Ϛᾶκον. Sic August. et E. a prima manu. In aliis ϑῶκον. Vide ad Comici Ran. 1522. B. Pausaniae tempore ostendebatur. Pausan. p. 741. M.

981. λιμήν. vid. ad Oedip. T. 415. M. Aeschylus Pers. 229.:

Ὦ Περσῖς αἶα, καὶ πόλις, πλούτου λιμὴν,
Ὡς ἐν μιᾷ πληγῇ κατέφθαρται πολὺς
Ὄλβος, τὸ Περσῶν δ' ἄνθος οἴχεται πεσόν!

Καὶ πόλις enim scribendum duco pro vulgatis καὶ πολὺς, quia statim sequitur πολὺς ὄλβος, quod nihil differret a πολὺς πλούτου λιμήν. Similiter Eurip. Orest. 1074.

Σοὶ μὲν γὰρ ἔστι πόλις, ἐμοὶ δ' οὐκ ἔστι δή,
Καὶ δῶμα πατρὸς, καὶ μέγας πλούτου λιμήν.

Alio sensu vox adhibetur Eurip. Med. 767, eodem infra quoque 1258.

984. v. Φοναῖς, quod male concurrit cum χηλαῖς. σπᾶν Φονὰς ἀλλήλους elegans est locutio, vateque digna. Ἐν, σὺν, ut p.

986. γεύεσθαι hic valet *experiri, periculum facere,* ut Trach. 1064. Eurip. Hippol. 667.

τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος.

id est, iuxta Scholiastam, πεπειραμένος. Vide ad Comici Ran. 462. B.

Ἐγευόμην, periculum feci. Non enim ore et palato degustasse videtur. Licet ἔμπυρα nonnunquam dicantur ipsa viscera in flammis cremata. vid. Callimach. Lav. Pallad. 107. ibique Spanhemium. Μόχϑων — ἐγευσάμην Trachin. 1064. M.

987. Geminus locus est Euripidis Phoen. 1270., coniecturis ille virorum doctorum nimis exercitatus, quem sic restituere mihi videor:

Μάντεις δὲ μῆλ' ἔσφαζον, ἐμπύρου τ' ἀκμῆς
Ῥήξεις τ' ἐνώμων, χ' ὑγρότητ' ἐναντίαν,
Ἄκραν τε λαμπάδ', ἣ δυεῖν ὄρους ἔχει,
Νίκης τε σῆμα, καὶ τὸ τῶν ἡσσωμένων.

Ἐμπύρου τ' ἀκμῆς, i. e. πυρός: nam quod vulgo legitur ἐμπύρους τ' ἀκμὰς, superfluum esset, cum τῷ ῥήξεις scissiones flammarum designentur, quod pro malo habebatur omine, verbisque ἄκραν τε λαμπάδα contrarium, cum recta et indivisa staret flamma, nec detur tertium. Copula quoque addenda fuit verbis ὑγρότητ' ἐναντίαν. Istae igitur iteraque humor igni inimicus, ὑγρότης ἐναντία, indicantur his Nostri verbis:

— — ἐπὶ σποδῷ
Μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο,
Κἄτυφε, κἀνέπτυε· καὶ μετάρσιοι
Χολαὶ διεσπείροντο, καὶ καταῤῥυεῖς
Μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.

Ἄκραν autem λαμπάδα verbo denotat Tragicus, τῷ ἔλαμπεν. Satis apte Tiresias sacrificans apud Senecam Oedip. 309 sqq.

Utrumne clarus ignis et nitidus stetit,
Rectusque purum verticem coelo tulit,
Et summam in auras fusus explicuit comam,
An latera circumserpit, incertus viae,
Et fluctuante turbidus fumo labat?

Quibuscum Valck. ad Euripidis l. l. comparat Stat. Theb. 10, 593 sqq. In loco Senecae circumserpit scripsi pro vulgatis circa serpit, quanquam ληκυθείων versuum mire amans est iste Tragicus.

991. Χολαί. Fel [et iecur] sacrificatum fuisse, ex Aeschyli Prom. 488. colligas, ut bene observat M. Incertus apud Clem. Alex. p. 851., eidem laudatus:

Τίς ὧδε μῶρος καὶ λίαν ἀνειμένως
Εὔπιστος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει θεοὺς
Ὀστῶν ἀσάρκων, καὶ χολῆς πυρουμένης,
Ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,
Χαίρειν μὲν ἀπάτῃ καὶ γέρας λαχεῖν τόδε,
Χάριν δὲ τούτων τοῖσι δρῶσιν ἐκτίνειν;

Addidi μὲν versu penultimo, ne lacuna laboret, quam M. mi-

nus bene explebat verbo ἄν, versuque ultimo pro vulgatò τε excudi iussi δὲ, quod τῷ μὲν respondeat. Usus ille confirmatur etiam fragmento Eubuli Comici apud Clem. Alex. strom. 7. p. 716. Vide quae plura in hanc rem profert vir elegantissimus Ioh. Henr. Voss *Mytholog. Briefe* 2 *Band* 38 — 40 *Brief*, ubi, qui ex Clementis Strom. lib. 4. pagg. 646. 647. ed. Potter. petuntur Pherecratis Comici versus, mihi videntur cum Grotio anapaestici, quos, sublatis glossematis, sic restituas:

Ὅτε τοῖσι θεοῖς θύετε, πρώτι-
στ' ἀποκρίνετ' ἐν αἰσχύνῃ τὸ νομί-
ζεμενόν γ' ὑμῶν τὸ κατειπεῖν.
Ἢ οὐ τὼ μηρὼ περιλάψαντες
Μέχρι βουβώνων,
Καὶ τὴν ὀσφὺν κομιδῇ ψιλὴν,
Σπόνδυλον αὐτὸν, ῥινήσαντες,
Νέμεθ', ὥςτερ καὶ τοῖς κυσὶν, ἡμῖν,
Εἶτ', ἀλλήλους αἰσχυνέμενοί γ',
Εἰλήμασι κρύπτετε πολλοῖς;

Εἰλήμασι perbene Vossius reposuit, cum v. legatur οὐ λήμασι, quod nihili.

992. Μηραί. Recte M.: Μηροὶ sunt ossa femorum, non carnes, ut Homer. Il. 1, 460, ubi verba μηροὺς ἐξέταμον recte Scholiastes interpretatur, μηρία, τὰ μηριαῖα ὀστᾶ. Quem usum verbi etiam Aristotelis Ζώων Ἱστορ. lib. 1, 13. probat Anglus, et hisce Hippocratis περὶ ἄρθρων: Ψαυομένη ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ κατὰ-τὸν περίνεον ὑπερογκέουσα εὐδηλός ἐστιν, similibusque pluribus eius scriptoris locis: quibus haec addo Herodoti 3, 103: κάμηλος ἐν τοῖσι ὀπισθίοισι σκέλεσι ἔχει τέσσερας μηρούς. cf. Ioh. Henr. Vossii l. l. ad 991. et Schneideri lexicon v. μηρίον, quod p., et proprie quidem, ni fallor, eadem potestate usurpatur. Bene Voss pag. 323: *Es scheint auf alle Weise entschieden zu sein, dass die Griechen den Göttern weisse Gebeine oder fleischlose Knochen, und zwar, gewisser Andeutungen wegen, bei Homer aus den Schenkeln, bei den Folgenden auch aus dem Untertheile des Rückgrats* [*mit Abschnitzeln aller Glieder und doppeltem Fett umwickelt*], *verbrannt haben.* Vide praeter Homerica classicum hac de re locum Hesiodi Theog. 535 sqq.

καλυπτῆς, id est, τῆς καλυπτούσης. Nomen verbale activam hic significationem habet, ut μεμπτὸς in Trach. 438. ὕποπτος apud Eurip. Hec. 1121. B.

994. Manto filia Tiresiam ducit apud Euripidem Phoen., hic puer.

φθίνοντ', evanescentia. Mali ominis erat in ignispiciis, quicquid debile et evanidum erat. vidd. inttpp. ad Eurip. Phoen. 1270. — Ὀργίων, sacrificiorum, ut Trachin. 753, Aeschyl. Sept. 149. M.

1000. Sic θυστάδος βοῆς Aeschyli Sept. 240. M.

1003. βεβρῶτες. Mendose in Aldina βεβρῶτος. Schema est σολοικοφανὲς, quum singulari ὄρνις subiungatur plurale βεβρῶτες, syntaxi ad intellectum, non ad vocem, relata. B. vid. ad Elect. 463.

1006. ἐπὴν δ' ἁμάρτῃ. perperam vulgo ἐπεί. B.

1007. ἄνολβος. gl. μωρός. ὄλβος γὰρ ἡ φρόνησις τῷ αὐτὴν ἔχοντι. B. Angusta haec explicatio.

1009. αὐθαδία τοι. Sic etiam scriptus est hic versus in Reg. Stobaei cod. Pessime eum interpolavit Grotius Floril. p. 105.

ἡ δ' αὐθάδεια σκαιὸν ὀφλισκάνει.

Secunda in αὐθάδεια, quod vir summus ignoravit, necessario producitur. Vide Bentleium ad Menandri fragm. LXXX. In praeced. v. πέλει dant E. T. Minus bene vulgo πέλῃ. B. Rare sic erravit Grotius, erravit tamen et alibi, velut Simonidei carminis de mulieribus, ab ipso latine redditi, versu 15. legitur: Tollens latratum saepe viso nemine, cum verbi latro prior syllaba producatur. vid. Gnomic. Brunck. p. 102.

1013. εἰ κέρδος φέρει. Sic E. T. In August. φέροι, cum glossa λέγοι. In aliis εἰ κέρδος λέγει. B.

1014. ὥστε τοξόται σκοποῦ. Mendose Aldus, ut in membr. τοξότου σκοποῦ. Male etiam in E. τοξόται σκοπῷ. Verbum τοξεύω cum genitivo construitur, per ellipsin praepositionis κατά. Eurip. Ione 1431.

εἰς τοῦθ' ἱκοίμην· τοῦδε τοξεύω, τέκνον. B.

1016. τῶν ὑπαὶ γένους ἐξημπόλημαι. Cohaerent ista, quae vulgo prava interpunctione divelluntur. Quin perperam in

pmnibus libris τῶνδ' ὑπαὶ — Articulus relativus τῶν refertur ad μάντεων, quod ex praecedenti nomine μαντικῆς intelligendum. B. De forma ὑπαὶ in iambicis vid. ad Trach. 7.

Ἅπρακτος. s. Oedip. T. 125. ξὺν ἀργύρῳ Ἐπράσσετ', [argento tentatus vel incitatus erat]. — M.

ἐκπεφόρτισμαι. προδέδομαι, Φόρτος γεγένημαι, ἐποιήσαντό με Φόρτον. Schol.

Rem illustrat Triclinius: Τίος αὐτοῦ Μενοικεὺς, Τειρεσίου πρόσθεν εἰπόντος, ὡς, εἰ πρὸς τὸ σπήλαιον τοῦ δράκοντος ἑκὼν ἑαυτὸν ἀναιρήσει, σωτηρία ἔσται τῇ πόλει, ἀπελθὼν ἐκεῖσε, ἑαυτὸν διεχρήσατο. vid. Eurip. Phoen. 925 sqq.

1018. τὸν πρὸς Σάρδεων. Sic E. Perperam in aliis libris πρὸ Σ. Nostram lectionem adgnoscit Eustathius ad Odyss. Δ. p. 1483. Σοφοκλῆς μέν τοι ἐτόλμησε καὶ αὐτὸν τὸν χρυσὸν ἤλεκτρον εἰπεῖν ἐν τῷ· Κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε τὸν πρὸς Σάρδεων ἤλεκτρον. B. Σάρδις, πόλις Λυδίας, παρακειμένη τῷ χρυσοφόρῳ Πακτωλῷ. Schol.

1019. ἤλεκτρον. Plinius de auro agens H. N. 33, 23: Ubicunque quinta argenti portio est, electrum vocatur. vid. Virgil. Aen. 8, 402. M. Ceterum species pro genere h. l.

De Indis auro abundantibus, quod formicis auferunt, vid. Herodot. 3, 97—105.

1032. ἠὐβουλία. Sic legendum. Perperam libri omnes, omisso articulo, εὐβουλία. Sic in Philoctete 1405 (?) ἠὐσέβεια. B.

1038. Abundat ἐκ, vid. ad Elect. 700.

1042. τἀκίνητα, i. e. τὰ ἄῤῥητα. vid. Oedip. Col. 1483. M.

1051. κατῴκισας. In E. κατοικίσας, quod haud deterius est, utroque participio cum ἐχεις constructo. B.

Reponendum sine dubio κατοικίσας, delendumque τ', quod v. legitur post ψυχὴν, et distinctio post κάτω: nam cave, in verbis τῶν κάτω intelligas, cum M., τινὰ, sed ψυχὴν ad utrumque participium pertinet, copulaque addita est, cum κατοικίσας esset depravatum.

1053. ἀνόσιον. νῦν τὸν μὴ τυχόντα τῶν ὁσίων λέγει. Schol.

1054. ὦν. Antigonae et Polynicis, qui et βιάζεσθαι dicuntur sequente versu.

1056. ὑστεροφθόροι. αἱ ὕστερον μέλλουσαι βλάψαι. Schol.

1062. Male vulgatae ἐχθραί.

1063. Καθήγισαν. [s. Burton.] Vide Lexicon in καθαγίσω. Nec aliter legisse Scholiastam ex eius interpretatione liquet. Perperam in libris καθήγνισαν. B. v. ὅσων, quasi cives lacerati essent. ὅσῳ s. p., velut 1032. 1219.

1068. θάλπος. Sic ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς Trach. 1045. μανίαι θάλπουσ' Aeschyl. Prom. 867. M.

1072. τᾶν φρενᾶν, ὧν νῦν φέρει. Male vulgo et spreta Attica elegantia ἣ νῦν φέρει. B.

1073. ὦνήρ. Perperam hic, ut v. 757. in libris ἀνήρ. B.

1077. ταράσσομαι φρένας. gl. ἡγοῦν στασιάζω πρὸς ἐμαυτὸν, καὶ οὐκ ἔχω τίς γένωμαι. B.

1078. τό τ' εἰκάθειν γὰρ δεινόν. Perperam in libris omnibus δεινόν. Has voces iam supra commutatas vidimus v. 325. B.

1083. ἄνες. gl. ἔξελε. κτίσον. κατασκεύασον. B.

1085. συντέμνουσι. gl. καταβάλλουσι. B.

1088. Impeditior est paullo huius loci structura: vix enim reperias qui verba τὸ δρᾶν cum praecedentibus connectantur. Per ellipsin praepositionis εἰς vel πρὸς difficultatem expedit Heathius. Nescio an melior sit Augustani codicis lectio:

οἶμοι· μόλις μὲν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι.
τὸ δρᾶν ἀνάγκη, κοὐχὶ δυσμαχητέον.

Sic omnia facile procedunt. Glossa ad ἀνάγκη, ἐστί. ad δυσμαχητέον, φιλονεικητέον. B. Longe elegantior est vulgata. Articulus abundat, sicut p., in τὸ δρᾶν, intellecto ὡς.

1089. μηδ' ἐπ' ἄλλοισι τρέπε. Glossa supplet σαυτόν. ἡγοῦν μὴ μεταβάλλου. Hoc quidem sensu melior esset lectio quam exhibet E. τρέπου. Verum aliter haec verba accipi debent, μηδ' ἐπίτρεπε ἄλλοισι. *Tu ipse haec exsequere, nec aliis committe.* B.

1090. οἱ δ' ὀπάονες. Male vulgo οἵ τ' ὀπάονες, ut est in membr. In tribus aliis codd. ἵτ' ὀπάονες, cum glossa ἐλθέτε. Verum hoc mendosum esse metrum ostendit. B.

1091. ἀξίνας. An ligones hic significat? Nescio enim, an secures vel dolabras occasio postulaverit. Scholiastes Nican-

dri in Theriac. 386. σημῖνον δὲ ἢ τὴν δίκελλαν φήσιν, ἢ τὴν ἀξίνην, ᾗ σκάπτουσι καὶ ξύλα κλῶσι. M.

Satis bene conveniunt secures. In Scholiastae loco legendum mihi videtur αἷς σκάπτουσι, ut σκάπτουσι ad δίκελλαν referatur, et κλῶσι ad ἀξίνην.

1093. ἐπειδὴ δόξα τῇδ' ἐπεστράφη. Sic codd. omnes et Aldus. Nescio unde Turnebus soloecum ἐπειδὰν invexerit. B.

1099. v. γένος, metro laborante.

1101. Ἰταλίαν. Etymologicum M. v. Κολώνεια. κτητικὸς τύπος εἰς ἰδιότητα ἀνατέμπεται· Φασὶ γὰρ τὸν Διόνυσον τὸν ἐπὶ τοὺς Τυρσηνοὺς ἀποδύντα [v. ἀπιόντα: M. ἀφιέντα] πόλεμον, τοὺς γεγηρακότας τῶν Σειληνῶν μετὰ τῆς ἀχρήστου ἡλικίας ἐν Ἰταλίᾳ καταλιπεῖν· τοὺς δὲ τραπῆναι ἐπὶ ἀμπέλων ἐπιμέλειαν, καὶ εὔοινον γενέσθαι τὴν Ἰταλίαν. M.

Vere celebrem, κλυτὰν, vocat Italiam, quam, situ, fertilitate, atque salubritate coeli amoenissimam, ex quo, immigrantibus in vicinas oras Troiae victoribus, etiam Graecae eam artes ornare coeperunt, pro altera eaque meliore patria habere, ibique lubenter, et animi et lucri causa, peregrinari solebant Graeci. Herodotus 1, 23.: Ἐτυράννευε δὲ ὁ Περίανδρος Κορίνθου· τῷ οὐ λέγουσι Κορίνθιοι (ὁμολογέουσι δέ σφι Λέσβιοι) ἐν τῷ βίῳ θώϋμα μέγιστον παραστῆναι. Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον ἐπὶ δελφῖνος ἐξενειχθέντα ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον, καὶ διθυράμβου πρῶτον τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ποιήσαντά τε καὶ ἐνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. Τοῦτον τὸν Ἀρίονα λέγουσι, τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα παρὰ Περιάνδρῳ, ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ἰταλίην τε καὶ Σικελίην· ἐργασάμενον δὲ χρήματα μεγάλα, θελῆσαι ἐπίσω ἐς Κόρινθον ἀπικέσθαι. Facile intelligitur, qualis fuerit terra, quam solam videre cupierit homo elegantissimus, undeque, magnis accumulatis opibus, redierit poëta citharoedus. Quod amplius 150 annos ante Sophoclem natum accidit, circa annum ante Christum 555. cf. Gellium, historiam hanc Herodoti vertentem Noct. Att. 16, 19. Ceterum apud Nostrum et aequales atque antiquiores Graecorum scriptores, ubicunque Italia nominatur, cogitandum esse de Italiae parte australi, a Graecis colonis culta, bene monuit in Geographiae et Uranologiae Herodoteae speciminibus, qui-

bus summos philosophorum honores obtinuit, vir doctissimus Gabr. Godofr. Bredow, professor historiarum Helmstadiensis.

Legitur autem v. μέδεις pro μητεῖς, pendentibus verbis ἐν κόλποις.

1102. Παγκοινον vocat Cererem, fortasse quia, frumento cum toto orbe communicato, ab omnibus pariter colebatur. cf. tamen Pindar. Olymp. 6. ep. 3. Idem Olymp. 14, 33. κόλποισι Πίσας. M.

Legitur v. Παγκοίνου, at Schol. Rom.: παγκοίνοις (corrupte enim editur παγκοίνους) Ἐλευσινίας. ἐν οἷς πάντες συνάγονται διὰ τὰς πανηγύρεις. Quam lectionem veram esse, ostendit etiam antistrophici versus metrum. Παγκοίνοις etiam Turn.

1103. ἐν κόλποις. In sinu Saronico, cui adiacebat urbs Eleusis. vid. tamen M. ad 1102.

1104. In codicibus sic hic locus distinctus est: ὦ Βακχεῦ Βακχᾶν, μητρόπολιν Θήβαν ναίων — Glossa, ὦ Βακχεῦ μαινάδων ἄφορε. Priora si isto modo accipiantur, tum μητρόπολιν praestabit cum Scholiasta et Eustathio ad Odyss. A. p. 1391. interpretari, τὴν πόλιν τῆς μητρός σου Σεμέλης, quam cum auctore veteris glossae, ἀρχηγὸν τούτων, id est τῶν μαινάδων. Sed prava est illa distinctio, nec alius sensus est quam is, quem in versione expressimus. B.

Θήβαν τῆς νοθείας convincit metrum.

1105. παρ' ὑγρῶν Ἰσμηνοῦ ῥεέθρων. Sic in T. ut metrica ratio flagitat. Male vulgo ὑγρὸν ῥεέθρον. B.

ὑγρῶν glossema est vocis elegantioris, quam versus poscit.

1106. v. Ἀγρίου inconcinne legitur pro eo, quod nos dedimus, ἀρχαίου. Saepius circa has similesque voces erratum est. vid. ad Elect. 852. Σπορὰ δράκοντος dicuntur Thebani, orti, ut fama erat, ex dentibus draconis, quem Cadmus interfecit.

1107. ὑπὲρ διλόφου πέτρας. Euripides Bacchis 302.

ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις
πηδῶντα σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα.

Confer Scholiastam ad ista in Phoenissis v. 233.

ἰὼ λάμπουσα πέτρα πυρὸς
δικόρυφον σέλας. B.

διλόφου πέτρας... bicipitis Parnasi. Eadem de re Eurip. Phoen. 233.

Ὦ λάμπουσα πέτρα πυρὸς
Δικέρυφον σέλας ὑπὲρ ἄκρων
Βακχείων Διονύσου.

Ad quem locum Scholiasta: Δικόρυφον αὐτὸ εἶπεν, ἐπείπερ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ἄκραις τοῦ Παρνασσοῦ εἰσὶν ἱεραὶ, τὸ μὲν Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος, τὸ δὲ Διονύσου.

1109. v. Κωρύκιαι Νύμφαι, male: nam aliae sunt hae Nymphae, aliae Βακχίδες, i. e. Maenades, Bacchae. Sequor igitur M.

De Coryciis Nymphis [ita appellatis a Corycio antro, quod fuit in Parnasso monte] vid. Aeschyl. Eumen. 22. Apollon. Rhod. 2, 713. Ovid. Metam. 1, 320. In dearum censum eas venisse, docet Pausan. p. 878.: Ἱερὸν δὲ αὐτὸ (Corycium antrum) Κωρυκίων τε εἶναι Νυμφῶν καὶ Πανὸς ἡγηνται. M.

Βακχίδες. Hesych. Θυιὰς, Βακχίς· οἱ δὲ Μαινάς. Aristot. Probl. p. 215. σίβυλλαι καὶ βακχίδες. Male ibi Victor. et Muret. Var. Lect. 13, 15. βάκιδες. Ovid. Trist. 4, 1, 41.

Utque suum Bacchis non sentit saucia vulnus.

Tales hae βακχίδες. cf. et Nonn. 27, 265. Eurip. Troad. 504. σύμβακχε Κασάνδρα θεοῖς. M.

1112. Νυσίων ὀρέων. Sic ad metri rationem legendum. In E. Νυσέων. In membr. Νισ.ων. Aldus dedit Νυσσαίων. Ex Triclinii interpolatione est οὐρέων. B.

Verum est Νυσαίων, quod habet Schol., voluit E. et Aldinus librarius; nec trochaeus melius quam spondeus glyconio convenit.

Pompon. Mela de situ orbis 3, 7, 50: Urbium, quas [Indi] incolunt (sunt autem plurimae), Nysa est clarissima et maxima: montium Méros, Iovi sacer. Famam hinc praecipuam habent: in illa genitum, in huius specu Liberum patrem arbitrantur esse nutritum. —

Hanc Nysam, siquidem omnium cognominum longe clarissimam, intelligo.

M.: De Nysa Arabica vide Didor. Sic. 1, 15. 4, 2. Phocicam Nysam, praeter Scholiasten, pauci memorant. Hic intelligi videtur Euboeensis Nysa, cuius meminit Stephanus. vid. Scholia ad Eurip. Phoen. 237. ibique Valck.

1113. ἀκτά. Ripa Indi fluvii, vel litora maris Erythraei sive Indici.

1114. πολυστάφυλος. Sic ob metrum legendum. Libri omnes πολυστάφυλος. Ante hanc vocem Triclinius copulam καὶ inepte infersit. B.

1115. ἀβρότων. Perperam Aldus ἀμβρότων. B.

1117. τὰν, articulus singularis relatus ad plurale nomen Θηβαίας ἀγυιάς. Vide notam ad priorem Oedipum v. 262. B.

Ald. et B. T. ἐκ πασᾶν τιμ., numeris durioribus. Florentina 2. ἐμπασᾶν, quod nostrum fuisse puto.

1119. ματρὶ σὺν κεραυνίᾳ. Eurip. Bacchis 6.

ὁρῶ δὲ μητρὸς μνῆμα τῆς κεραυνίας. B.

1120. Vulgo perverso vocum ordine et turbato metro legitur ἔχεται πάνδημος πόλις, et seq. versu μολεῖν καθαρσίῳ ποδί. B.

1121. v. ἐπὶ νόσου, prorsus inusitate, quod etiam M. animadvertit, metroque impedito. Nesciit interpolator, genitivum haud minus quadrare atque dativum. vid. lexica.

1124. πνειόντων. Aldus et codd. πνεόντων. Sol Bacchi nomine colebatur in mysticis sacris: inde est quod Virgilius Georgicorum initio ait:

Vos o clarissima mundi
lumina, labentem coelo quae ducitis annum,
Liber, et alma Ceres. B.

Πνεόντων metro aptius. πῦρ πν. i. e. taedis utentium. Explicationem hanc loci Virgiliani merito improbat, graviusque distinguit post annum, vir elegantissimus I. H. Voss in editione Georgicorum.

1125. νυχίων. Aldus et codd. καὶ νυχίων. Elanguem copulam metrum respuit. B. Imo requirit.

V. ἄστρων χοραγὲ, καὶ νυχίων. Ald. χοραχὲ ἄστρων καί. B. χοράγ' ἄστρων. Vides vagari vocem χοραγὲ, ut solent glossemata: metrum enim respuit, poscitque sibi τε ante καί; sensus autem flagitat οἴστρων pro ἄστρων. quis enim istum ferat apud Scholiasten, qui sic: χοραγὲ, τὸν χορὸν ἄγων· ἢ τῶν ἄστρων χορηγέ· κατὰ γάρ τινα μυστικὸν λόγον, τῶν ἀστέρων ἐστὶ χορηγός? Eurip. Bacch. 663.

(Ἥκω,)
Βάκχας ποτνιάδας εἰσιδὼν, αἳ τῆσδε γῆς
Οἴστροισι λευκὸν κῶλον ἐξηκόντισαν.

Similiter Argonauticorum Orphicorum v. 47. Orpheus, orbem terrarum pervagatus, οἴστρῳ actus fingitur. cf. ibidem 103.

1127. v. Διὸς habetur pro Ζηνὸς, ex interp., metro quidem vitiato.

Ναξίαις. Καὶ ἐν Νάξῳ γὰρ τιμᾶται, ὅτι ἐκεῖ τῇ Ἀριάδνῃ συνεγένετο. Schol.

1128. In Aldina et in veteribus codd. legitur, σαῖς ἅμα περιπόλοις θυιάσιν, αἳ σε μαινόμεναι πάννυχοι χορεύουσι, τὸν ταμίαν Ιακχον. Quae ut ad legitimam metri formam revocentur, sic disponenda sunt, extrito inutili pronomine σαῖς:

θυιάσιν ἅμα περιπόλοις,
αἳ πάννυχοί σε μαινόμεναι
χορεύουσι, τὸν
ταμίαν Ιακχον.

Verbum χορεύειν hic activum est. χορεύειν θεὸν, *Deum choreis celebrare.* Pindarus Isthm. I. 8. καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν χορεύων. Aliàs χορεύειν τινὰ Deus ipse dicitur, id est *incitare ad celebrandas choreas*, ut apud Eurip. Herc. Fur. 688.

οὔπω καταπαύσομεν
Μούσας, αἳ μ' ἐχόρευσαν.

Per consequentiam χορεύειν significat *agitare, turbare, emovere mente*, ut in eodem dramate 873.

τάχα σ' ἐγὼ μᾶλλον χορεύσω, καὶ καταυλήσω φόβῳ. B. Dormitavit bonus B., cum σαῖς delendum esse arbitratus est, quo facto, versus corruit.

περιπόλοις. ταῖς ἱερείαις, ταῖς σαῖς ἀκολούθοις. Schol.

1129. σε glossema est, versuique inutile.

1130. ταμίαν, dominum, δεσπότην. Pindar. Pyth. 5. epod. 2. ταμία Κυράνας. Critias apud Athenaeum lib. 1. c. 22. Κῆρες ἁλὸς ταμίαι. M.

1132. στάντα βίον, superstitem vitam. Respicit dictum Solonis, neminem durante vita ob felicitatem praedicandum esse. vid. Oedip. T. 1498. Trachin. 2. M.

1134. Καταῤῥέπει proprie verbum neutrum est, sed hic transitivam potestatem habet, ut ῥέω Eurip. Hecub. 528. Cyclop. 391, ubi plura. Theognis v. 157. (159) Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπει. M.

1137. ὡς ἐμοί. Subaudiendum δοκεῖν. vid. Suidam v. ὥς γ' ἐμοί. M.

1139. λαβὼν δέ. Codd. λαβών τε. Mendose Aldus λαβόντε. B.

1140. εὐγενεῖ. In duobus codd. perperam εὐγενῇ. B.

1142. In Aldina et in veteribus codd. sic scriptus est hic versus:

ὅταν προδῶσιν, ἀνδρὸς οὐ τίθημ' ἐγώ.

In T.

ὅταν προδῶσιν ἄνδρας, οὐ τίθημ' ἐγώ.

In omnibus sequens versus plane omissus. Glossa ad οὐ τίθημ': ἤτοι οὐ λογίζομαι. ἀεὶ γὰρ τὸ ἐνεστὼς μακαρίζεται, καὶ οὐ τὸ παρεληλυθός. Versum, qui desiderabatur, restituit Turnebus, nescio an e scripto codice. Sane eum ex Eustathio sumere potuit, a quo profertur ad Il. N. p. 957. ubi de versibus Homero suppositis, et aliis abiudicatis agit. παρὰ Σοφοκλεῖ προστίθεται στίχος ἐν τῷ, Τὰς γὰρ ἡδονὰς ὅταν προδῶσιν ἄνδρα, οὐ τίθημ' ἐγώ. πλουτεῖ τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλεις, μέγα, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐν τούτοις γὰρ μετὰ τὸ, Οὐ τίθημ' ἐγὼ, ἔχουσι τὰ ἀκριβῆ ἀντίγραφα τὸ, Ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. ἵνα λέγῃ ὁ τραγικὸς, ὅτι ὅταν πρόδοτος γένηταί τινι ἡ ἡδονὴ, οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν ἔτι τὸν ἄνδρα τοῦτον, ἀλλὰ ψεύδεσθαι τὴν ζωήν. Transitus fit a numero plurali ad singularem, ut Ai. 739. ad quem locum plura huius schematis exempla proferentur. Eadem elegantia transitus fit a singulari ad pluralem, ut supra 700 et 1003. B.

1145. ζῇ ἀντὶ τοῦ ζῇς. Phavorinus in lexico.

1146. καπνοῦ σκιᾶς. Fumi umbra nihil vilius esse potest. Ex Pindarico dicto hoc adumbratum, σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος. B.

1151. αὐτόχειρ. Male acceptum fuit a Scholiasta hoc nomen, vel ab iis, qui sequentem versum litera X notarunt. αὐτόχειρ periisse dicitur, cuicumque violentae manus illatae fuerunt, sive a se ipso, sive ab alio. Proinde postquam Chorus audierat Haemonem αὐτόχειρα αἱμαχθῆναι, nihil magis consentaneum erat, quam percontari eum, utrum sua, an patris manu Haemon interfectus fuisset. αὐτόχειρ idem est quod αὐθέντης. Vide Lexicon in hac voce. Nec credere par est Sophoclem tam ineptam interrogationem Choro tributurum fuisse, nisi vox αὐτόχειρ ambiguae significationis fuisset. Nisi duo sequentes versus ab ipso poëta essent, quos tamen fateor sine ullo detrimento eximi posse, non video, cur eos quivis alius inseruisset. B. Apte Heath confert supra 56. Aeschyl. Sept. 755. M.

1156. ὁμοῦ, ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. ἐστι δὲ τοῦτο πολὺ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Μένανδρος· Ἡδὺ γὰρ τοῦ τίκτειν ὁμοῦ. *Photii Lexicon Ms.* Sic apud Comicum Equit. 245.

ὁ κονιορτὸς ὄῆλος αὐτῶν, ὡς ὁμοῦ προσκειμένων.

et Pace 513.

καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἤδη. B.

1158. περᾶ. Sic legendum, ut supra 379. Perperam Aldus et codd. πάρα. B.

1168. v. καὶ παρὼν, ridicule, si se reginae adesse dicere putatur, praepostere, si ante Creonti. cf. 1172.

1172. ἔγωγε. Libri omnes ἐγὼ δέ, male. B.

1173. πεδίου ἐπ' ἄκρον. August. E. T. πεδίων ἐπ' ἄκρων. B.

1175. ἐνοδίαν θεὸν, Proserpinam. vid. ad 1217.

1177. λούσαντες ἁγνὸν λουτρόν. cf. ad Trachin. 50. M.

1181. νυμφεῖον Ἅιδου. M. confert Ἀχέροντι νυμφεύσω 804., et sane de nuptiis cum Orco iungendis haec intelligi possent, nisi constaret, ᾅδου res omnes dici tristes et abominandas. Sic indusium, quo irretitus interiit Agamemnon, vocatur δίκτυον ᾅδου, rete mortis seu mortiferum, Aeschyl. Agam. 1056, et Clytaemnestra ᾅδου μήτηρ ibid. 1176. Polyphemus, Graecos

trucidans, audit ᾄδου μάγειρος Eurip. Cyclop. 388. Neque ᾄδου μολπαὶ Eurip. Suppl. 773. aliud quicquam significant, quam cantus flebiles, quales inferos decent. Verti igitur Orcinum thalamum, i. e. mortiferum, nefandum.

1185. Ἄσημα βοῆς accipi potest pro ἄσημος βοή. Sic ἐν τῷ ξυμφορᾶς 1205, ἄνολβα βουλευμάτων 1241. cf. Ai. 1108. Nec spreverim tamen ἄημα, ut αὐλῶν πνοὴ Aristoph. Ran. 154, 316. Apollon. Rhod. 2, 81. ἐπ' ἄλλῳ δ' ἄλλος ἄηται δοῦπος, Eurip. El. 754. πνεύματ' αἴρεται. M.

ἄημα non est inelegans, friget tamen, siquidem, hac lectione probata, nihil aliud dicitur, quam Creontem etiam ipsum eiulatus illos audiisse. At vero cuiusvis, etiam Antigonae, clamore is motus non esset ita, ut in suspiria vocesque, quales desperantium esse solent, erumperet; quod facit. Multo minus etiam quadrat ἄσημα, nisi εὔσημα interpreteris, quod duriusculum: nam ἄσημα aut nullam, aut certe parvam, vim habere possunt, neque ἄσημος est βοή, quae ἀθλία dicitur. Geminus est Trach. 848. Neoptolemus de Philoctete in simili causa Philoct. 206: διάσημα γὰρ θροεῖ. cf. Aeschyl. Agam. 1523. Dedi igitur εὔσημα.

1195. ἐξ ἀθύμου. gl. ὀλιγοψύχου. τὸ ΕΞ πρὸς τὸ ἠθροῦμεν ἔχει τὴν δύναμιν. Optime. Ordo est, τάδε ἐξηθροῦμεν κελεύσμασιν ἀθύμου δεσπότου. Dativus est latine reddendus per praepositionem *propter* vel *ob*, ut supra 384. ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς, *propter tuas minas*. El. 42. γήρᾳ τε καὶ χρόνῳ μακρῷ, *ob senectutem et longum tempus*. B. Imo scribendum uno ductu ἐξαθύμου, prorsus desperantis, quomodo et ἐξαθυμεῖν dicitur, passimque ἐξ verborum potestatem auget. Neque τάδ' ἠθροῦμεν satis est pro elegantia Sophoclis, cum praesertim modo legerimus hoc verbi, sed reponendum τ. ἐδρῶμεν, hoc fecimus, i. e. et eo ivimus, et introspeximus.

1198. μιτώδει. Sic liquido E. T. et scholia Ms. Triclinii. Vulgo μιτρώδει, quod ineptum est. βρόχος μιτώδης σινδόνος est βρόχος στερεὸς σινδόνος, βρόχος πολυμίτου σινδόνος. εὔμιτος occurrit apud Eurip. Iphig. T. 824.

ὕφηνα καὶ τόδ' εἶδος εὐμίτοις πλοκαῖς.

βρόχος μιτύδης idem est quod βρόχος σύμιτος. — καθημμένην. gl. ἀπηωρημένην. B.

1213. παρθένον προσπτύσσεται. Sic olim edidi ad graeci sermonis normam: postea eamdem hanc lectionem reperi in E. Ceteri libri παρθένῳ soloece. Medium προσπτύσσομαι non alium casum adsciscit praeter quartum. Vide quae notavimus ad Eurip. Medeam 1399. Apollon. Argon. III. 782.

ἦ μιν ἄνευθ' ἑτάρων προσπτύξομαί οἷον ἰδοῦσα;

Idem IV. 1071.

οἷα δ' ἀκοίτην
κουρίδιον θαλεροῖσι δάμαρ προσπτύσσετο μύθοις.

ὑγρὸν perperam glossa interpretatur ἐξ αἵματος. *Flexile*, *molle* brachium significat, et ex consequenti *debile*. Eteocles moriens apud Euripidem Phoen. 1448.

ἤκουσε μητρὸς, πάπιθεὶς ὑγρὰν χέρα —

quod minime significat *manum madentem*, sed *manum debilem*. B.

1214. πνοήν. In August. ῥοήν. B. Interpretantis hoc.

1217. ἐν Ἅιδου. Vulgo εἰν Αιδου, quod mendae suspectum esse possit: nam nuspiam alibi poëticum εἰν in senario tragico occurrit. Verum huiusmodi poëticae formae apud Tragicum nostrum plurimae reperiuntur, μέσσος, ἔσσομαι, ἐνὶ pro ἐν, ὑπαὶ, ποτὶ in compositione pro πρὸς, Trach. 1177. (?) Codd. plerique hic habent εἰν ᾅδου, gl. διὰ τὸ μέτρον. E. ἐν ᾅδου. Inepta est Heathii emendatio ἔν γ' ᾅδου. Doctior est nuperi editoris Britanni coniectura εἰς ᾅδου. At, si quid mutandum, praestat ἐν Ἅιδου. Trisyllabum ἄϊδης occurrit in senariis rarissime. Aliud exemplum observare memini in versu ex aliqua comoedia sumto,

χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα, καἴδου πύλας.

ibi καἴδου est pro καὶ ἄϊδου. Contractionem amat Attica dialectus, dialysin Ionica. Apud Sophoclem nullibi, quantum commemini, reperias Ηρακλεῖ τετρασυλλάβως. Sic exstat apud Euripidem Heraclidarum initio:

ἐξὸν κατ' Αργος ἡσύχως ναίειν, πόνων
πλείστων μετέσχον εἰς ἀνὴρ Ηρακλέϊ.

et v. 991.

τῷ σῷ δὲ παιδὶ συγγενὴς Ἡρακλέι.

τὰ νυμφικὰ τέλη. Pollux III. 38. προτελίζεσθαι δὲ ἐλέγοντο οὐ μόνον αἱ νύμφαι, ἀλλὰ καὶ οἱ νυμφίοι. καὶ τέλος, ὁ γάμος ἐκαλεῖτο. B.

Recepi εἰς Ἅιδου δόμους, quod pro ἐν Ἅιδου δόμοις accipiendum. Noster Ai. 80. ex recensione Scholiastae veteris et codicis Ienensis:

Ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον ἐς δόμους μένειν.

Et interpres: Ἐς δόμους. ποιητικῶς εἴρηται ἀντὶ τοῦ ἐν δόμοις. unde colligas, vulgatum ἐν δόμοις explicatoris esse, non poëtae. Eurip. Cyclop. 614. κρύπτεται εἰς σποδιάν. cf. Ion. 819. Hecub. 1095:

Ἢ τὸν ἐς Ἅιδα
Μελανοχρῶτα πορθμὸν ἄξω τάλας;

Ἐς Ἅιδα, i. e. ἐν ᾅδῃ, plane ut Aeschines Stephano laudatus: εἰς τὴν ἐκκλησίαν καθέζομαι pro ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, et hymni in Mercur. 344. ἐς — λειμῶνα pro ἐν λειμῶνι. cf. Bos v. δέμος. Rursus ἐν pro εἰς dicitur in his et similibus locutionibus, ἐν κλύδωνι πίπτειν, ἐν αἰτίᾳ βαλεῖν. Quo modo etiam ἐμμένειν ἐπί τι Noster dixit Trach. 956. pro ἐμμένειν ἐν τινι. Satis igitur confirmata videtur illa forma. Quanquam haud spernendum, quod non nemini in mentem venit, Ἐνοδίας δόμοις. Ἐνοδία enim vel Εἰνοδία Hecate audit ac Proserpina. Eurip. Helen. 576.

Οὐ νυκτίφαντον πρόπολον Ἐνοδίας μ' ὁρᾷς.

Idem Ion. 1048.

Εἰνοδία, θυγάτηρ Δάματρος,
Ἃ τῶν νυκτιπόλων ἐφόδων ἀνάσσεις,
Καὶ μεθαμερίων.

Sic autem, licet rarius, Proserpina nominatur pro Orco. Sappho:

Τιμάδος ἆδε κόνις, τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῖσαν
Δέξατα Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος.

Eurip. Suppl. 1021.

Χρῶτα χροΐ πέλας θεμένα,
Περσεφονείας ἥξω θαλάμους.

Χροΐ pro vulgato χρωτὶ legendum esse, ex ratione glyconii versus colligas. Idem Hecub. 138.

Μηδέ τιν' εἰπεῖν παρὰ Περσεφόνῃ

Στάντα Φθιμένων.

Et Ione 1439.

Ὦ τόκον, ὦ φῶς μητρὶ κρεῖσσον ἡλίου
(Ξυγγνώσεται γὰρ ὁ θεὸς), ἐν χεροῖν σ' ἔχω.
Ἄελπτον εὕρημ', ὃν κατὰ γᾶς χθόνιον
Μετὰ Περσεφόνας ἐδέκουν ναίειν.

Ἐνέρων (intellecto τινὰ), quod v. post γᾶς legitur, interpretantis est, nec τε post Περσεφόνας necessarium. Sic igitur commentum ille suum adstruebat. De formis ἐνὶ, μέσσος, ἔσσομαι, similibusque vid. ad Trach. 7.

1224. οὐκ ἀξιώσειν. Supplendum ex sequentibus προτιθέναι, iudice Dorvillio ad Chariton. p. 707. M.

1227. ἔμοιγ' οὖν. Perperam vulgo ἐμοὶ δ' οὖν. Sincerae scripturae vestigia supersunt in membr. ubi ἔμοι δ' οὖν. B.

1230. καλύπτει. Sic tres Regii recte. Mendose in impressis καλύπτῃ. B.

1234. μνῆμα. Filii cadaver. cf. 1270.

1237. v. Ἰὼ Φρενῶν δυσφρένων, ex interpretatione, quod versus monstrat. Sic dicuntur δυσμήτηρ, δύσνοια, δυσνομία, δυσελένα, δύσπαρις.

1241. ἀνόλβα. vid. ad 1185.

1243. ἀπελύθης. cf. 1284.

1245. v. Οἵ μ', ὡς ἔοικας. sed parum convenit choro exclamatio, nec recte μοι eliditur, Simile vitium supra observavimus 318.

1246. Οἵ μοι non legitur in Ald. ac Franc., et salvo sensu abesse potest. De talibus extra versum additis sentio fere cum Mureto Var. Lect. 3, 3.

1248. βάρος ἔχων. Sic E. T. Ceteri codd. cum Aldo βάρος μ' ἔχων mendose. Versus est asynartetus e duobus dochmaicis, unde liquet in antistrophico 1268. male Aldum excudisse τίς ἆρα, quum ex metri lege ἄρα prima brevi legi debeat. B.

1249. Ἐνέστεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς, instigavit ad saeva consilia, vel saevas actiones. Herodot. lib. 7, 163. ταύτην τὴν ὁδὸν ἠμέλησε, Pindarus Olymp. 7, antistr. 3. πραγμάτων ἐρθὰν ὁδόν. Libanius vol. 1. p. 167. ποίαν ὁδὸν ἔλθω πραγμάτων. Idem p. 388. ἄγων δέ με ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὁδὸν, et p. 805. ὁρᾷς τὴν ἐμὴν ὁδόν. M.

Eurip. Hecub. 744. σῶν ὁδὸν βουλευμάτων, Phoen. 918. θεσφάτων ὁδὸν, Hipp. 290. γνώμης ὁδὸν, et quod magis huc facit ὁδὸν

δικαίαν Heracl. 901. Cf. θανασίμους ὁδοὺς Med. 376. συμφορᾶς ὁδοὶ Heracl. 237.

1250. λαξπάτητον. Sic tres codd. In membr. ut apud Aldum, λεωπάτητον, superscripta varia lectione, γρ. λακπάτητον. Eustathius ad Il. Z. pag. 625. λὰξ ἐμβῆναι λέγει τοῖς στήθεσι, τὸ ποδὶ πατῆσαι εἰς τὸ στῆθος. ἐξ οὗ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ Λαξπάτητον ἀντρέπων χαράν. ὅ τινες λακπάτητον διὰ τοῦ κ γράφουσι. Ruisus ad Il. K. p. 796. τὸ λὰξ κινήσας, παρήγαγεν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τὸ λαξπάτητον. ὡς ταυτὸν ὂν εἰπεῖν λὰξ κινῆσαι, καὶ λὰξ πατῆσαι. Vide Hesychii interpretes ad glossam λακπατῆσαι. B. Forma λαξπ. veteri dialecto Atticae, ut duriori, magis convenit quam altera.

1252. V. haec loquitur ἐξάγγελος, minus proprie. quare sequor Ald. et Franc.

1253. In Aldina sic leguntur hi versus:

τὰ μὲν, πρὸ χειρῶν· τὰ δὲ, φέρων· τάδ' ἐν δόμοις
ἔοικας ἥκειν, καὶ τάδ' ὄψεσθαι κακά.

In quibus nec caput est nec pes. In membr. καὶ τάγ' ὄψεσθαι, Recte in E. καὶ τάχ' — Sententia flagitante φέρεις rescribo et ἥκων. Ordo est, ὡς ἔχων τε καὶ κεκτημένος, τὰ μὲν κακὰ πρὸ χειρῶν φέρεις τάδε, τὰ δὲ κακὰ ἔοικας ἥκων τάχα ὄψεσθαι ἐν δόμοις. B.

Glossematis conglutinata sunt ista τὰ μὲν — δόμοις, adscriptis illis τοῖς ὅσσ' — κεκτημένος et τῷ κ' ἐνθάδε, quod reposui pro καὶ τάδ'. Ὡς vulgatum pro ὅσσ' friget. Μοῦνος, μέσσος, ὅσσος, χείρεσσι similiaque a Tragicorum dictione, etiam in iambicis, non abhorrent.

1254. κάκιον ἐκ κακῶν. Sic recte Canterus emendavit vitiosam librorum lectionem ἢ κακῶν. B.

1255. παμμήτωρ. quae omnino matrem se probavit, etiam in eo, quod una cum filio mortem oppetiverit. Nove dictum.

1256. ἄρτι. gl. τοῦτο τὸ ἄρτι πρὸς τὸ τέθνηκε συναπτέον. B.

1257. Hi versus in Aldina male tribuuntur Choro. B.

ἅδου λιμήν. Puto significari non Inferorum regionem, Plutoni et Proserpinae habitatam, sed sepulcrum, cui inclusa fuerat Antigone. Hoc δυσκάθαρτον vocat, quod labes exinde contracta aegre expiari poterat. Confer Eurip. Herc. fur. 772. M.

λιμὴν eadem potestate accipiendum, qua 981. ἅδου, mortis,

caedis. s. p. ἀδὴς, ut 574. Aeschyl. Agam. 632.: ἀδὴν πόντου παφυγότες, i. e. mortem in mari.

1260. Vett. edd. τ. αὐδᾶς λ., quae διττογραφία videri posset. Sed vide ad 1262.

1261. v. αἰ, αἰ, ὀλωλέτ', versu minus bene procedente.

1262. Aldus τίνα λέγεις μοι νέον λόγον. Pronomen μοι metro reclamante insertum. B.

Bene verba disposuit G. Hermann, praeter quod ὦ vulgatum ante παῖ intactum reliquit, quo versus iugulatur, retinuitque λέγεις pro αὐδᾶς, quod ad 1260 aberrasse verisimillimum est, cum textum glossema invasisset.

1263. Male B. hic et in strophico versu, qui huic respondet, quater posuit, invito metro, exclamationem.

1270. τὸν δ' ἔναντα. Sic membr. Aldus et duo codices ἐναντία. Triclinius ἔναντι. B.

1272. Hunc inter et sequentem versum nescio quae excidisse putant, strophae vitio decepti. vid. ad 1263. βωμία πέριξ, i. e. περιβωμία.

1274. Pessime adhuc legebatur λέχος pro λάχος. Prohibitum λέχος ubique cogitabant et scribebant boni monachi. vid. ad 565. Megareus etiam Aeschylo Sept. 456. vocatur idem, qui Euripidi Menoeceus, Creontis filius natu minor.

1278. Schol. et Turnebianae margo καιρίαν pro ἀνταίαν. Utrumque usitatum.

1280. v. abest ὁ', labante versu.

1281. Noster Ai. οἴκτῳ συγκεκραμένην. Pindar. Olymp. 10. in fine, ὥρα τε κεκραμένον. Aristoph. Plut. 854. πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι. M.

1283. Perperam Aldus ἐπισκήπτου μόρῳ. In membr. et in E. ἐπεσκήπτου μόρῳ. Ceteri emendate μόρων. B.

1284. ἀπελύσατ', discessit, ᾤχετο. vid. 1243. Polybius lib. 6. c. 58. καὶ λαβὼν τὸ καταλειφθὲν, πάλιν ἀπελύετο. Crinagoras Anthol. p. 51. πνεῦμα — ἀπελύσατο. Fragm. Plutarch. Wyttenbach. p. 135. ἀπολύεσθαι γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα, καὶ τὸν θάνατον ἀπόλυσιν καλοῦσι. Athenaeus p. 507. E. ἡ ψυχὴ — κατὰ τὴν ἀπόλυσιν χωριζομένη τοῦ σώματος. M.

Ceterum v. legitur ἐν φοναῖς prò ἐμφανῶς, nihil aucta sententia: nam ἀπελύσατο sponte necem significat, et abstinuisse a male ominato verbo Creontem credibile est. At quae obscurius ante dicta erant, ἐμφανῶς doceri cupit miser. Eurip. Orest. 365. τάδ' εἶπεν ἐμφανῶς, Androm. 739. ἐμφανῶς διδάξω. Idem fortasse voluit ille, qui in margine codicis Bodl. scripsit ἐν φωναῖς.

1289. Aldus edidit: ἐγὼ γάρ σ' ἐγὼ ἔκτανον. ὦ μέλεος. In membr. et in E. ἐγὼ ἔκανον. In August. ὁ μέλεος. B.

1290. Vox πρόσπολοι, quam iterari oportuisse metri ratio arguit, semel tantum a librariis scripta fuit. B. Male iteratur.

1293. Post hunc versum v. legitur 1310, minime quidem inepte, cum tamen, nisi alteruter horum versuum, praesertim ταυτολόγων, inculcetur post 1309, lacuna ibi statuenda sit, nec quibus scriptorum locis salvae reperiuntur sententiae, de eo vitio cogitandum esse videatur, posteriorem illorum versum illuc transponendo metra aequavimus. Arbitror autem, sciolum nescio quem, quia vim τοῦ γάρ versu 1310 non assequebatur, versum huc transtulisse. Rarius ita peccatur, fateor: nam verba quidem saepissime locis moventur suis, etiam apud poëtas, velut Batrachomyomachiae 226. 270. pravi numeri corrigendi sunt legendo illic: Τὸ δὲ Πτερν. πάφνεν βασιλῆα, hic: — ἔκπληξε κατὰ λίμνην Μεριδάρπαξ.

1295. κάλλιστα. Neutrum plurale pro adverbio καλλίστως. Ordo est, Φανήτω μόρων ἐμῶν ὕπατος, ὁ κάλλιστα ἄγων ἐμοὶ τερμίαν ἡμέραν. B.

1299. Aldus cum interrogatione τί χρὴ πράσσειν; B. Hos versus, ut et 1302, 3. atque 1310. choro tribuendos esse, non, ut v., internuntio, pulchre vidit Clar. Buttmannus: nam sic monere et adhortari solet chorus.

1301. v. corrupte: ἐρῶ μὲν, τ. συγκατηυξάμην. Ταῦτα, mortem, τὸν ὕπατον μόρον.

1302. μὴ νῦν προσεύχου μηδέν. Virgil. Aen. VI. 376.

Desine fata Deûm flecti sperare precando. B.

1305. Aldus et veteres codd. κατέκτανον, contra metrum. Triclinius κατέκτα. B.

1306. v. δς σέ. Correxit G. Hermannus. Edd. quoque ὦ μέλεος, versu turbato, Ald. ὦ μοι μέλεος, durioribus numeris.

1307. πᾶ δὲ θῶ. Sic optime Canterus ex metri ratione. Aldus et codd. πᾶ καὶ θῶ, quod frustra tuetur Heathius. Antithetici versus dochmaici sunt puri,

ἰὼ πρόςπολοι.

ἴδω πᾶ δὲ θῶ. B.

Mendose legitur, Ὅπα π. π. ἴ. πᾶ καὶ θῶ. Currendo opus omnino non est, neque, si sit, probabilis Canteri emendatio. Πᾶν κάτω mutatum esse in πᾶ κάθω, inox in πᾶ καὶ θῶ, verisimillimum, sententiaque iam optima existit: nescire Creontem, quo convertatur, quem appellet, omnibus peremtis suis. Πᾶν pro πάντα, ut p. Vid. Aeschyl. Agam. 731, Noster Trach. 71, Elect. 982. Virgil. 6, 33.

— — quin protenus omne

Perlegerent oculis.

Omne enim legendum censeo.

1308. λέχρια τᾶν χεροῖν, s. ad metri rationem legendum. Versus est dochmaïcus. Perperam Ald. τάδ' ἐν χεροῖν τάδ' ἐπὶ — B.

Versus causa reponendum γε pro vulgato γὰρ, quod illius glossema est; nec metro convenit, quod in edd. est, ἐπὶ κρατὶ, sed reponendum Homericum ἐπίκαρ. Sic etiam Trach.

1309. εἰςήλατο. Similem metaphoram vide Oed. T. 258. et 1284. Aeschyl. Pers. 491. [ubi tamen satius est, legi ἐνήλλου quam ἐνήλου.] M.

ANNOTATIONES

IN TRACHINIAS.

V. 1. λόγος ἀρχαῖος. Respicit, quod de Solone prodidit Herodotus 1, 32, neque tamen, prout ab ipso proditum est, exhibet. Dixerat enim Solon, neminem felicitatis ergo ante mortem praedicandum esse: non contra, neminem ante mortem infelicem vocari posse. M. Cf. Eustath. laudatus ad Ai. 1245.

2. ἐκμάθοις. Sic in T. recte. Ceteri, ut vulgo, ἐκμάθοι. Secunda persona pro tertia incerta et non definita eleganter ponitur in sententiis generalibus: quod utriusque linguae scriptoribus familiare est. Sic infra 584. ὡς σκότῳ κἂν αἰσχρὰ πράσσῃς, οὔ ποτ' αἰσχύνῃ πεσεῖ. pro κἂν αἰσχρά πράσσῃ τις, οὔ ποτ' αἰσχύνη πεσεῖται. Pravam hic exhibent lectionem membr. Regiae, ut in Eurip. Oreste 316. quo in loco ceterorum codd. et Aldi auctoritatem potius sequi debebam:

κἂν μὴ νοσῇς γάρ, ἀλλὰ δοξάζῃς νοσεῖν,
κάμματος βροτοῖσιν ἀπορία τε γίγνεται.

Sic in eadem fabula v. 699.

ὅταν δ' ἀνῇ πνοὰς
τύχοις ἂν αὐτοῦ ῥᾳδίως, ὅσον θέλῃς.

pro τύχοι τις, ὅσον θέλῃ. Vide Taubmannum ad Plauti Amphitr. I. 1. 15. De sententia vide ad priorem Oedipum 1498. B.

3. v. οὔτ' εἴ τῳ κακός. sed superfluum est τῳ, cum habuerimus βροτῶν et τις: τοι eleganter usurpatur in gnomis, monente Porsono ad Eurip. Hecub. 232.

7. v. ἐπὶ Πλευρῶνι. Sed cascae illae praepositionum formae ut in melicis Tragicorum locis saepius inveniuntur, ita in iambicis rarissime, imo apud Aeschylum quidem et Euripidem, ni fallor, nusquam, in Nostro vero 4 locis, hoc, infra 1214, Antig. 1016. et Elect. 636., quae ad unum omnia fortasse malae fidei criticis videbuntur acrioribus, cum librarii facile de producendis vel corripiendis syllabis cogitarent vocum, quae aut leviter corruptae essent, aut transpositae. nam nominum quidem et verborum proprie dictorum hae similesque nonnullae formae, μέσσος, μοῦνος, ἔσσομαι, χείρεσσιν, in iambicis quoque Tragicorum ferendae sunt, utpote locis quam plurimis confirmatae. Non male Erfurdt in editione huius fabulae, quae triennium abhinc prodiit Lipsiae: Quod in codice B., inquit, legitur ναίουσα δ' ἐν Π., id potest suspicionem movere, scripsisse Sophoclem ναίουσ' ἐτ' ἐν Π. Accedit Viti Winshemii auctoritas, qui in adornanda versione latina 1549. Francof. apud Petrum Brubach edita codices videtur secutus esse. Is enim vertit: cum adhuc habitarem in Pleurone. Sic ille. Malo tamen ἐπὶ Π. Aristoph. Vesp. 801. ἐπὶ ταῖς οἰκίαισι. Eurip. Med. 435. ἐπὶ ξένῳ χθονί. Idem Hippol. 536. ἐπὶ Πυθίᾳ τεράμνοις. Noster infra 1063. ἐπ' ἐσχάτοις τόποις. Et sic p. ἐπὶ pro ἐν eleganter adhibetur. nam illud adhuc perspicuitatis causa de suo potuit addere Winshemius.

ναίουσ' ἐνὶ Πλευρῶνι. In B. ναίουσα δ' ἐν Πλευρ. — νυμφείων. gl. νυμφευμάτων, μνηστευμάτων. Perperam in T. νυμφίων, ut in scholiis. B. Scholiastae veteris variam lectionem ὄτλον merito suo recepimus pro vulgato ὄκνον, quod frigidum interpretamentum rarioris verbi videtur etiam Erfurdtio, videbatur pridem Cantero.

12. ἀνδρείῳ κύτει βούπρωρος. Sic apud Strabonem legitur L. X. p. 703. longe elegantius quam in Tragici exemplaribus, ἀνδρείῳ τύπῳ βούκρανος. B.

14. διερρᾴνοντο, diffluebant. Enallage est constructionis: nam proprie ῥαίνεσθαι dicitur id, in quod humor dispersus cadit. Similis enallage occurrit 794. Aliarum vocum exempla vid. ad Ai. 365. El. 118. M.

18. Elegans phrasis est ἐλθεῖν ἀσμένῳ τινί. Comicus in Pa-

ce 582. ὦ Φιλτάτη γ', ὡς ἀσμένοισιν ἡμὶν ἦλθες. B. vid. ad Eurip. Phoen. 1075. M.

27. λ. κ. coniux, victoriae iure addicta. s. infra κτῆμα κρι-τόν. M.

29. προκηραίνουσα. gl. Φροντίζουσα. Eurip. Hercul. Fur. 519.

τί Φημί; ποῖ' ὄνειρα κηραίνουσ' ὁρῶ; B.

31. κἀΦυσα μὲν δὴ παῖδας. Sic B. In T. κἀΦυσα μὲν παῖδας. In membr. κἀΦύσαμεν δὴ — Sequentia sic ordinanda sunt: οὓς κεῖνός ποτε προσεῖδεν ἅπαξ μόνον, ὅπως γήτης ἄρουραν ἔκτοπον λαβὰν προσεῖδεν αὐτὴν μόνον στείρων καὶ ἐξαμῶν. B. ΚἀΦύσαμεν δὴ etiam Ald. et Brubach, quod verius: nam parere quidem liberos Deianira potuit etiam ex alio viro conceptos.

34. ἐκ δόμων τε κεἰς δόμους. Sic B. In aliis εἰς δόμους τε κἀκ δόμων. B.

35. ἀεὶ — λατρεύοντά τῳ. Praeter Eurysthea enim et Augeae operam suam vendiderat, et Laomedonti. M.

36. ὑπερτελής. Extat vox Aeschyl. Agam. 263. Eurip. Ion. 1571. M.

40. ὅποι βέβηκεν. Libri omnes ὅπου mendose. Eurip. Rheso 690. οἶσθ' ὅποι βεβᾶσιν ἄνδρες. B.

47. τοιαύτην — λαβεῖν. De his literis cf. 76 sqq. et 152 sqq.

49. Δηάνειρα. Sic scribendum; non, ut vulgo, Δηϊάνειρα. Vide Piersonum ad Moeridem p. 300. B. Sic quoque in similibus. vid. ad Antig. 1217.

πολλὰ — ὀδύρματα. Usitatius esset πολλοῖς ὀδύρμασι. Sed sic Noster Antig. 1177. τὸν μὲν — λούσαντες ἁγνὸν λουτρόν. Herodotus 7. 233. τοὺς δὲ πλεῦνας αὐτέων — ἐξιζον σίγματα βασιλήια. M. Eurip. Phoen. 300.

Γονυπετεῖς ἕδρας προσπιτνῶ σ', ἄναξ.

ubi vid. Porson.

54. Ἦσαν γὰρ αὐτῇ παῖδες ἐξ Ἡρακλέους Τλλος, Κτήσιππος, Γλῆνος, Ὀδίτης. ἔστι δὲ Ἡρακλεῖ καὶ ἕτερος Τλλος ἐκ Μελίτης. Schol.

56. μάλιστα δ' — Ordo est: μάλιστα δὲ Τλλον, ὅνπερ εἰκὸς ἐστι δοκεῖν, εἰ νέμοι τιν' ὥραν τοῦ καλῶς πράσσειν τοῦ πατρὸς, id est τῆς τοῦ πατρὸς εὐπραξίας. Nihil horum intellexit Heathius, qui temere contra librorum fidem legi vult εἰ πατρὸς νέμειν τιν' ὥραν

τοῦ καλῶς πράσσειν δοκεῖ. B. Sane praefractus hic locus medicina eget, quod fere omnes interpp. senserunt. Dedi equidem, facili mutatione, τὸν κ. π. δοκεῖ. Minime sollicitum de patre forti et felici Hyllus semper se ostenderat. cf. 87. 88. Ceterum vide, quantum valeat interpunctio. Male enim commatibus, quae vocantur, distinguendo post δ', et sequente versu post πράσσειν, a scopo aberrarunt adhuc omnes. Non enim unicum Hyllum decebat, sollicitum esse de patre, sed maxime decebat, siquidem maiorem natu.

58. ἀρτίπους, ἄρτιος τοῖς ποσὶν, ὑγιόπους. Non sine causa commemoratur pedum robur in illo, qui ad Herculem quaerendum mittendus erat. vid. Herodot. 4, 161, M. Δέμοις. s. bene Gisbertus Wakefield in tragoediarum delectus tomo priore, qui continet Herculem furentem, Alcestidem, Euripideas, et hanc Nostri fabulam. Prodiit liber, scholarum in usum conscriptus, Lond. 1794. v. δόμους.

61. Hesych. ἀγενὴτων, δυσγενῶν.

65. ἐξενωμένου, ἐν ξένῃ διατρίβοντος. Schol.

σοὶ αἰσχύνην φέρειν. Nempe εἰρηκεν. Sic optime Valckenarius ad Phoen. pag. 140. Mendose in libris σὲ — αἰσχύνην φέρει. B.

69. ἄροτον. ἐνιαυτόν· ἅπαξ γὰρ τοῦ ἔτους ἀροτριᾶται. Schol.

ἐν μήκει χρόνου. cf. Aeschyl. Agām. 575. M.

70. Φασί. Praesens pro praeterito, ut p. Eurip. Hecub. 21.

Ἐπεὶ δὲ Τροία θ' Ἕκτορος τ' ἀπόλλυται
Ψυχὴ, πατρῴα θ' ἑστία κατεσκάφη, etc.

cf. Phoen. 63, Aeschyl. Prom. 220, Sophocl. Ai. 1239, Oedip. T. 761, et Valck. ad Eurip. Hippolyt. 34.

71. Scholion: πᾶν ὄνειδος ἀκούσομεν, εἰ καὶ ὑπέστη τὸ δουλεύειν τῇ Ὀμφάλῃ ὁ Ἡρακλῆς. B.

Quaeri potest, cur tantopere Deianira indignetur, Omphalae Herculem servire, qui antea per tot annos Eurystheo servilem operam praestiterat. Mihi videntur duae huius indignationis causae fuisse, prima, quod feminae, altera vero, quod Lydae, i. e. barbarae in servitutem addictus fuerat. M.

73. ἢ θανών γ'. Sic B. Particula in ceteris libris omissa. B.

v. continue: Π. ὁ. νῦν ζῶν, ἢ θανών γ' ἀγγέλλεται; frigidius quam pro moribus et affectu Deianirae.

78. Simillime Eurip. Phoen. 719.

Τὰ ποῖα ταῦτα; τὸν λόγον γὰρ ἀγνοῶ.

Monuit ibi Porson. Hoc imitari non esse, pulcre docuit G. E. Lessing in vita Sophoclis.

81. v. Τὸν λοιπὸν ἤδη etc., ut p. in initiis et finibus versuum erratum est, ne dicam de iotacismo, quo fortasse usi h. l. dictantes pronunciare visi fuerint λοιπὸν, cum — λυπον voluissent. Certe ἐς τὸν ὕστερον [χρόνον: conf. Elect. 1035.] abundat, si τὸν λοιπὸν retinueris. Ἄλυπος βίος vel βίοτος frequentatur. Cf. infra 165.

84. In omnibus libris horum versuum ordo et sensus perversus est.

ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα,
ἢ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος,
κείνου βίων σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα. B.

Inepto loco positus est versus κείνου, more glossematum recentiorum. Nempe putabat non nemo, dicendum esse, quando σεσωσμένοι forent Deianira cum liberis, scilicet, κείνου βίον σώσαντος: quod sponte intelligitur. Alius insolentiori πίπτομεν tritissimum οἰχόμεσθ' adscripsit: quae deinde in versus modulum redacta sunt. Canteri igitur transpositio, quae placuit Brunckio, nihil aliud est quam κάλλος κακῶν ὕπουλον. Sic autem haec emendare sibi visus est Anglus:

— — — ἡνίκ' ἢ σεσώσμεθα,
Κείνου βίον σώσαντος, ἢ οἰχόμεσθ' ἅμα
Καὶ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος.

V., vitium suspicatus, versum 84. spurium iudicabat, cui non assentior. Πίπτειν, vox bellica, ad quaevis infortunia transfertur.

86. κατῄδη. Vulgo κατῄδειν. Praecedentium versuum transpositionem alii iam animadverterant: at eos, qui proxime sequuntur, loco etiam suo motos fuisse, nemo subodoratus fuerat, quod tamen cuivis ad seriem sententiarum adtendenti perspicuum esse debet. B. Vide nos ad sequ. versum.

87. ἀλλ' ὁ ξὺν — Vulgo νῦν δ' ὁ — Quum ordine praepo-

stero scriberentur versus, librarii etiam connectivas particulas mutarunt, ut supra 85. ἤ pro καὶ supposuerunt. B. De hoc vid. ad 84.

Vulgatum horum ordinem servavimus, Brunckii transpositionem cum aliis inutilem arbitrati. sed pro vulgato ἐᾷ, V. secuti, εἶα dedimus, ipsa sententia admoniti; nec versu 87. novandum esse intelleximus, sed 89. reponendum ἀλλ', ὡς pro vulgato νῦν δ', ὡς, suasore G. Hermanno in ephemer. Ienens. 1802. p. 143. saepe connectentes particulas esse vitiatas, bene observat ad h. l. Erfurdt.

89. τὸ μὴ οὐ. Vulgo τὰ μὴ sine οὐ, quod hic probabile est a poëta additum fuisse. B. At aeque bene abest, nec talia novanda sine libris.

91. v. τό γ' εὖ Πράσσειν. Sed necesse est dici, quem εὖ πράσσειν optet Deianira. Scripsi igitur τὸν, i. e. τεῖνον, Herculem, nisi magis placeat indefinitum τὸν pro τινά, quod et ipse praetulerim, si constet, hunc accusativum ab usu Tragicorum non abhorrere. In ὑστέρῳ subaudiendum τινὶ, dicitūrque ὕστερος, qui postmodo vel sero aliquid facit vel patitur. Eleganter tertiam personam significant, se intelligunt, loquentes. vid. ad Antig. 742. Nonnullis tamen in mentem venit πύθοιο, et sane sic quoque loquuntur, et frequentius quidem, in sententiis generalibus: vid. B. ad 2, et Porson. ad Eurip. Orest. 308; sed Nostrum rariorem sectari formam, quid vetat, infrequentium amantem? Quodsi de Hyllo haec interpreteris, nulla causa est, cur eum potius, quam se ipsam, istud gaudii lucraturum esse dixerit Deianira, mariti non minus studiosa, quam ille patris. Utro igitur modo πύθοιο accipias, aut minus elegans vulgata lectione videbitur, aut sententiae minus aptum.

94. Eustathius ad Il. A. p. 22. Λητοΐδης δὲ υἱὸς ὁ Ἀπόλλων λέγεται, τουτέστι νυκτός. δοκεῖ γὰρ ἐξ αὐτῆς, οἷα μητρὸς, ὁ ἥλιος γεννᾶσθαι, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Τραχινίαις λέγει, ἔνθα φησὶν, ὅτι ἡ νὺξ ἐναριζομένη τίκτει κατευνάζει τε τὸν ἥλιον. παρέοικε δὲ πάντως τῇ τοιαύτῃ τοῦ Σοφοκλέους ἐννοίᾳ καὶ Αἰσχύλου ἐν Ἀγαμέμνονι (272.) τὸ, Εὐάγγελος ἡὼς γένοιτο μητρὸς εὐφρόνης πάρα. ὡς γὰρ ἐκ νυκτὸς ἥλιος, οὕτω καὶ ἠὼς ἐξ εὐφρόνης. B. Sic ἀλληγορίζειν in hoc genere, usque ad vitium, solebant Stoici simiaeque Stoicorum.

95. Similiter poëtae finxerunt, Solem Martis et Veneris furta deprehendisse et diis indicasse omnibus. vid. Homer. Od. Θ, 277. Ovid. Metam. 4, 171.

99. Potest αὐλῶν de freto accipi. Aeschyl. Prom. 720. αὐλῶνα — Μαιωτικόν. Dionys. Periegetes 136: ὅθεν στενὸς ἔρχεται αὐλών. Cf. Lycophron 588, ubi Schol.: τὸν δὲ στενὸν τόπον αὐλῶνα καλεῖ. M.

Optime Schol. noster: Ποντ. αὐλ., τοὺς παρὰ θάλατταν τόπους στενούς. ἐκ δὲ τούτων τὰ πελάγη σημαίνει.

100. δισσαῖς ἀπείροις, utraque continente; recte: nam in duas partes, non in tres, dividi olim solebat orbis terrarum, cum Africa antiquioribus quidem temporibus Asiae, serioribus Europae, annumeraretur. Varro de ligna lat. l. 4. c. 4.: Asia est, quae non Europa. quem locum amicissimo debeo Bredovio, Scholiastes: πρὸς τὰ ἑῷα καὶ δυτικά. Haec quoque geographorum ratio seriorum.

κλιθείς, vicinus. Sic Homer. Iliad. ε, 709.: Λίμνῃ κεκλιμένος Κηφισίδι. ὁ, 740. πόντῳ κεκλιμένοι. Vid. et Eurip. Troad. 803. M.

101. Apte Schol. profert Homericum Odyss. λ', 108: Ἠελίου, ὃς πάντ' ἐφορᾷ.

102. v. Ποθουμένα, prorsus inusitate, et putide, si 106. comparaveris; quod nec M. latuit, cui reponendum videbatur πονουμένα, turbata, vexata, quomodo infra legatur πεπονημένος ἀλλήκτοις ὀδύναις, et Thucyd. 2, 51. τὸν πονούμενον ᾠκτίζοντο. Et sane ferri id posset, sed longe elegantius est ποδουμένα a ποδόω, ut intenta fingatur Deianirae mens, tanquam navis ποδουμένη, i. e. utroque pede navigans. vid. Schneideri lexicon v. ποῖς. Insolens verbum librarios in fraudem illexit. Abundat autem figuratis locutionibus poëta.

104. ἄθλιον ὄρνιν, Prognen, vel Philomelam; neque inepte (nisi quod ἄλιον, variam lectionem, ferri posse putat) quidam apud Scholiasten: ἤγουν τὴν ἀλκυόνα, ἢ τίκτει ἐν ταῖς ὑφάλοις πέτραις, εἶτα, τῶν ὠῶν ἀφανιζομένων, δακρύει.

106. ἀδακρύτων, πολυδακρύτων. Schol. Et sic Homer. Il. λ', 155. ἀξύλῳ ὕλῃ. Hesych. ἄβιος, πλούσιος. Noster Ai. 1168. ἀμέριμνος pro πολυμέριμνος. Multa huiusmodi composita collegit Val-

ckenaerius, Vir Summus, ad Theocriti Syracusias. Quibus adde ἀκαλυφῆ Philoct. 1289, ἀκηδείῃσι Apollon. Rhod. 3. 298, ἄσαρκα Lycophr. 154, ἄσημος apud Erotianum, fortasse et ἀσκίοις ὄρεσιν Pindari Nem. 6, epod. 2. M.

107. δεῖμα τρέφουσαν. Certa et elegans est Casauboni emendatio, quem vide ad Athenaeum pag. 549. ubi plurimis exemplis ostendit, quam familiaris Tragico nostro fuerit usus verbi τρέφειν pro ἔχειν. Supra v. 28. dixerat Deianira, ἀεί τιν' ἐκ φέβου φόβον τρέφω. Hic perperam in codd. scriptum δεῖμα φέρουσαν. B.

Libris nihil variantibus, ferendum est φέρουσαν. neque inusitate φέρειν dicimur, quaecunque nostra sunt, sive ad corpus, sive ad animum, referenda. Eurip. Hippol. 118. ὑφ' ἥβης σπλάγχνον εὔτονον φέρων, quae fortasse respiciens, iudice Valck., Palladas Anthолog. 2, 48. εὔτονον ἦτορ ἔχων dixit, eodem sensu. Itidem Eurip. Phoen. 1547. ed. Porson. ἀλαὸν ὄμμα φέρων. Et rursus Hippol. 316. ἁγνὰς χεῖρας αἵματος φέρεις. Et Heraclid. 382. σύννοιαν ὄμμασιν φέρων. Similiter usurpari τρέφειν, praesertim apud Sophoclem, notum est. Vid. ad Oedip. Tyr. 369. Neque alibi sensu Latini spem, metum, animum, gerere.

109. κακᾶν, i. e. κακῶν. Vulgo pessime κακὰν δύστανον ἐλπ. αἶσαν.

113. Aldus et veteres codd. perverso metro, κύματ' εὐρεῖ πόντῳ. Triclinium hiatus non offendit. Verum transponendae erant voces: εὐρεῖ κύματα πόντῳ. B.

Haud male B., sed verisimilius Musgravii commentum est, quod recepimus. Sic enim, ipso monente, Pindar. Olymp. 1, antistr. 2. χρυσέαις ἀν' ἵπποις, in aureo curru. Cf. Eurip. Iphig. Aul. 754. ἀνὰ ναυσὶν, in navibus, et ibid. 1058.

115. τὸν Καδμογενῆ. τὸν Θηβαγενῆ Ἡρακλέα. Ἡσίοδος (Θεογ. 530.)

Ὄφρ' Ἡρακλῆος Θηβαγενέος κλέος εἴη.

Δὲ p. invenitur in apodosi. conf. Aeschyl. Agam. 205. et Demosth. Lept. a Wolf. ed. in indice v. δέ. Flor. 2. Καδμ. τὸ μὲν τρ., ex interpretatione.

116. v. τρέφει, quod interpretantur ἔχειν, et M. quidem confert Eurip. Hippol. 367.

Ὦ πόνοι τρέφοντες βροτούς.

Sed oppositio τοῦ αὔξει requirit τρέπει, in fugam convertit,

vincit, deiicit. Ut enim fluctus eunt et veniunt, ita hominum vita dicitur nunc τρέπεσθαι, nunc αὔξεσθαι. Π et Φ passim confunduntur.

117. πολύπονον. i. e. τὸ πολύπονον, vel, si verbo uti licet, ἡ πολυπονία. vid. ad Antig. 417.

118. Κρήσιον. ὡς πάνυ χειμαζομένης τῆς περὶ Κρήτην θαλάσσης. Schol. Horat. Od. 1, 26.

Musis amicus, tristitiam et metus
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis.

119. ἀπλάκητον. Sic ex Hesychio legendum ostendit Abreschius Miscell. Observ. Vol. V. p. 102. Perperam in codd. ἀμπλάκητον. B. Recte G. Hermannus de emendanda ratione graecae gramm. p. 19.: B. ἀπλάκητον edidit, ut ἀπλάκητοι Oed. Tyr. 467. inepta inductus Abreschii adnotatione ad Hesych. v. ἀπλάκητον, quod vocabulum iste idem quod ἀναμάρτητον esse sibi persuaserat e corrupto Hesychii πλακίῃσιν. At plane contraria esse debet verbi ἀπλάκητον significatio. Neque Hesychii πλακίῃσιν aliud quidquam est quam error librariorum, literam initialem, quae minio postea scriberetur, omittentium. Nostro in loco ἀναμπλάκητον postulat et sensus et metrum antistrophici versus, in quo recte Aldina κυκλοῦσιν habet, atque inde etiam corrigendus Hesychius.

121. ἀδεῖα neutrum est plurale ab ἠδύς, inserto ob metrum ι, quod in omni voce post literam ε poëtis licuit. Adiectiva in ὺς femininum flectunt in εῖα. At poëtis licet diphthongi posteriorem literam ι exterere, ut ὠκέαν Ἶριν Homerus appellat pro ὠκείαν. Quidni contraria ratione ι insererent in neutro plurali? Hoc si quis ob exemplorum raritatem aegre admittat, ἀδεῖα accipere possit pro nominativo singulari: ἀδεῖα μέν σοι γενήσομαι, ἀφεῖα δ' οἴσω. Utrumvis sane praestat ineptae Heathii emendationi legentis ἀδεῖα ex ἀδεής. *Formidine expertia, verum adversa tibi dicam.* Quaenam, obsecro, illa oppositio est? neutrum plurale ἀδεῖα pro ἀδεᾶ non pluribus firmabitur exemplis quam ἀδεῖα *iucunda*, pro ἀδέα. Proinde cum bona Heathii et nuperi Parisini editoris venia librorum omnium lectionem retinendam esse decernimus. B.

Nullo modo ferri potest ἀδεῖα pro ἀδέα. Femininum vero α literam finalem producit, itaque versui inutilis est. Quare egregiam Musgravii emendationem recepimus. Aeschylus Suppl. 179. αἰδοῖα — ἔπη.

129. ἄρκτου Στροφάδες κέλευθοι. Iterum ἄρκτου στροφὰς commemorat in fragmento Palamedis apud Achillem Tat. Isagog. in Aratum. Vide etiam Homer. Il. σ'. 488. Od. ε'. 274. Eurip. Ion. 1173. Theocrit. idyll. 24, 11. Anacreont. od. 5. Iuvenal. satir. 5, 23. Ursae prae ceteris conversiones ideo a poëtis commemorari credibile est, quod omni anni tempestate contemplandas sese praeberent. M.

Haud male etiam Schol.: τὰς Ἄρκτου στροφὰς παρέλαβεν, ἐπεὶ διαφανεῖς εἰσι, etc.

132. v. οὔτε κῆρες, elumbi versu. Eleganter τῷ οὔτε respondet οὐ. vid. Antig. 248.

Πλοῦτος a potiori vocatur felicitas, ut contra 134. τὸ στέρεσθαι miseria.

133. v. Βάβακε· τῷ δ' ἐπέρχεται. Sed non id dicitur, alium esse felicem, alium miserum, sed: eundem nunc opibus florere, nunc laborare. Atqui hoc, non illud, quadrat in Deianiram, siquidem semper infelix non fuerat, sed Herculis olim nuptiis, gloriaque coniugis, beatissima. Lego igitur τότ' ἐπέρχεται, haud inelegenti asyndeto, quo recepto λυρικώτερον quoque comparet metrum. S. saepius erratum est, velut infra quoque 1149.

135. Ἅ, i. e. δι' ἅ, quapropter. B. Sic et ὅ valet tum alibi tum Eurip. Hecub. 13, Phoeniss. 157, 270, quibus in locis vel aliam significationem extorquere, vel lectionem ᾧ quorundam codd. et edd., quae mera interpretatio est, adoptare, miror viros eruditissimos. Ὅτιρ similiter usurpatum legitur apud Hecataeum; vid. Bos v. διὰ et κατά. ἅ sic valet etiam Oedip. Col. 1256, et Eurip. Androm. 661.

136. ὧδε, adeo, tantopere, quantum tu in animo fingis. M.

139. θυμοφθορῶ, gl. κατὰ ψυχὴν φθείρομαι. Seq. v. μή τ' valet μή τοι. Pro παθοῦσα, quod emendate scriptum in B. T. membr. et Aldus perperam exhibent παροῦσα. B.

140. τ' est τοί, quod elidi posse, probatum ex Platone ad El. 294.

141. De virginum vita conferendi Sophocles in fragmento Tereï apud Stobaeum tit. 68. (VII.) Catull. in epithalamio 44 sqq. M.

142. v. Χώροισιν αὐτοῦ· καί νιν οὐ δ. δ. Sed neque αὐτοῦ (s. enim v. legitur, minusque etiam convenit Brunckianum αὑτοῦ) nec καὶ sententiam habere commodam, probe intellexit M., qui reponebat χώροις, ἵν'. sed χώροις quoque inficetum est.

154. Quaerit non nemo, an probabile sit, Herculem scripsisse. Cui respondendum, poëtam esse Sophoclem, non historicum.

155. ξυνθήμαθ', ἅμοὶ — Una vox est ἁμοὶ contracta ex ἅ ἐμοὶ, priore syllaba ob crasin longa. Pessime Turnebus excudit ξυνθήματα ἅ μοι. Mendose etiam Aldus, ξυνθήμαθ' ἅ μοι. B.

158. v. ὅτι, minus bene, ut monuit M. Λίχους κτῆσις (eundem audis) fuerit fortasse id, quod uxori, tanquam dotis compensatio, oppignerabatur. De quo more vid. Harpocration v. ἀποτιμηταί. Demosthenes in Euergum et Mnesibulum: ἀπαγορευούσης τῆς γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι αὐτῶν [sc. τῶν σκευῶν], καὶ λεγούσης, ὡς αὐτῆς εἴη ἐν τῇ προικὶ τετιμημένα, p. 1156. ed. Reisk.

159. Aldus et codd. hìc et v. 163. pro χρεία sollemnem scripturae errorem exhibent χρεΐ'. B.

160. νέμοι. Sic B. T. In membr. ut apud Aldum, μένειν. B.

161. v. τρίμηνον. Elegantem emendationem debes Wakefieldio.

162. ἀπείη. Sic emendate scriptum in B. quod in aliis libris diversimode depravatum: in T. ἀπῄει: in membr. ἀπίῃ, ut Aldus edidit. — Libri omnes καὐταύσιος mendose. Ordo est, χρόνον προτάξας ὡς τρίμηνον καὐταύσιον, ἡνίκ' ἂν βεβὼς χώρας ἀπείη. B. Facilius ex Wakefieldii ratione locus expeditur.

163. χρεία. Vid. ad Philoct. 607.

169. Δισσῶν ἐκ πελειάδων. De hac fabula vid. Herodot. 2, 55 sqq. Quod ibi ait, Aegyptias mulieres ob sermonem pere-

grinum avium nomen adeptas esse, firmari videtur Aeschyli Agam. 991. cf. et Nonnum Dionys. 3, 286. M.

170. νημέρτεια (v. ναμ., sed Dorismo locus non est). καὶ τῶν εἰρημένων ὑφ' Ἡρακλέους ἡ ἀλήθεια νῦν ἀποβαίνει, ὥστε ὁπότερον πραχθῆναι. Schol.

171. v. ὡς τελ., sed infantis esset ὡς — ὥστε. I subscriptum saepius librariis fraudi fuit.

176. Εὐφ. v. l. Quasi castigatio est Deianirae, cuius orationem male ominata verba terminaverunt. M.

πρὸς χάριν λόγων. Id est, ἕνεκα λόγων. Vide ad Antig. 30. Perperam libri omnes πρὸς χαράν. B.

180. De diis ἐγχωρίοις vid. ad El. 413.

185. v. πρέσπολος, male: nam dictum oportuit, quibusnam haec narrasset Lichas, προσπέλοις Herculis, in quibus hic senex fuit. nec placent composita πρέσπολος et κήρυξ.

191. Μηλιεὺς λεώς. Μηλιεῖς, ἔθνος Θετταλικὸν πλησίον Τραχῖνος. Μηλία δὲ ἡ πάλις καλεῖται. Schol.

192. κρίνει. Id est, ἀνακρίνει. Simplex pro composito. B. Sic infra 305. 379. cf. Ai. 571. M.

193. τὸ ποθοῦν, τὸ ποθούμενον. Schol. Amat hanc figuram Noster. vid. ad Oedip. Col. 74.

197. τὸν Οἴτης ἄτομον λειμῶνα. Pratum quoddam in monte Oeta, Iovi, fortasse ab Hercule, consecratum. Ἥρας λειμῶνα in Cithaerone habes Eurip. Phoen. 24. Τὸ ἄτομον pulcre illustrat Eurip. Hippol. 73 sqq., ubi Dianam alloquens Hippolytus:

Σοὶ τόνδε πλεκτὸν στέφανον ἐξ ἀκηράτου
Λειμῶνος, ὦ δέσποινα, κοσμήσας φέρω,
Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ,
Οὐδ' ἦλθέ πω σίδηρος, ἀλλ' ἀκήρατον
Μέλισσα λειμῶν' ἠρινὸν διέρχεται,
Αἰδὼς δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις.

Ad quem locum vid. Valck.

200. v. ἐκτὸς αὐλῆς. Recte, inquit M., Valckenaerio ad Ammonium synonyma στέγης et αὐλῆς displicebant, tautologiam quippe invenustam facientia. Legendum putem: αἳ τ' εἴσω στέγην, Αἳ τ' ἐκτὸς, αὐλῆς. Εἴσω στέγην, ut Ἴλιον εἴσω

Homer. Il. σ'. 439. Στέγην αὐλῆς, ut μελάθρων στέγην Eurip. Alcest. 23.

Sic ille, parum probabiliter. Vitio iotacismi αὐλῆς exaratum puto pro αὐλοῖς. Φωνεῖν αὐλοῖς valet φωνεῖν πρὸς vel παρὰ τοὺς αὐλούς, sicut passim adhibentur dativi pro accusativis cum praepositione. Eurip. Orest. 144.

Ἰδού, πείθομαι. ΗΛ. Ἆ, ἆ, ὅπως πνοὰ
Λεπτοῦ δόνακος, ὦ Φίλα; Φώνει μοι.

i. e. Φώνει πρὸς ἐμέ. Sic autem locus concipiendus est, neque obtemperandum Porsono, ὡς reponenti prō ὅπως; quae omnium librorum lectio est, itaque dochmaïcum pessumdanti, ut omnino in melicis Tragicorum adornandis coecutit Anglus doctissimus. Σύριγγος, quod v. legitur ante ὅπως, glossema est. Idem igitur significant Euripidea λακεῖν πρὸς Λίβυν αὐλὸν Alcest. 348. et ἀείδειν παρὰ Λίβυν αὐλὸν Hercul. Fur. 684. Φωνεῖν solum nihil aliud indicare solet, quam loqui. Ad αὐλοὺς spectat αὐλὸς infra versu 10. — Ὄμμα φήμης, i. e. φήμη. vid. de his periphrasibus ad Oed. Col. 770.

202. ἀνολολύξατε δόμοι. Perperam Aldus ἀνολολύξετε δόμοις. B. Ἀνολολύξατε est in scholiis minoribus. Ἀνολέλυξεν, lectio vulgatarum, minus elegans est, cuius interpretamentum ἴτω κλαγγά.

ἀλαλαγαῖς. Sic B. Perperam Aldus ἀλαλαῖς. Nuptiarum proprium verbum est ἀλαλάζειν. Euripid. Herc. Fur. initio:

Κρέων δὲ Μεγάρας τῆσδε γίγνεται πατὴρ,
ἣν πάντες ὑμεναίοισι Καδμεῖοι ποτὲ
λωτῷ συνηλάλαξαν, ἡνίκ' εἰς ἐμοὺς
δόμους ὁ κλεινὸς Ἡρακλῆς νιν ἤγετο. B.

Pessime v. hic locus exhibetur, absque versuum et strophārum iusta distinctione. Strophica haec esse, non Monostrophica vel Anomoeostropha, quae locum hic non habent, deletis interpretamentis, additisque duabus vocibus, quae, metro admonente, repetendae erant, facile apparuit. Legebatur autem adhuc:

Ἀνολολύξατε δόμοι
ἐφεστίοις ἀλαλαγαῖς.
Ὁ μελλ. — — ἀρσένων

ἴτω κλαγγά· τὸν εὐφαρέτραν
Ἀπόλλωνα προστάταν,
Ὁμοῦ δὲ Παιᾶνα, Παιᾶν'
ἀνάγετ', ὦ παρθένοι,
βοᾶτε τὰν ὁμ.
Ἀρτεμιν, Ὀρτ.
ἐλαφ., ἀμφίπ.,
Γειτ. τε Ν.
ἀείρομ', οὐδ' ἀπώσομαι
τὸν αὐλὸν, — — φρενός.
ἰδού μ' ἀναταράσσει,
εὐοῖ — — βακχίαν
ὑποστ. ἆμ. ἰὼ ἰὼ Παιάν·
ἴδ', ἴὺ', ὦ φίλα
γύναι, τάδ' ἀντίπρωρα δῆτά σοι βλέπειν
πάρεσθ' ἐναργῆ.

Glossemata esse verba, quae latioribus literarum interstitiis excudi iussi, vel tiro intelligat. Moneo tantum, horum versuum 3. ἁ iam repositum esse a M., omnes ex Deianirae domo virgines intelligente, utpote qui corruptionem nihil suspicaretur loci.

203. ὁ μελλόνυμφος, nempe ὕμνος, ut ὁ καλλίνικος. B. Imo ad ἀλαλ. referendum. Τὸ κοινὸς Ἀττικὸν, ὡς τὸ κλυτὸς Ἱπποδάμεια. (Ιλ. β'. 742.) Schol.

204. Προστάταν. Τὸν Ἄγυιέα. Princeps inter deos indigenas Apollo Ἀγυιεύς. vid. Eurip. Phoen. 640.

207. ἐλαφηβόλον. s. scriptum in B. Ald. edidit ἐλαφοβόλον. B. Ὀρτυγίαν, i. e., Deliam: nam Delos olim Ortygia vocata est. res nota.

208. Λαμπάδας Ἀρτέμιδος memorat Philippus Anthol. p. 333., addendus locis citatis Spanhemio ad Callim. Dian. 11. cf. ad Oedip. Tyr. 203. M. Ceterum Diana ob intemeratam castitatem dea virginum habebatur tutelaris, cui etiam cingula consecrabant gravidae factae.

209. οὐδὲν et vividius est vulgato οὐδ', et versui necessarium. Scholiasten Romanum legisse ἀείρομ', αἴρομ', vel ἀείρομαι

καὶ αἴρομ', ex eius hac interpretatione colligas: μετεωρίζομαι ἐν τῷ χορεύειν εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἄνω αἴρομαι.

210. ὦ τύραννε τᾶς ἐμᾶς Φρενός. I. e. o amata, o dilecta. Solenniter amati reges et tyranni amantium audiunt. Anacreon 5, 141.

— — ἁπάντων
Κρατοῦντα καὶ τύραννον.

Regnum Cynarae habet Horat. od. 4, 1. Dominus pectoris mei bis legitur Symmach. epistol. 7, 104. 8, 29. M.

211. ἰδού με non dicitur, nec magis quadrat, quod quidem dici potest, ἰδοῦ με. Ἀναταράσσει bene illustratur a Wakefieldio Flacci od. 2, 19, 4.

212. ὁ κισσός, i. e. thyrsus, ab Euripide κίσσινον βέλος vocatus Bacch. 25. Thyrsi attactus quia animum enthusiasmo implere credebatur, inde solenni metaphora thyrso percuti valet extra se rapi. Lucretius 1, 9[illegible].

Percussit thyrso laudis spes magna meum cor. M.

213. ὑποστρέφων, reducens, renovans. Chorum ex innuptis puellis constare, liquet ex 140. Verum has, ea aetate, nihil prohibet Bacchi mysteriis initiatas fuisse. Sic Bacchanalium agmen Euripidi Bacch. 694. constituunt

Νέαι, παλαιαὶ, παρθένοι τ' ἐτ' ἄζυγες.

Sic et Cybeles orgia concelebrabat Aristodice quaedam, de qua sic Leonidas apud Reiskium epigr. 499.

— — πολλὰ προνήια καὶ παρὰ βωμῷ
Παρθενικὴν ἐτίναξ' ἔνθα καὶ ἔνθα κόμην. M.

214. γύναι, quod v. legitur, petitum ex proxime sequentibus. vel cavit nescio quis, ne φιλίαν interpretaremur φιλότητα.

215. ἀντίπρωρα. vid. Lexicon. Aeschylus Agam. 244. στόματός τε καλλιπρώρου. M.

δῆτά σοι. Sic legendum. Perperam in libris δή σοι, claudicante versu. B.

218. προυνέπω. Sic T. In aliis, ut apud Aldum, προυννέπω. B.

221. κατ' ἔργου κτῆσιν. ἔργου, i. e. τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦ κράτους. Sic dicitur κτᾶσθαι ἀγαθὰ, βίον, πλοῦτον, συμφορὰς, τύχην, καλὰ, ἀρετὰς Eurip. Hel. 1167, δύσκλειαν Med. 218. Significat

igitur proprie ἔργον κτῆσις negotium, quod ἐκτήσατο, i. e. suscepit, Lichas, haec denuntiandi. Legitur autem v. καλῶς πράσσοντ', sed minus intererat Deianirae, salvum advenire Lichan, quam, καλὰ πράσσειν eum, i. e. omnia felicia de Hercule nuntiare.

229. τελεῖ τ' ἔγκαρπα. Sic membr. et Aldus recte. Alii τέλη τ' ἔγκαρπα, quod cum ὁρίζεται haud commode iungitur. Valckenarii emendatione in Eurip. Diatr. p. 144. prolata facile caremus: βωμούς θ', ἕλη τ' ἔγκαρπα. B. Elegantius mihi videtur τέλη, quo percommode ἀπὸ κοινοῦ refertur ὁρίζεται. Iotacismo hic quoque deceptus fuit librarius. — Ἔγκαρπα. θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν iussit Triptolemus, cum sola thura sine hostiis addita sunt frugum primitiis et libaminibus. Vid. Bruningsii Antiqu. Graec. pag. 223. Sed h. l. τέλη ἔγκαρπα potius interpretandum sacrificia, in quibus hostiae una cum frugibus offerrentur: nam boves et pecudes simul immolasse Herculem, ex 749. 750 intelligitur. De voce τέλος vid. ad Antig. 143. Infra etiam 742. βωμοὺς ὁρίζει.

Κηναίῳ Διΐ. Κήναιον Εὐβοίας ἀκρωτήριον, ἀπὸ Κηναίου τοῦ Εὐφορίωνος, ἢ τοῦ Ἐλεφήνορος. Schol.

234. v.:

Οἰκτραὶ γὰρ, εἰ μὴ ξυμφοραὶ κλέπτουσί μ᾽.

Mirum, ni οἰκτραὶ fuerint captivae, patria expulsae. Neque earum fortunis κλέπτεσθαι potuit Deianira, siquidem manifestae erant, neque ulli dubio obnoxiae. Atqui Scholiastes: συγγενεῖς γὰρ δοκοῦσιν εἶναι, unde de fide vocis οἰκτραὶ dubitavit etiam Erfurdt, dramatis huius haud indoctus editor; verbum ξυμφοραὶ autem depravatum recte arbitratus, male rescripsit νῦν κἄρκτ (nisi me fallant oculi) G. Wakefieldius. Luce meridiana clarius est, reliquisse Nostrum Ἀκραι et ξυμβολαί.

238. v. ἀνήριθμον, quod male concurrit τῷ ἄσκοπον, idem fere indicanti. Sequor igitur M., quanquam magis placeret ἡμερῶν ἀνημερῶν, dierum infelicium, ut νᾶες ἄναες Aeschyl. Pers. 653, παρθένος ἀπάρθενος Eurip. Hecub. 612. similiaque nonnulla elegantissime dicuntur.

247. τὸν ἀγχιστῆρα. M.: Nuspiam, inquit, alibi hanc vocem invenio. Radix fuerit ἄγχιστος, proximus, unde comparet aliquis culpae proximum Phaedri fab. 1, 10. Non spernendum esset ἀρτιστῆρα ab ἀρτίζω, utpote quod ex analogiae saltem regulis recte formatum esset.

Sic fere etiam Wakefield, insuper laudato Etymologico, ac M. qui monet quoque, viam hanc explicandi τὸ ἀγχιστῆρ praeivisse Burmannum ad Phaedri locum et Valck. ad Ammon. p. 4. Non nemini tamen placebat αἰχιστῆρα ab αἰκίζω: sed nihil muto.

248. ξὺν παισί. Sic bene Turnebus. In codd. ut apud Aldum, legitur παιδί. Non abundat ἔτι, ut tradit Scholiastes. Significat *aliquando*, *posthac*. Vide Orvillium ad Charit. p. 98. B.

249. ἁγνός. caedis Iphiti. cf. 261 — 264.

251. τόνδε, Eurytum nempe, cuius nomen in praecedenti adiectivo τὴν Εὐρύτειαν latet. B.

253. ἐφέστιον. Sic libri omnes recte. Abreschius ad Aeschylum pag. 79. emendandum censet ἐς δόμους ἐφεστίους, frustra. Perinde dicitur ἐλθὼν ἐς δόμους ἐφέστιος, ἐλθὼν δωμάτων ἐφέστιος, et ἐλθὼν ἐς δόμους ἐφεστίους. Nulla causa est, cur librorum auctoritas deseratur. Eurip. Ione 666.

καὶ νῦν μέν, ὡς δὴ ξένον ἄγων σ' ἐφέστιον,
δείπνοισι τέρψω.

Idem Medea 714.

δέξαι δὲ χώρᾳ καὶ δόμοις ἐφέστιον.

Idem Rheso 201.

στείχοιμ' ἄν· ἐλθὼν δ' εἰς δόμους ἐφέστιος,
σκευῇ πρεπόντως σῶμ' ἐμὸν καθάψομαι.

Quae quidem exempla sufficiunt tuendae nostrae lectioni. Similia multa addi possent, quae in promtu habemus. B.

255. v. mendose: πολλὰ δ' ἀτηρᾷ Φρενί. Iotacismus hic quoque turbavit, et corrupto nomini adiectivum postmodo accommodatum est. Temporum variatio verbalium Graecis frequentatur. vid. initium Hecubae.

257. τέκνων. De his vide ad 269.

258. ἀνδρός. i. e. τινὸς, ut saepe usurpatur ἀνὴρ, velut supra 221. Legitur autem v. ἐλευθέρου, nimis inepte; nam liberorum tantum hominum habentur servi; sed liberum, qualis erat Hercules, servilia subire munera, id turpe Euryto videbatur.

259. 'ηνίκ' ἦν ῥίνωμένος.' Nempe Hercules. Possis etiam de Euryto intelligere. B.

260. Non haec tantum in causa fuisse videbantur Scholiastae. Οὐ γὰρ, inquit, ἠλαζονεύσατο μόνον περὶ τῶν παίδων ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ δῶρον τοξείας προθεὶς τὴν Ἰόλην νικήσαντι Ἡρακλεῖ οὐκ ἠγγύησε. Διαφωνεῖται δὲ ὁ τῶν Εὐρυτιδῶν ἀριθμός. Ἡσίοδος μὲν γὰρ (in Ἡοίαις, vel Ἡρωϊκῇ Γενεαλογίᾳ, inquit Bentleius ep. ad I. Millium p. 53.) τέσσαράς φησιν Εὐρύτου καὶ Ἀντιόπης παῖδας, οὕτως·

Ἡ δ' ὑποκυσσαμένη καλλίζωνος Στρατονίκη,
Εὔρυτον ἐν μεγάροισιν ἐγείνατο φίλτατον υἱόν.
Τοῦ δ' υἷες ἐγένοντο Δηΐων τε, Κλύτιός τε,
Τοξεύς τ' ἀντίθεος, ἠδ' Ἴφιτος, ὄζος Ἄρηος·
Τοὺς δὲ μετ', ὀπλοτάτην τέκετο ξανθὴν Ἰόλειαν
Ἀντιόπη κρείουσα Πύλωνος Ναυβολίδαο.

Κρεώφυλος δὲ, δύο· Ἀριστοκράτης δὲ, τρεῖς, Τοξία, Κλύτιον, Δηΐονα.

263. θητέρα. Sic membr. et Aldus. In aliis θατέρα. Proba est utraque forma. In Comici Avibus v. 1365. θητέρᾳ trium codicum consensu firmatur. B.

266. πατὴρ Ολύμπιος. Sic libri omnes veteres. Stephanus edidit ὐλύμπιος, ut in T. scriptum est. B.

271. v. οὐδὲ, ne quidem, sententia vetante: nam iustiores hominibus dei, non iniustiores. Duplex negatio librarium vexavit. cf. 513, 373.

274. τάσδε — δ', ἅσπερ εἰσορᾷς — Χωροῦσι etc. Vid. de hac forma Eurip. Porson. edit. Lips. vol. 1, pag. 197.

276. B., lectore nihil monito, dedit πόσις γ' ὁ σὸς, quasi τῷ τε nusquam responderet δὲ, quod saepe fit. cf. 524, ubi itidem male γε intrusit Gallus. De illa forma dixi ad 1009.

278. ἁγνὰ θύματα. Non hic cogitandum de hostiis καθαρσίοις. Hercules quippe, ante expeditionem susceptam, a caede

Iphiti purus erat. vid. 249. Intelligo igitur sacrificia perfecta, quibus nihil ad puritatem deerat, sive in victimis, sive in igne, sive in ritibus. Aeschylus Pers. 592.

Βοὸς τ' ἀφ' ἁγνῆς λευκὸν εὔποτον γάλα.

Alia sunt Platonis p. 875, C. ἁγνὰ θύματα. Idem, p. 961, B. ἱερεῦσί τε καὶ ἱερείαις ἐγχειριζέτω τὰ θύματα, οἷς ἁγνεία τούτων ἐπιμελής.

279. κατρῴῳ. θεῷ ἐγγενεῖ. vid. ad Antig. 197.

283. πεπυσμένῃ excudi debuit tertio casu. B.

v. Τῶν μὲν παρόντων, τῶν δὲ πεπυσμένῃ λόγῳ. Anapaestus in pari regione, nisi quam nomen proprium occupet, ferri nequit apud Tragicos. Quod reputans, Purgoldus l. l. corrigit τὰ δὲ πεπισμένῃ λόγῳ, cum pridem Toupius quoque voluisset: τὰ δὲ πεπυσμένῃ. sed neque sic rotunda est oratio, dignaque eloquentia Sophoclea. Vide, an melius fecerimus. Τὸ μὲν, τῷ δὲ, tum, tum, vel partim, partim, ut τὸ μὲν, ἄλλο δὲ, Oedip. Col. 1625, τὰ μὲν, τὰ δὲ, infra 523, Ai. 893. Usitatius est in pedestri oratione τῇ μὲν, τῇ δὲ, simili potestate; neque aliud valet τοῦτο μὲν — τοῦτο δὲ, Antig. 163, 163, et τοῦτο μὲν — εἶτα, Philoct. 1307. Πεπυσμένων passivo significatu neminem, puto, male habebit in Sophocle, qui figuram hanc amat. vid. ad Oedip. Col. 74. S. μέμψει, culpaberis, infra 462. Contra εἴργασται active capiendum Ai. 22. Λόγος rem indicat. vid. ad Oed. Col. 282.

286. πολλή 'στ' ἀνάγκη. Sic membr. et Aldus. In duobus aliis codd. πολλή τ' ἀνάγκη, quod valet πολλή τοι. Pessime Turnebus edidit πολλὴ δ' ἀνάγκη. Vide ad Oed. Col. 273. et quae notavimus ad Eur. Med. 1012. B.

288. ταρβεῖν τὸν εὖ πράσσοντα, μὴ σφαλῇ ποτε. pro ταρβεῖν μὴ ὁ εὖ πράσσων σφαλῇ ποτε. Vide quae notavimus ad Comici Concion. 1125. Sic Plautus Rud. *Eam veretur, ne periit.* B.

Ταρβεῖν pariter accusativum adsciscit Eurip. Suppl. 330. Comparandum etiam χαίρειν cum accusativo ad Antig. 618. M.

289. v. Ἐμοὶ γὰρ — ὁρώσῃ etc. Soloece: nam εἰςβαίνειν τι dicitur, non τινί. Litera initialis versus casu perdita corrumpendo loco ansam praebuerit. Τοὐμὸν pro ἐγὼ s. p. Menoeceus Eurip. Phoen. 1001. ed. Beck.

— — Καὶ ξυγγνωστὰ μὲν
Γέροντι· τοὐμὸν δ' οὐχὶ συγγνώμην ἔχει,
Προδότην γενέσθαι πατρίδος, ἥ μ' ἐγείνατο.

Similia sunt τὰ τῆς τύχης, pro τύχη, Oedip. R. 956, τὸ τῶνδε, pro ἀΐδε, El. 1162, τἀνθρώπων, pro ἀνθρώπους, Trach. 431, τὰ θεῶν, pro θεούς, ibid. 490.

292. v. ἦσαν, quasi nunc non fuissent amplius iisdem patribus prognatae. Rursus turbavit iotacismus. ἰσχουσιν referendum ἀπὸ κοινοῦ ad αἶσαν. Αἶσαν ἐξ ἐλευθέρων ἀνδρῶν valet sortem, quam a liberis parentibus accepisse puellas coniicitur, fortunatam. Eurip. Androm. 204.

Θεοῦ γὰρ αἶσα, θεὸς ἔκρανε ξυμφοράς.

Potuisset enim Ἐκ θεοῦ γὰρ αἶσα.

295. v. τοι, minus bene: nam dictum est, in quem ne deus eat, vereatur Deianira, πρὸς τοὐμὸν σπέρμα, ut abundet τοι.

299. τεκνοῦσσα. Minus bene Aldus τεκνοῦσα. Membr. in textu habent τεκοῦσα, et in margine: γρ. τεκνοῦσα, ἤτοι τέκνα ἔχουσα. In scholiis emendanda scriptura, τεκνοῖσσα — παιδοῦσσα. Non enim sunt ista participia, sed nomina adiectiva formae contractae ex τεκνόεσσα et παιδόεσσα, qualia sunt πτεροῦσσα in Eurip. Hippol. 738. αἰθαλοῦσσα in Aeschyli Prom. 1000. οἰνοῦττα, μελιτοῦττα apud Comicum. Eodem, quo hic Tragicus, nomine usus est Theophrastus ab Athenaeo laudatus p. 31. itidem emendandus: Θεόφραστος δὲ ἐν τῇ περὶ φυτῶν ἱστορίᾳ φησὶν, ἐν Ηραίᾳ τῆς Αρκαδίας γίγνεσθαι οἶνον, ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας τινόμενος ἐξίστησι· τὰς δὲ γυναῖκας τεκνούσσας ποιεῖ. B.

300. v. πάντων, ridicule: nam alterutrum debuit esse, ἀνανδρος, ἢ τεκνοῦσσα. Τῶνδε, posterioris eorum, quae dixit Deianira, τοῦ τεκνοῦσσαν εἶναι.

304. Sola sapere videtur Iole, quae sola inter omnes has mulieres muta adstat, ut Cassandra in Aeschyli Agamemnone, nisi quod fletibus indulget. cf. 313 sqq.

307. In membr. μὴ τῶν τυράννων Εὐρύτου σπορά τις ἦν; absurde. In duobus aliis aliquanto melius, μὴ του τυράννων — Legendum procul dubio, ut edidimus:

μὴ τοῦ τυραννεύοντος Εὐρύτου σπορά;

Infra 420.

Ιέλην ἔφασκες Εὐρύτου σπερὰν ἄγειν. B.

Asperior haec medicina. Εὐρύτων legendum, i. e. Εὐρυτείων, figura eleganti.

312. καὶ ξυμφορά τις. Sic duo codd. In membr. ut apud Aldum, καὶ ξυμφορά τοι. B.

313. v. soloece τῷ — χρόνῳ. Male quoque post γλῶσσαν distinguitur, verbo relato ad διοίσει.

318. διήνεμον. Schol. ἣν Ὁμηρος ἠνεμόεσσάν φησιν. Nullibi in Homeri poësi, qualem eam hodie legimus, Oechalia ἠνεμόεσσα dicta reperitur. Verum Scholiastes noster meliorem lectionem secutus fuisse videtur Homerici versus Ιλ. B. 730.

οἵ τ' ἔχον Οἰχαλίην πόλιν Εὐρύτου ἠνεμόεσσαν. B.

319. v. K. μ. αὐτῇ γ', ἀλλὰ etc, obscure quidem. G. Hermannus apud Erfurdtium malebat αὐτή γ'.

322. Δύπην. λύπης. i. e. gravissimum luctum. vid. ad Oedip. Col. 1204. Sane maxime cruciata fuisset virgo regia, si superbius se gessisset Deïanira, victoris uxor.

ὡς σύ γ' — ἐγὼ δὲ — Sic legendum. Perperam Aldus σύ θ' — Codd. omnes habent ἐγὼ δὲ — Turnebus prava emendatione dedit ἐγώ τε. B.

Non ita male Turnebus. sed nihil omnino mutandum est. vid. ad 276.

326. ἀμμείνασ' — Sic membr. recte, ut Aldus edidit. In aliis libris ἀμμείνασ'. B.

329. πάντ'. Id est, κατὰ πάντα. B.

330. τοῦ. Subaud. χάριν vel ἕνεκα. cf. Philoct. 195, 323, 731. M.

v. legitur, τοῦ με τήνδ' ἐφ. β.; sed editio Scholiorum princeps: τοῦ κε τήνδ', i. e. τοῦ καὶ τήνδ', ut saepe confunduntur soni αι et ε. De usu τοῦ καὶ in his similibusque formis erudite disputantem adi Porsonum ad Eurip. Phoen. 1373.

333. ἐκείνους. ἤγουν τὰς αἰχμαλώτους καὶ τοὺς ἅμα δούλας ἄρσενας, ἢ τοὺς περὶ τὸν Λίχαν. Schol.

334. ταῖςδε. choro.

338. δίκης ἐς ὀρθὸν, secundum rectum, i. e. rectitudinem, probitatis. Ἐς pro κατὰ, ut in exemplis citatis ad Eurip. Iphig. Taur. 1483, Helen. 913. Ὀρθὸν δίκης, ut κακῷ χειμῶνος Ai. 1163. M.

341. ἄγνοιά μ' ἔχει. Perperam Triclinius ἀγνοίᾳ in tertio casu legit. Substantivorum in εια et οια ultima anceps est. Corripitur plerumque, sed productae haud rara sunt exempla. Eurip. Androm. 520.

καὶ γὰρ ἄνοια μεγάλη λείπειν.

Aeschylus S. Theb. 404.

τάχ' ἂν γένοιτο μάντις ἡ νοιά τινι. B.

Posterius exemplum nihil probat; neque omnino certa est illa regula.

348. Ἰφίτου μόρος. periphrasis personae. vid. ad Oed. Col. 770.

349. ὃν, gl. τὸν ἔρωτα — παρώσας, ἀπωσάμενος. Sic etiam accepit Scholiastes. Hesychius adposite ad hunc locum: παρώσας, ἐάσας. Haud tamen deterior mihi videtur sensus, quem in versione expressi, ὃν ad proxime praecedentem referens Ἰφίτου μόρον, quem Lichas modo in sermonem suum intrusit. B. Vertit B. praetendens, quod ferri nequit. ὃ pro ὃν ab Erfurdtio est.

353. Pessime v. ἐν ᾗ. Unice convenit ἐν ᾧ, propterea quod.

354. τὸν Εὔρυτον τόνδ' — Sic recte scriptum in B. Perperam in duobus aliis τῶνδ', et in Aldina mendosius adhuc τῶν Εὔρυτον τῶνδ' — B. Τῷνδε θρόνων, istius regni. τόνδε minus placet.

356. καὶ νιν — Sic legendum. Perperam in libris καὶ νῦν. Ordo est: καὶ ἥκει πέμπων αὐτὴν εἰς δόμους τούσδε — Mendose etiam in libris omnibus δόμους ὡς τούσδε. Vide Marklandum ad Suppl. 321. B.

358. μήτι. Sic Erfurdt, recte. v. Ald. et Brubach. μὴ δὲ, reliqui μηδέ.

370. ἡ κάρτα λαμπρά. Sic legendum. Perperam in libris ἢ καὶ τὰ λαμπρά. Recte in B. T. hic versus Deianirae continuatur, quem cum membr. Aldus Choro tribuit. In T. adposita glossa: λείπει, ὀηλοῦσι τὴν ταύτης εὐγένειαν. iuxta quam expositionem scriptum oportuisset ἢ τοὶ ἢ καὶ τὰ λαμτρά. Verum longe praestat nostra lectio, quam post Canterum optime constituit Heathius. B. Φύσιν, genus, prosapiam, ut Ai. 1218: quoniam de hac agebatur, non de indole. M.

373. v. ἱστορῶν. Bene M.: Lego ἱστορεῖν: non enim tacuerat de natalibus eius Lichas, sed nihil se scire affirmaverat.

374. μή τι. Sic Aldus et vett. codd. In T. μή τοι. B.

v. Ὅλοιντο μή τι πάντες οἱ κακοὶ, τὰ δὲ Λαῤῥαῖ etc. quod balbutire est, non loqui, imo ne Graeca quidem sunt ista τὰ δὲ etc. Τάδε, sic.

376. μὴ πρίπουτ' αὐτῇ. Sic scriptum in tribus codd. ut Aldus excudit. B.

379. εἴ νιν. Perperam libri omnes εἴ μιν. B.

380. ἀπὸ γνώμης, absque prudentia, imprudenter. Sic ἀπὸ τρόπου valet maligne. Thucyd. 1, 76. ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου. M.

382. Perperam in libris ὡς ὅδ' ἀνήρ. Vide ad Oed. Col. 608. B.

385. Ὡς ἔρτουτος εἰσορᾷς ἐμοῦ. Huic lectioni similia M. hasce putat: Iliad. δ', 357. ὡς γνῶ χωομένοιο, Arat. Phaen. 108.

Οὕτω λευγαλέου τότε νείκεος ἠπίσταντό,

eiusdem Diosem. 2. ἀεξομένοιο διδάσκει μηνός; infra 907. Iliad. ϕ', 427. Eurip. Phoen. 1580. Quorum exemplorum ultimum prorsus alienum est, verbo ἔβλιψαν absolute posito, nec reliqua conveniunt: nam γιγνώσκειν, ἐπίστασθαι, διδάσκειν τινὲς, i. e. περὶ τινὲς, dici potest, siquidem multa et varia de re aliqua scire ac docere possumus, at res simplex est visus; unde βλέπειν vel ὁρᾶν περὶ τινὲς absurdum quid sonat, neque usquam haec et similia verba cum alio, quam quarto, casu composita inveniuntur. De inculcato εἰσορᾷς vid. ad Philoct. 835: nam ἐσορᾶν p. pro simplici usurpatur. S. locum accipit etiam V.

Ὡς ὁρᾷς p. s. legitur et saepius in MSS. confunduntur α, οι, ω, ει, ευ. De locutione cf. Aiac. 904, 981.

386. ἐκ ταχείας. Sic tres codd. Mendose in impressis ταχχείας. B.

387. ἀνανεώσασθαι. Sic bene Canterus. Vulgo καὶ νεώσασθαι. Nostram lectionem adgnoscit Eustathius, qui procul dubio ad hunc locum respexit p. 811. ubi de verbo νεᾶν. ἐξ οὗ, καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἀνανεώσασθαι λόγους, τὸ ἀνακινῆσαι. εἰκεῖν δὲ καιριώτερον, ἀναπολῆσαι. B.

Καὶ νεώσασθαι. Emphasin, quam hic habet καὶ, nemo non videret, verbis sic collocatis: πρὶν καὶ ἡμᾶς νεώσασθαι λόγους, etiam antequam sermones renovare potuimus. Nihil igitur mutandum, sed hyperbaton tantum animadvertendum. M. Interpretamentum est Eustathii ἀνανεώσασθαι.

389. τὸ πιστὸν τῆς ἀληθείας. Eurip. Orest. 245. τὸ πιστὸν τόδε λόγων ἐμῶν δέχου, accipe hoc pignus, vel argumentum, orationis meae. cf. Phoen. 275 et Hippol. 1058, ibique Valck. Negligenter vertit B.: Bonane fide responsurus es?

393. οὗτος, βλέφ' ὧδε. Hic versus et sequentes omnes, quibus Nuntii personam praefixi, Deianirae in libris omnibus adscripti sunt: quae confusio, veteri Scholiastae non observata, totum hunc dialogum nimis quam absurdum et ridiculum reddiderat, plurimisque interpolationibus et pravis coniecturis occasionem dederat. Errorem detexit Tyrwhittus, eadem sagacitate, qua similes tenebras discussit in Eurip. Cycl. 174. Heracl. 964. Praestantissimi viri ingenio unice debetur huius loci restitutio. B.

394. ἐρωτήσας. Sic scribi debuit. Quod in codd. est, ἐρωτήσασ', errori librariorum imputandum, qui Deianiram cum Licha colloqui false opinabantur. Idem sentiendum de ποικίλας infra v. 403. B.

395. ὃ σ' ἱστορῶ. In B. T. ἃ σ' — B. Elegantior pluralis numerus, quem et vulgatae praestant.

403. Perperam Aldus ποικίλλασ', ut in membr. In aliis ποικίλασ'. B.

405. πάλαι, ante, ut saepius haud diu elapsum tempus vox indicat. vid. Aeschyl. Agam. 485. Oedip. T. 1046. infra 1084. Antig. 277.

409. κάτοισθα δή που; Φημί. Sic libri omnes, nec est cur in suspicionem vocetur haec lectio. Nuntius rogat, non, ut ante Deianira, quaenam sit illa captiva quibusve parentibus orta: sed aditum sibi parans ad ulteriorem sermonem ait: *Nosti scilicet captivam illam, quam domum adduxti modo?* Tamquam si diceret, *haud negas te captivam puellam domum adduxisse modo.* cui Lichas arroganter respondet: *Sane eam novi; tu vero cur hoc me rogas?* Nulla igitur caussa est, cur Parisini editoris coniectura probetur, Κάτοισθα δῆτ'; Οὔ φημι. B.

Accedit, quod eam ex Euboea esse dixerat Lichas.

410. ὑπ' ἀγνοίας. Pro μετ' ἀγνοίας. Xenoph. Oeconom. p. 489. ἔζη ὑπὸ πολλῆς ἐτιμελείας. Eurip. Hippol. 1313. ὡς ὑπ' εὐκλείας θάνῃ. Ion. 1353. ὑπ' οἰωνῶν καλῶν. Hecub. ἐλπίδων καλῶν ὕπο. Schol. Aristoph. in Av. 1426. ὑπαὶ πτερύγων ἀντὶ τοῦ μετὰ πτερύγων, ubi alia. M. cf. Aiac. 342. ὁρᾷς, curas, prospicis, ut p. vid. vel index h. v. Fugit hoc interpretes.

413. v. παρὼν, insuavi concursu participiorum. Et longe gravius παρὼν infertur 423.

414. v. post ἀστῶν distinguitur ὑποστιγμῇ, minus facili oratione.

417. Aeschylus in Agamemnone 1310.

τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίχα. B.

425. Φανείς. I. e. ὤν, ut p. valet apud nostrum Φαίνεσθαι. vid. ad Oed. R. 331. Non inelegantes tamen M. σΦαλείς.

426. ὦνθρωπος. Perperam in libris ἄνθρωπος sine articulo. Quod sequitur ἀποστήτω, librorum omnium veterum lectio est, eaque genuina; sed quid ea significaretur, nec veteres, nec novi interpretes intelligere potuerunt, postquam ridiculo librarii errore Nuntii partes Deianira invaserat. Itaque alius παραστήτω, alius ἐπιστήτω legendum esse sibi persuasit. Nunc quae prius absurda videbantur, apparet, quam vera et personis convenientia sint. Lichas Nuntium despectui habet, eique cum fastu respondet, qualia nemo umquam famulum herae

suae dicentem induxit in scenam: quumque Nuntius quaestionibus suis Lichae molestus sit, hic ad heram conversus v. 421. percunctatur, quis tandem ille sit homo: Nuntius Reginae responsum antevertit, ipseque dicit, se eum esse, qui ex ore Lichae omnia vera acceperit. Tum Lichas, cui nullum effugium superest, heram orat, ut hominem illum *amandet*. ὦνθρωπος, ὦ δέσποιν', ἀπόστητω. Dignus fuisset Lichas, qui virgis illico caederetur, si heram suam Reginam *stultam* appellasset. Haud sane miror, H. Stephanum νοσοῦντι de Deianira acceptum concoquere non potuisse. B.

428. πρὸς σὲ τοῦ. Sic optime in B. T. In membr. ut apud Aldum, πρὸς σὺ τοῦ. Vide quae notavimus ad Eurip. Med. 326. et ad Apollonium III. 985. B.

431. τἀνθρώπων. periphrasis personae. vid. supra ad 289.

436. v. οἵας, minus bene: nam seu similitudinem intelligas prosapiae, seu naturae communis, i. e. humanae, pariter frigebit verbum.

437. ὥστ' εἴ τι. Sic in B. T. Vulgo ὡς εἴ τι —Thais apud Terentium in Eunucho v. 2.

Non adeo inhumano ego sum ingenio, Chaerea,
neque ita inperita, ut, quid amor valeat, nesciam. B.

v. τῷ 'μῷ τἀνδρὶ, quod ferri non posse, vidit Erfurdt, legebatque τῇδέ γ' ἀ.

438. μεμπτός εἰμι, i. e. μέμφομαι. Eurip. Rhes. 327. κἀπίμομφος εἶ φίλοις. vid. etiam ad Ant. 778. M.

Sic v., ut reponi contentaneum fuit, ex quo τοὐμὸν praecedente versu degeneraverat.

440. v. τοῦ μηδὲν αἰσχροῦ. Recte M.: Sic si legamus, affirmabit Deianira, Iolen μεταιτίαν esse, sed negabit rem, cuius μεταιτία sit, turpem sibi aut damnosam esse; sin cum H. Stephano τὸ μηδὲν, idque pro μηδαμῶς accipiamus, tum negabit universaliter, Iolen causam aut participem esse ullius rei, quae sibi turpis aut damnosa sit. Heathio prior ratio, mihi posterior, magis placet.

444. ὀφθήσει κακός. Phaedrus L. I. f. X.

Quicumque turpi fraude semel innotuit,
etiamsi verum dicit, amittit fidem. B.

ὀφθῆσαι, i. e. φανεῖ, ἔσει. vid. ad Oedip. R. 331.

446. Ψευδεῖ. nomen posterius priori accommodatum, nihil obstante suo verbo. Figura nota, quam etiam Latini imitantur. Horatius epist. ad Pisones:

— — Mediocribus esse poëtis,
Non di, non homines, non concessere columnae.

Κῆρ, morbus, ut Philoct. 42. M. Νόσος s. p. de corporis et animi vitiis.

460. Ῥίπτω κατ' οὖρον, eant, quo ventus (i. e. sors) tulerit. M. Gaudent hac imagine poetae. cf. 803. Aiac. 196. εὐανέμους βάξεις, probabiles rumores.

462. κοὐ μέμψει χρόνῳ. Divellunt haec a sequentibus γυναικὶ τῇδε, intolerabili hyperbato. Deponentia non minus vim passivam quam passiva activam accipere possunt. vid. ad 283.

467. ἔστιν γὰρ οὕτως, ὥσπερ οὗτος ἐννέπει. Nunc intelligi potest hic versus, cuius antea sensus absurdus videri debebat. *Res enim ita se habet, ut praedicat* οὗτος, *hic qui praesens adest.* Iohnsonus vertit, *quemadmodum ille Nuntius dixit.* At vero, ut personis divisae erant colloquii partes, censeri debebat Nuntius e scena abiisse post versum 365. Ne minimum quidem de eo resciverat Lichas; proinde dicere non poterat, *rem se habere, quemadmodum Nuntius retulerat.* B.

481. v. εἰς ἅπαντ', prorsus, quod prae nostra lectione friget. Et excusationem habet, quod semel peccarit Hercules, quod omnino, non habet.

483. ἐξαιρούμεθα. [Sic enim v. legitur.] Interpretatur Heathius: nobis eligemus, quod mihi locum nihilo clariorem efficit. Malim ἐξαρούμεθα, augebimus, ab ἐξαίρω. [Et sic pridem V.] Non augebimus malum extrinsecus invectum. Hanc enim vim habet ἐπακτὸς, ut apud Eurip. Hippol. 320.

Μῶν ἐξ ἐπακτοῦ πημονῆς ἐχθρῶν τινός;

cf. etiam Ai. 1255. Oed. Col. 1482, huius fabulae 250, Aeschyl. Sept. Theb. 544. M.

487. κενόν. Perperam Aldus καινὸν, ut in membr. scriptum est. Peius in T. κεῖνον. B.

488. ὧδε σὺν πολλῷ στόλῳ. *Cum tanto captivarum grege.* ut est apud Terentium Heautontim. *Ancillarum gregem ducunt secum.* B.

491. χὤπως. Male in libris καὶ ὅπως. B.

In iambicis contrahenda essent haec verba, in melicis ut fiat, opus non est, et metro melius convenit καὶ ὅπως.

494. vett. edd. pro οὐ praebent ἤ.

495. ἐπὶ τάνδ' ἄκοιτιν. Rara constructio: quoties enim fieri aliquid dicitur spe vel conditione praemii, plerumque id per dativum enunciatur, praepositioni ἐπὶ subiunctum, ut ἐπὶ μισθῷ, ἐπὶ στεφάνῳ, ἐπὶ κέρδει, ἐπὶ λήμμασι. Euripides tamen Electr. 618. Ἥκω πὶ τόνδε στέφανον. Callim. epigr. 8. ἐπὶ κισσόν. M.

496. Ἀμφίγυοι. ἀντίπαλοι· ἢ ἰσχυροὶ ἐν τοῖς γυίοις, μαχεσάμενοι χερσὶ καὶ ποσίν. ἢ ἀμφότεροι τεθωρακισμένοι. ἢ ἀμφω παρωξυμμένοι. Schol. Auget significationem ἀμφὶ, sicut περί. Huc pertinent verba ἀμφιδέξιος et περιδέξιος, quae profert etiam, Wakefieldio laudatus, Erotianus in lexico Hippocrateo.

Ἀμφίγυοι. De hac voce parum inter se consentiunt veteres grammatici. Mihi ἔγχη ἀμφίγυα dici videntur, quae quis, prout usus exegerit, vel dextra, vel laeva manu protruserit: homines ἀμφίγυοι, qui in palaestra adversarios nunc pede utroque, nunc manu, urgent. vid. Virgil. Aen. 5, 457. Sic etiam Phreneticus ille in epigrammate τὸν ἀγαίσθητον παντὸς ἔτυψε μέλους, Anthol. p. 66. M.

πρὸ γάμων. περὶ τῶν γάμων. Schol. a. p. πρό. vid. ad Oed. T. 134.

497. πάμπληκτα παγκόνιτά τ' ἐξῆλθον ἄ. ἀ. Hyperbaton: grammatica enim posceret πάμπληκτά τε παγκ.

ἐξῆλθεν ἄεθλ' ἀγώνων. Sic Liban. vol. 1. p. 304, C. ὁσους ἀγῶνας ἐξῆλθε. Thucyd. 3, 108. πολὺ τοῦ ἔργου ἐπεξῆλθον. Idem 4, 83. ὑπεξελθεῖν τὰ δεινά. Idem 5, 100. πᾶν πρὸ τοῦ δουλεῦσαι ἐπεξελθεῖν. M.

Intelligi potest εἰς vel ἐπί. Eurip. Hecub. 226. ed. Beck.

Μήτ' ἐς χερῶν ἅμιλλαν ἐξέλθῃς ἐμοί.

Idem Orest. 608. ἐπὶ σὸν ἐξελθεῖν φόνον.

500. ὑψίκερῳ τετράορον Φάσμα ταύρου. Sic Sophoclea haec citat Eustathius ad Il. E. p. 573. Verum ad Il. Ψ. p. 1313.

ubi eadem excitat, legisse videtur, ut in nostris exemplaribus est, τετράόρου. Priorem lectionem praefero. τετράορος hic *quadrupedem* significat. Alias τετράοροι sunt *quadriiuges*, τετράορον ἅρμα, *quadrigae*, ut apud Eurip. Helen. 732. et passim. Eleganti hypallage τετράορον Φάσμα ταύρου dictum, ut apud Eurip. Or. 987. τὸ πτανὸν δίωγμα πώλων. B.

501. Οἰνῖαι, πόλις Ἀκαρνανίας, δι' ἧς ῥεῖ Ἀχελῶος. πληθυντικῶς δὲ λέγεται. Schol.

502. Βακχίας. Male in libris Βακχείας. B.

504. τόξα καὶ λόγχας, *arcum et sagittas*. Vocem λόγχας secus accepit scholiastes, cuius inepta observatio est. Herculis sagittas ἔγχη πτερωτὰ appellat Euripides Herc. Fur. 1101. Quidni eas noster λόγχας appellaverit? B.

Καὶ λόγχας. ἈΦ' ἱστορίας φησὶ ,,λόγχην ἔχειν τὸν Ἡρακλέα. Schol. Fac, temporis rationem neglectam esse. Quid postea? Sexcenta talia in poëtis reperiuntur. cf. 840.

505. v. ἀολλεῖς, quod de duobus dici nequit, ut etiam Scholiastes annotavit.

506. ἦισαν ἴέμενοι λεχέων. μόνα δ' — Aldus et veteres codd. habent ἴσαν ἐς μέσον ἴέμενοι λεχέων. In T. ἴσαν μέσον. Tot verbis suffarcinatus versus cum strophico congruere nequit. Heathius ἴσαν ex glossa irrepsisse censuit. Ego ἐς μέσον a mala manu suppositum fuisse opinor, et ἦισαν ad metri normam lego. Quid inficetius quam ἐς μέσον, ἐν μέσῳ in duobus continuis versibus? Et quid hîc ad sensus integritatem confert ἐς μέσον? perspicua est erroris caussa. B.

Verba ἐς μέσον delenda esse, pridem Iohnsonus existimaverat, legendumque ἴεσαν intransitive, ut Eurip. Phoen. 1351.

508. Ῥαβδονομεῖ. Hesych. v. ῥάβδοι — Ὁ βραβευτὴς ῥαβδονόμος. Frequentius ῥαβδεῦχοι vocantur, qui gymnicis certaminibus, vel etiam musicis praeerant. Vide Suidam v. ῥαβδοῦχοι, et Platonem in Protagora. M.

511. κλίμακες. Luctae genus. Vid. Hesych. in vocibus ἐκ κλίμακος et διακλιμακίσας, quaeque ibi citantur. M.

Explicat etiam Schol.: Κλίμακες, αἱ ἐπαναβάσεις, παρὰ τὸ ἄνω τε καὶ κάτω αὐτοὺς στρέφεσθαι ἐν τῇ μάχῃ. ἔστι δὲ εἶδος παλαί-

σματος ἡ κλίμαξ.' — Τὸ ΗΝ ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχον. Ἡσίοδος (Θεογ. 321.) Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί.

513. Post hunc versum v. sic legitur:

Ἀ δ' εὐῶπις ἁβρὰ
Ταλαυγεῖ παρ' ὀχθῳ
Ἧστο, τὸν ὃν προσμένουσ' ἀκοίταν.
Ἐγὼ — — — φράζω.
Τὸ — — — νύμφας
Ἐλεεινὸν ἀμμένει·
Κἀπὸ ματρὸς ἄφαρ βέβα-
κεν, ὡς π. ἐρ.

Sed quivis, opinor, intelliget, ista εὐῶπις et ἁβρὰ glossemata esse verborum τὸ ἀμφινείκητον ὄμμα Νύμφας, τὸν δν itidem τοῦ ἀκοίταν, denique ἀμμένει vocis ἧστο, quibus recisis, genuina sponte suum quodque locum occuparunt. Est fortasse, qui miretur furorem hunc interpolandi, qui tam saepe negotium nobis facessit; verum ita exerceri dicta poëtarum vel elegantiora vel obscuriora, sane consentaneum est, cum ne scriptores quidem τεχνικοὶς iique simplicissimi vitio carere hoc deprehendantur. Quid pellucidius, quid magis proprium, Hippocratis dictione? Ecce tibi tamen, qui eam explicandam sibi sumant, velut Aphorismorum 3. sub initium verbis αἱ ἐπ' ἄκρον adscripserunt ex fine paragraphi petita ἦν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν, quae delenda sunt.

517. Ἐγὼ — φράζω. Ego vero ea tantum, quae ex matre audivi, dico. Chorus enim ex adolescentulis constat, neque per aetatem videre potuit. Sic bene locum exponit Zachar. Mudge.

518. Abiit, ut iuvenca deserta, i. e. tristis et moerens. M. Frequentatur haec imago. Aeschylus Suppl. 331. nostrae recensionis:

Ἴδε με τὰν ἰκέτιν φυγάδα περίδρομον,
Λευκάσικτον ὡς δάμαλιν ἀμπέτραις
Ἠλιβάτοις, ἵν', ἀλκᾷ πίσυνος, μέμυκα!

Vide supplicem me errantem fuga,
Velut candidam saxa per ardua
Iuvencam, cum, opis spe commota, mugit!

519. ὡς πόρτις. Sic bene Tunnebus. In membr. et in Aldina ὥστε. In B. ὥσπερ. B. Exquisitius est hac potestate ὥστε, quod

et Erfurdtio placuit. ὡς et ὥστε pro interpretamentis habenda sunt.

520. θροεῖ. gl. ἀποχαιρετίζει.

525. v. οἶμαι δ', non recte. correxit G. Wakefield.

527. λωβητὸν, active, ut ἀφόβητος Oed. T. 867. cf. Philoct. 597. M.

530. τελούμενος, τέλει γάμου, initiatus matrimonii mysteriis, ut loqui solent in hoc genere. vid. Schneider. lexic. v. τέλος. Sordet prae hoc Aldina lectio καλούμενος.

538. Florent. 2. et Schol. edit. Rom. a. 1518. ὑπεκτρέπει, quod minus concinnum.

540. τῆς νεωτέρας δ' ἀνήρ. Frustra solicitatur haec lectio. Eustath. p. 1384. Ὅτι δοκεῖ μὲν ἀδιάφορα εἶναι ὁ πόσις τε καὶ ὁ ἀνήρ· Σοφοκλῆς δὲ ἐν Τραχινίαις ὑπεμφαίνει διάφοράν τινα τῶν λέξεων τούτων, ἔνθα δέδοικεν ἡ ὑπέρακμος Δηϊάνειρα, μὴ πστὲ ὁ Ἡρακλῆς αὐτῆς μὲν εἴη πόσις, τῆς δὲ νεωτέρας Ἰόλης ἀνήρ. B.

543. λυτήριον, solubile, λύεσθαι δυνάμενον. Non ignoro, adiectiva huiusmodi verbalia activam plerumque potestatem habere; verum id non perpetuum est. Noster Polyxena, ap. Etymol. M. v. ἄπειρος:

χιτών σ' ἄπειρος ἐνδυτήριος κακῶν.

Aeschyl. Cho. 6. πλόκαμον Ἰναχῳ θρεπτήριον. Eodem quoque retulerim γίφυραν ζευκτηρίαν Pers. 707. M.

λυτήριον λύτημα. ἀντὶ τοῦ τῆς λύτης ἅμα, inquit Schol. ut p. casum suorum verborum adsciscunt nomina verbalia. cf. 656. et Vechneri hellenolex. 264, 295 sqq. Sed praestat, λυτήριον accipi passive, ut placet Musgravio. Ἔχω λύτημα λυτήριον, i. e. λύω vel λύσω λύτημα: nam s. periphrasi saepius inservit ἔχειν. Aeschyl. Cho. 244.

Ἀμφὼ φυγὴν ἔχοντε τὴν αὐτὴν δόμων,

i. e. ἅ. φεύγοντε ἴσως τοὺς δόμους. Ceterum v. legitur τῇδ' pro eo, quod dedimus, ταῦθ'. illud ferendum non esse, fere omnes confitentur, et p. inter se commutantur A et H, Δ et Θ, δ et τ, literae.

544. ἀγρίου. Recte s. emendavit vulgatum ἀρχαίου G. Wakefield. Saepius huic voci impegisse librarios, monui ad El. 852.

545. Θηρὸς, Centauri, ut Homer. Il. ι, 268. M.

551. In membr. et in Aldina sic legitur hic versus, metro plane corrupto:

ὃς καμὲ, τῶν πατρῴων ἡνίκα στέλων —

In B. T. servata metri, sed spreta structurae lege, et absque sensu:

ὃς καμὲ, τὸν πατρῷον ἡνίκα στόλον —

quae lectio admitti non posset, nisi altero versu ad hunc modum immutato:

ξὺν Ηρακλεῖ λιποῦσα πρῶτον ἑστόμην.

Verum nimis violenta est haec medicina. Retinendae omnes Aldinae lectionis voces, modo in suam quaeque sedem reponatur:

ὃς καμὲ, τῶν στέλων πατρῴων ἡνίκα

ξὺν Ηρακλεῖ τὸ πρῶτον εὖνις ἑστόμην — B.

Recte B. et T. vid. ad Ai. 42.

553. γ' pro ἔννυχ' editur ἡνίκ', perquam ineleganter. Nocte, sed minime obscura, transmisisse eam apte fingitur Centaurus.

556. πλεύμονας. Sic Aldus edidit, ut hic habent membr. In aliis codd. πνεύμονας, quod fortasse verius. Recentioris enim Atticismi plerasque formas Tragicos sprevisse video. Quapropter in fragm. incerto XXIII. codicis scripturam praetuli, πνευμόνων, ὃι quam Grotius secutus est, πλευμόνων. B. Plura de hac re vid. ad Aiac. 995. Πλεύμων similesque formae ubique delendae mihi visae fuerunt in Tragico.

559. ἐὰν πίθῃ. Perperam in T. τύθῃ cum glossa ἀκούσῃς. B.

560. ὑστάτην σ' ἑτεμψ'. Pronomen omittunt membran. et Aldus. B.

562. ᾗ, qua in parte. Significare videtur, sanguinem Nessi, fluidum alibi, circa sagittae tamen cuspidem, qui felli hydri intinctus erat, in thrombos et grumos coagulatum esse. M.

563. Θρέμμα — ὕδρας. Poëtice pro ipsa hydra. Sic δάκη Θηρῶν Eurip. Hippol. 651, ἀρνῶν τροφαὶ Cyclop. 189. M.

566. στέρξει. Sic emendate in B. T. Ald. et membr. στέρξαι. Quod Henr. Stephanus supposuit στέρξῃ, nescio unde hauserit. Sane soloecum est. B.

στέρξαι. Ita bene ed. Ald., estque modi infinitivi, ne quis optativi putet. Εἰσιδὼν ponitur pro εἰσιδόντα, ut φέρων pro φέ-

ρουτα 610. Philostrat. in Heroïcis pag. 714. ὠμὸν τὸ κήρυγμα — ἀποθνήσκειν ὁ ἀνελόμενος καὶ θάψας. Vide etiam citata ad Eurip. Heraclid. 831. M.

573. ἐάν πως. Sic libri nostri omnes. Eustathius vero haud deterius, ἐάν που. Sic ille ad Il. K. pag. 799. Σοφοκλῆς δὲ τὸ εἴ που εἰς τὸ ἐάν που μεταλαβὼν, καθ' ὁμοίαν ἕνωσιν φράζει τὸ, Φίλτροις ἐάν που τήνδ' ὑπερβαλώμεθα, μεμηχάνηται τοὔργον, ἤγουν ἐμηχανησάμεθα τόδε, ὅπως τόδε τι ἀνύσωμεν. B.

τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ. Triclin. τοῖς ὁ'. B.

Legitur v.

Φίλτροις δ' ἐάν πως τήνδ' ὑπερβαλώμεθα
Τὴν παῖδα, καὶ θέλκτροισι τοῖς ἐφ' Ἡρακλεῖ,
Μεμηχάνηται τοὔργον.

Sed facile apparet, versum τὴν παῖδα ex interpretatione verborum τήνδ' et θέλκτροις natum esse: θέλκτροις enim retinendum puto, ut vocem rariorem: neque ista legisse videtur Eustathius. Nimia patientia haec et similia ferunt editores, velut etiam hymni elegantissimi in Cererem, ubi nomina comitum Proserpinae recensentur, post 423. ineptissimus legitur versiculus hic:

Παλλάς τ' ἐγρεμάχη, καὶ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα,

qui furcillis eiiciendus est.

575. πεπαύσεται. Sic membr. et Aldus: alii πεπαύσομαι. Heathius pro εἰ δὲ μὴ legendum censet εἰ δὲ μὴν, imperite. Vide Hoogeveen. de Particulis p. 347. §. XIII. B. Scilicet in εἰ δὲ μὴ subaudiendum est οὕτως ἐχὶν, ὡς μὴ δοκεῖν με πράσσειν τι μάταιον.

579. Triclin. που. B.

582. Consulto verba chori alio sensu, ac dicta erant, accipit Deianira, quasi periculum non domi faciendum esset, sed in ipso Hercule: adeo certus rei videtur eventus feminae perturbatissimae, tamque, occasionem elabi, timet.

587. v. ἤδη τῷ μακρῷ χρ. βρ. sed friget articulus, praesertim arsi praecipua clausa. Tace, igitur: quia Deianira auctore tam diu manserat.

588. αὐτὰ — σοι ταῦτα, i. e. αὐτὰ ταῦτα σὺν σοι, eadem ago, quae tu, ea, ἃ χρὴ πρᾶσσειν, quae nuntianda apportandaque sunt Herculi.

590. ὅπως φέρῃς. Sic tres codd. Perperam in impressis φέρεις. — εὐαφῆ. Eustathius p. 601. l. 1. εὐαφῆ legit. Ὅτι δέ ποτε καὶ ἐπὶ ἀνδρείου ἱματίου ὁ πέπλος τίθεται, δηλοῖ που Εὐριπίδης (Iph. A. 1559.) καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν Τραχινίαις, ἃς τὸν Ἡρακλέους χιτῶνα, ὃν ἔβαψε Δηϊάνειρα τῷ ἐκ Νέσου φαρμάκῳ, καὶ εὐαφῆ πέπλον λέγει, καὶ καινὸν πέπλωμα, καὶ ἐνδυτῆρα πέπλον, καὶ θανάσιμον πέπλον. B.

595. Voce ἕρκος significari videtur ὁ περίβολος, i. e. septum sive arae sive templi. M.

ἕρκος ἱερὸν, ὁ βωμὸς, ἢ τὸ ἱερόν. Schol.

596. Aldus et membr. φανερὸς ἐμφανῶς. In B. αὐτὸν ἐμφανῆς φανερῶς σταθείς. In T. αὐτὸν φανερὸν, ἐμφανῆς, superscripta varia lectione ἐμφανῶς. Ex his concinnata lectio ceteris omnibus praestat. B.

599. πανδίκως, i. e. παντελῶς, πάντως, ut interdum sonat hoc adverbium. cf. infra 1210, Oed. Col. 1271.

601. Mos erat veteribus, ut sacris operaturi vestes aut novas, aut recens lotas, induerent. Pollux I. 25. ὑπὸ νεουργῷ, στολῇ, ὑπὸ νεοπλυνεῖ ἐσθῆτι, προσιέναι θεοῖς. B.

603. Manifesta est librorum omnium depravatio, in quibus hi versus sic constituti leguntur:

καὶ τῶνδ' ἀπείσεις σῆμ' ὃ κεῖνος εὐμαθὲς
σφραγῖδος ἕρκει τῷδ' ἐπ' ὄμμα θήσεται.

Non adeo sum felix acuminis, ut nedum hic quid intricati sit, ordinem facilem dispiciam, qui Parisino Regio Professori in oculos incurrit. Cum Iohnsono nullum his verbis sensum subesse aio. Sed nec ille, nec Heathius veram emendandi viam ingressus est. Nisi sincerum est quod ex coniectura dedimus, Sophocleum saltem colorem refert. B., qui reposuit:

Κ. τ. ἀ. σῆμ', ὃ κεῖνος εὐμ.

Σφραγῖδι θέμενος τῇδ' ἐπ' ὄμμα, γνώσεται.

Σφραγῖδος ἕρκει. περιφραστικῶς τῇ σφραγῖδι. Schol. Recte. Unde liquet, corruptum esse verbum σῆμα: siquidem inepte foret dicere, signum signo agnitum iri. Hanc ipsam interpretationem sequitur V., quem immerito sugillat B., cum ipse Tragicum pro arbitrio refingat. Ceterum sane legendum εἶμ', et verba

sic ordinanda sunt: Καὶ ἐν τῷδε (intellige νεκ, de quo 610, 680.) ἀντ. εἶμα, ὃ κεῖνος ἐπιθήσεται ὄμμα (i. e. ἐφ' ὃ κ. θήσεται ὄμμα) εὐμαθὲς ἀφρ. ἔρκ. τῷδε (facile id agnitum a me mitti, propter hoc sigillum). Mirum autem est, quantum male vel iungendis vel disiungendis vocibus syllabisque turbaverint librarii. Cuius rei duo praeterea exempla proferam ex Senecae lusu de morte imperatoris Claudii. Qua in scriptione fere media, ubi dictum est, deum fieri voluisse Claudium, parumque illi videri, quod templum in Britannia habeat, haec leguntur sensu cassa: Ἀλώρου φιλάτου χήιν. Tu repone: ἀλλ' οὐρανοῦ φιλεῖ τυχεῖν, quod fragmentum est iambici senarii, fortasse ex dramate, nescio quo, depromti. Compendio verbi οὐρανοῦ deceptus est librarius. Et quoniam plures maculae leviores, eadem pagina in oculos incurrunt, quidni in transcursu eluam? Legendum igitur: — cuius mensem toto anno celebravit, eius particeps non fuisset, i. e. futurus fuisset, deleto glossemate Saturnalia. Iam sic pergo: Petendum (pro Illum deum) ab Iove, quem, quantum quidem in illo fuit, non damnavit incesti. V. non abest; quasi is Claudii patronus fuisset existimandus, quem turpis ille criminis macula conspersisset. Sed videamus porro, et legamus: L. Syllanum — occidit propter quod sororem — vocare. Quare, inquis (quaero enim), sororem suam non vultis studere? Athenis dimidium licet, Alexandriae totum. (Quam v. interrogationem male putant.) Quare, inquam, mures etc. Et ima pagella: Olim, inquit, magna res erat, deum fieri: iam ferme minimam fecistis. (v. insulse: iam fama nimium fecisti, quo etiam offensus interpres I. I. Rousseau.) Sed iam alterum illud, de quo dixi, ulcus tetrius sanandum venit. In Augusti enim oratione v. haec habentur: Etiamsi Phormea Graece nescit, ego scio. ΕΝΤΙΚΟΝΤΟΝΤΚΗΝΔΙΗC. senescit. Quae itidem crucem Rousseavio figebant. Corrigo: Etiamsi fur Graeca mea nescit, ego scio: Ἐνδικον τὸ νεικεῖν δήους, si nescit. In iambicis proxime praecedentibus reponendum, metri causa,

Rhodanus ubi ingens amne praerapido fluit,

et extremo opere: Erant, qui dicerent, si uni dii lituram fecissent, non: laturam, quod nihili est. Quae paucula nos ideo addere voluimus, ne quid ad restituendum nostri suo, quantum

quidem in nobis situm est, lepidum hoc opusculum deesse videretur, quod tamen edit. Senecae operum Caesianae, quae Amstelodami 1628 prodiit, pag. 600 ante verba: Modo dic nobis, lacuna laborare, primus pulcre animadvertit I. I. Rousseavius. Ceterum sic passim erratur, velut etiam hymni Homer. in Apollinem Delphicum 157. male exaratum videtur θεοὶ, τοι pro θεητοί: Τιτῆνές τε, θεηταὶ ὑπὸ χθονὶ, ναιετ. etc.: Titanes, sub terra conspicui; et ibid. 159. ὃν τέκον αὐτὴ Ῥίψ' etc. pro ὅντα καὶ αὐτὴ Ῥίψ', quem etiam ipsa deieci; versu autem 362. ὕβρις δ', ἥ θέμις ἐστὶ, quod insulsum, pro Ὕβριν δ', ἣδὲ θέμιστα, κ. ἀ.: significat enim deus, fasque nefasque, i. e. iura legesque terrae Delphicae Cretensibus denuntiatum iri a magistratibus indigenis; denique hymni in Cererem 478. οὔτ' ἀχέειν, quod alienissimum, pro οὔτε χέειν, ni fallor, figurate accepto τῷ χέειν pro eo, quod est voce effundere, effutire. Neque vero in verbis tantum prave accipiendis genus hoc cernitur corruptionis, verum in male vel iungendis vel separandis sententiis totisque orationibus multo etiam magis. quo nomine illi accusandi sunt, in quibus et ipse nomen invitus profiteor, qui carmini Simonidis de mulieribus locum alienissimum istum inde a verbis Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ' ἐποίησεν κακὸν usque ad ista γυναικὸς εἶνεκ' ἀμφιδηριωμένους adscripserunt; nam hos versus quae proxime antecedunt, Τὰ δ' ἄλλα — μένει, iis carmen illud lepidissimum ita finitur, ut praeterea nihil addere poëtam decrevisse, nedum talia tam μισογύναια dicam an μισάνθρωπα? facile appareat; et melius respondet hac nostra adornatione poëma gnomae Phocylidis, quae legitur Brunckii Gnomic. p. 91. II., secundum quam ita expressum est, ut reddere aliena solent imitatores ingeniosi; ut vulgo id exhibetur, minus respondet. Sed digressionum iam modus esto.

610. τὸ μὴ οὐ τόδ' ἄγγος. In B. T. οὐ omissum, ut supra 89. B.

611. v. ὧν ἔχεις. Tinniit adhuc in auribus librarii ὡς ἔχει.

616. αὐτὴν ὡς. Sic Aldus et membr. Perperam alii copulam (δ') inserunt. B.

619. μὴ πρὸς Aldus et membr. πρῷ. Nihil interest, utro

modo scribatur. In aliis libris ex glossemate μὴ πρίν. Vide quae notavimus ad Comici Lysistr. 612. B.

622. Θερμὰ λουτρά. Harum thermarum meminere veterum scriptorum non pauci: vid. Herodot. 7, 176. Pisandrum apud Schol. Aristoph. Nub. 1047. Catullus carm. 67, 54.

Quum tantum arderem, quantum Trinacria rupes,
Lymphaque in Oetaeis Malia Thermopylis. M.

623. περιναιετάοντες, sic Turn. Steph. Canter. Wakefield. Vox Homerica, ut hic animadvertit. vid. Od. 4, 176 et p.

624. μέσσαν. Sic T. In aliis, ut apud Aldum, μέσαν. — παρὰ tuentur membr. B. et Aldus. Versus est trochaicus, cui tamen antistrophicus 631. congruere nequit, nisi pro ἀντίλυρον legatur ἀντίμολπον Alias metricam rationem bene observavit Triclinius, quem hic deseruisse nollem:

οἵ τε μέσσαν
Μηλίδα παρ' λίμναν,

et in antistrophe:

ἀλλὰ θείας
ἀντίλυρον μούσας. B.

Λίμνα Μηλὶς, sinus Maliacus, abunde illo ex Geographis notus; μέσσα λίμνα, eius sinus fundus. Λίμναν cum Scholiaste interpretandum mare: nam nullus ibi lacus. vid. Herodot. 7, 176 sqq. et 198 sqq., ubi satis accuratam Trachinis et Thermopylarum descriptionem dedit. M.

625. Χρυσαλάκατος κόρη est Diana. Homer. Il. υ. 70.

Ἴρη δ' ἀντέστη χρυσηλάκατος κελαδεινὴ
Ἄρτεμις ἰοχέαιρα —

Ei sacrum habebatur omne vicinum litus. Cecinisse dicitur Orpheus, statim postquam a Pagasa solvissent Argonautae, Apollon. Rhod. 1. 571.

Ἄρτεμιν, ἣ κείνας σκοπιὰς ἁλὸς ἀμφιέπεσκε
Ῥυομένη καὶ γαῖαν Ἰωλκίδα —

Herodot. 7, 176. Ἐκ δὲ τοῦ στεινοῦ τῆς Εὐβοίης ἤδη τὸ Ἀρτεμίσιον δέκεται αἰγιαλὸς, ἐν δὲ Ἀρτέμιδος ἱρόν. M.

Κούρας pro κόρας, metri causa, reposuit G. Hermann.

626. ἀγοραὶ Πυλάτιδες, i. e. concilium Amphictyonum. Vid.

Herodot. 7, 200. Schol.: ὅπου συνάγονται οἱ Ἀμφικτύονες εἰς τὴν λεγομένην Πυλαίαν, etc.

627. κλέονται. sic bene M., laudans Pindar. Isthm. 5. str. 2. Hesych., ut itidem monet vir eruditus: Κλεῖ, ἐπαινεῖ, ὑμνεῖ. Κλεῖν — λέγειν, ἐπιφημίζειν. Κλέομαι, ἐπικαλοῦμαι, εὔχομαι. Καλοῦνται si dedisset Sophocles, mira esset notissimae vocis depravatio. Rafiusculum κλέονται facile degeneravit.

629. οὐκ ἀναρσίαν — καναχάν. Tibiarum sonus καναχὴ pariter audit Pindaro Pyth. 10, stroph. 5. Quod dicit, tibiam ipsis reversuram non sonos inimicos et acerbos edentem, diversa tibiae officia respicit, de quibus sic Ovidius Fast. 6, 659.

Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat moestis tibia funeribus.

Plutarchus de Ei Delphico ad finem:

Σύναυλα κωκυτοῖσιν, οὐ λύρα, φίλα.

Καὶ γὰρ ὁ αὐλὸς ὀψὲ καὶ πρώην ἐτόλμησε Φωνὴν ἐφ' ἱμερτοῖσιν ἀφιέναι, τὸν δὲ πρῶτον χρόνον εἴλκε πρὸς τὰ πένθη. Ait igitur, tibiam ipsis reversuram non funebres sonos, velut Hercule mortuo, edentem, sed laetos et hymnis deorum paeanibusque concinentes. Est enim θεῖα μοῦσα carmen sacrum, deorum laudibus plenum, qualia ob victoriam cantari solent. ἄβρατα ἴτεα vocat acclamationes sacras Antig. 1115. M.

632. κόρος. Sic B. T. ut Heathius emendavit. Aldus et membr. κοῦρος. In T. Αλκμήνας κάρος, omissa copula. B. V. Ὁ γὰρ, metro perdito.

635. v. πάντα, itidem inconcinne.

637. πελάγιον. Absque ulla necessitate Heathius ante hanc vocem καὶ inserit. Optime quadrant metra. Hic versus, ut antistrophicus 645. iambicus est dimeter hypercatal.

χρόνον | πελάγι | ον ἵδρι | ες οὐ | δὲν
πρὶν τάν | δε πρὸς | πόλον ἀ | νύσει | ς.

Longe ineptior est Parisini editoris coniectura, qui non intelligit, cur πελάγιον Herculem esse dicat Chorus, quem sciat aut in Lydia apud Omphalam, aut in Euboea ad Oechaliam moratum fuisse. Verum id modo rescivit Chorus, et nunc de tempore loquitur, quo nihil de fatis Herculis compertum habuit, quem tamdiu peregre agentem timere poterat, ne in Asiam profectus

pelago iactaretur. Haud minus ridicula est praecedentis versus emendatio proposita a Sam. Petito ad Leges Atticas p. 97. B. Wakefield reposuit ποτὶ πόλιν, quem sequor.

638. v. Ἀ δέ οἱ, hiatu minime Attico.

640. πάγκλαυστος. Perperam vulgo πάγκλαυτος. Vide ad Antig. 833. B.

641. Ἄρης οἰστρηθείς. μανείς. ὁ περὶ τὴν Οἰχαλίαν πρὸς τὸν Εὔρυτον πόλεμος· ἐξ αὐτοῦ γὰρ εὐθὺς ἐπανῆλθεν. Schol.

642. Ἡμέρα tempus indicat, ut passim Latinorum dies, et periphrasi inservit τοῦ πόνου, ut passim ἡμέρα, velut cum δούλειον ἦμαρ dicitur pro δουλεία, ἐχθρὰ ἡμέρα pro ἔχθρα. vid. Eurip. Hec. 56. Phoen. 543. Rhesus dramatis cognominis 588.

Χαῖρ', ἐσθλὲς ἐσθλοῦ παῖ, τύραννε τῆσδε γῆς,
Ἕκτορ! παλαιᾷ σ' ἡμέρᾳ προσεννέπω.

i. e. ex longo tandem tempore, ut recte interpres. Possis tamen et ἡμέραν, i. e. βίαν Δηϊανείρας interpretari, quae itidem est periphrasis personae; et hoc praefero. Ceterum quod vulgo legitur ἐξέλυσ' pro eo, quod dedi, ἐξόλλυσι, nec sententiae satisfacit nec metro.

648. v. πανάμερος. Derivari potest, inquit M., vel ab ἤμερος, mitis, vel ab ἡμέρα, dies. Si priorem etymologiam sequaris, optabit chorus Herculem mitem et cicurem reverti; parum profecto apposite, qui neque antea ferus, aut inhumanus fuerat. Contra si πανάμερος ab ἡμέρα, dies, deducas, omittetur, quod maxime Deianirae eiusque amicis optandum erat, ut Hercules desiderio ipsius ardens rediret. Vix igitur dubitem, quin vere Mudgius emendaverit πανίμερος. M.

649. v. Τᾶς πειθοῦς παγχρίστῳ. quod nemo sanus sanum arbitretur. Π et T, C et N, passim confunduntur. Παμπειθής, omnino persuasus ad redamandum Deïaniram. nihil aptius. nec vituperanda alliteratio verborum πανίμερος, παμπειθής, παγχρίστῳ. τὸ πάγχριστον (Φάρμακον) θηρὸς, unguentum Centauri, sub aliquo praetextu, ἐπὶ προφάσει (τινί), Herculi oblatum indicatur, nec recte v. sine distinctione legitur συγκραθεὶς ἐπὶ προφάσει θηρός.

651. περαιτέρω. gl. πέρα τοῦ δέοντος. B.

653. Malim τί ἐστί.

657. προθυμίαν ἄδηλον ἔργου. In voce ἄδηλον enallage ca-

num est. Dicendum utique erat προθυμίαν ἀδήλου ἔργου. Cf. Ai. 950, Oed. T. 1370, huius fab. 806. M.

660. v. ἂν φράσω, soloece, nec quadrat Wakefieldii οἷον οὖν φράσω, Erfurdtianum vero commentum οἷον ἐκφράσω satisfacit id quidem sententiae, sed a ductibus literarum recedit longius, quam quod recipi in ordinem satis recte videatur. Reponendum haud cunctanter αὖ pro ἂν, quae voces saepissime inter se confunduntur. Ut supra 542 sqq. narravit Deianira, unde funestum illud donum acceperit, ita nunc *rursus*, quae iam acciderint, exponit.

661. ἀνέλπιστον μαθεῖν. In B. T. παθεῖν. B. S. quoque Schol.

662. τὸν ἐνδυτῆρα πέπλον, i. e. χιτῶνα, tunicam, vestem interiorem. Hae enim ἐνεδύοντο, superiores, χλαῖναι, χλαμύδες et huiusmodi aliae, περιεβάλλοντο. M.

663. εὐείρου. Libri omnes perperam εὐείρῳ. Vide Valckenarium ad Phoen. p. 361. B. Imo bene libri. ἀργῆτ' referendum ad πέπλον: quoniam ι dativorum singularis non eliditur. Εὐείρῳ invenit etiam Hesychius.

666. ψῆ. a ψῶ significante λεπτύνω, fit ψῆμι, ἔψην, et abiecto augmento ψῆν, ψῆς, ψῆ. ut a κνῆμι, κνῆ. Homerus Ιλ. Α. 638. ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρόν. In hoc verbo duo sunt observanda: primo formam esse poëticam, qua Tragici rarissime in senariis utuntur; tum formam esse activam significatione passiva, quod poëta ipse v. 686. declarat:

ῥεῖ πᾶν ἄδηλον, καὶ κατέψηκται χθονί. B.

Locum in iambico non habet augmenti abiectio. Scribendum ψῇ, quod, monente Wakefieldio, fluit a ψάω, sicut ζῇ a ζάω, confirmaturque ab Eustathio ad Il. 1. p. 652. et alibi.

667. v. τοῦτ' legitur pro ταῦτ', quod usitatius digniusque Tragicis, praesertim Sophocle grandiloquo.

670. ἐσωζόμην. gl. ἀντὶ τοῦ ἔσωσα. Id est, *memoria condita servavi*. Vide ad priorem Oedipum 313. Contra παρῆκα οὐδὲν, *nihil me fugit*. B.

672. κἀμοί. Minus bene Aldus καί μοι. B.

673. v. male commate interpungitur post ἄπυρον. Ἄπυρος ἀκτῖνος tragica perissologia dicitur pro ἄμοιρος ἀκτῖνος vel quodam si-

mili. Notior haec forma, quam cuius plura exempla proferre opus habeam. s. tamen 679. ἀλαμπὲς ἡλίου, ubi vid. B.

674. σώζειν librorum omnium est lectio. Iohnsonus edidit σώσειν, quod forte operarum errore irrepsit. B. V. abest τε, quod praecedenti τε respondet.

677. v. κατ' οἶκον, pessime, cum sequatur ἐν δόμοις. καθῆκον, καθηκάντως.

679. ἀλαμπὲς ἡλίου. Id est, ἄπωθεν τῆς λαμπηδόνος τοῦ ἡλίου. Forma loquendi haud absimilis illius in Oed. T. 189. ἄχαλκος ἀσπίδων. B.

680. Zonaras in lexico nondum edito, citatus a Valckenario ad Adoniazusas Theocriti p. 335. Ζύγαστρον, κιβωτός· κυρίως δὲ ἡ ξυλίνη σορός. Σοφ. Καίλῳ ζυγάστρῳ. παρὰ τὸ ἐζυγῶσθαι τὰς σανίδας. B.

ὥσπερ εἶδετε. viderat enim chorus cistulam, quam praeco abstulit.

682. Φάτιν, rem. vid. ad Oed. Col. 282.

685. Pessime v. — Φλέγα, Ἀντῖν' ἐς ἡλιᾶτιν.

689. ὄθεν, ubi. vid. ad 982.

691. ὀπώρας. Rarum est nomen, in genitivo temporis notandi positum, epithetum coniunctum habere. Alioqui p. obvia sunt νυκτὸς, ἡμέρας, ἔαρος, θέρους, χειμῶνος. Homerus etiam νηνεμίης. Quorum omnium eadem ratio est. M.

692. Βακχίας. Sic in T. et in membr. etiam a secunda manu. Male vulgo βακχείας. B.

693. v. τάλαινα τοῖ γ. κ., sed relativo opus est.

698. ἔθελγέ μ' — Aldus et membr. omisso pronomine, ἔθελγεν ὤν. B.

703. Aldus et membr. perperam χ' ὥσπερ ἂν θίγῃ. B. H. e. χὥσπερ, καὶ ὅπερ.

705. Pessime αἵματος adhuc legebatur; nam neque σφαγαὶ αἵματος neque ἰὸς αἵματος ferri possunt. διελθὼν pertinet ad ὤματος.

706. δέξῃ γοῦν ἐμῇ. Sic emendate scriptum in T. Perperam in aliis libris δέξει γοῦν ἐμοί. B. Eam lectionem commemoravit etiam Steph. Reprehendit versum vir metricae hodie callidissimus ad Eurip. Hecub. 109. ob vocabulum longa syllaba in

medio 5. pede finitum, sequente verbo trisyllabo: in fine enim versuum, ubi, exhaustis iam propemodum pulmonibus, lenior pronuntiationis decursus desideratur, asperiora in hoc genere omnia vitari. Sic ille, recte quidem, sed ita tamen, ut versus, qualis et hic est et 1218, si tamen ibi non erravi, item Antigonae 23. 425. 439. Phil. 22. (quamquam ibi lenius impingitur propter apostrophum) 415. Tr. 271. ex nostra emendatione, aliique similes horum paucissimi gratae cuidam poetarum negligentiae condonentur.

708. ταὐτῇ ξὺν ὁρμῇ. Aldus et membr. ταύτῃ σὺν ὀργῇ. In duobus aliis ταύτῃ σὺν ὁρμῇ. Scriptum oportuit ταὐτῇ, id est, τῇ αὐτῇ. Inepta est scholiastae explicatio. B.

718. v. οἴκοις, quod inusitatum in hoc genere, οἴκοι, intus, domi, s. p. Persius: Tecum habita. Ego te intus — novi.

719. τὸν πλείω λόγον. Huius lectionis meminit scholiastes, quae procul dubio sincera est. Minus probabilis est altera, quam exhibent nostra exemplaria, quamque tuetur Heathius, τὸν πλείω χρόνον. B.

721. μητέρ', ἦ — Sic Aldus et veteres codd. Perperam Triclinius μητέρα σ', ἦ — Inutilis est pronominis repetitio, sive initio sermonis Hyllī in ἐκ τριῶν σ' ἓν, illud σ' pro σοὶ accipiatur, sive pro σέ. Mihi posterius verius videtur: ὡς ἂν ἐκ τριῶν ἓν εἱλόμην, σὲ ἢ μηκέτ' εἶναι ζῶσαν, ἦ — B. Sed durissima haec pronominis transpositio, quare dedi μή σ' ἔτ' pro μηκέτ'.

735. κοὐ κατὰ γλῶσσαν κλύων. Sic optime in B. Absurda est aliorum librorum lectio καὶ κατὰ — Similiter Nuntius apud Aeschyl. in Persis 264.

καὶ μὴν παρών γε, κοὐ λόγοις ἄλλων κλύων,
Πέρσαι, Φράσαιμ' ἄν, εἴ τι ἐπορσύνθη κακά. B.

739. ἀκροθίνια. Hesych. σκῦλα, λαφύρων ἀπαρχαί. B.

743. v. Οὔ ν. τ. π. ἐ. ἔ. πόθῳ, inepte. Wakefieldio placebat ἄσμενον ποθῶν, nimio molimine. Usitatissima figura rei pro persona. Horatius, huc fortasse respiciens:

O desiderium et dulce decus meum!

744. πολυθύτους. Mendose in membr. πολυθέτους. B.

762. Atticum κατεύχετο reposuit Erfurdt. v. κατηύχετο.

753. ὀργίων, sacrificii: ut Antig. 994. Aeschyl. Sept. 149. M.

754. δρυός. De quavis arbore dici solet: alioqui minus aptum epithetum erit τιτίρας. M.

755. ἀνῆει. Sic in membr. a prima manu, et in T. ex correctione. gl. ἀνήρχετο. Mendose in impressis ἀνίει. B. V. male προσπτύσσετο. Correxit M.

758. ἀδαγμός. Vide Lexicon et Piersonum ad Moeridem p. 41. Nostris in exemplaribus scriptum ὀδαγμός. — Φοίνιος. Sic lego. Minus bene in libris Φοινίας. B.

761. v. τοῦ σοῦ ἀκικοῦ.

762. ἐνέγκαι. Sic Aldus et membr. In B. ἐνέγκαις. Triclinius ἐνέγκοι. B.

764. v. ἐσταλμένον, inepte.

766. πλευμόνων. Sic Ald. et membr. In aliis πνευμόνων. Vide supra ad 556. B.

769. Hunc et sequentem versum Aldus edidit, ut in codd. scripti sunt, et in Athenaei epitome Libri II. pag. 66.

κόμης δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει μέσου
κρατὸς διασπαρέντος, αἵματός θ' ὁμοῦ.

Absurda haec esse quis non videt, nisi sit ipse ineptissimo ineptior? Vitium ostendit quidem Heathius, sed male ei cessit emendandi conatus. κόμης διασπαρέντος purus putus est soloecismus. Vide quae notavimus ad Antig. 967. Scripserat procul dubio Sophocles, ut edidimus:

κρατὸς δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει μέσου,
διασπαρέντος αἵματος, κόμης θ' ὁμοῦ.

Cerebrum cur λευκὸν μυελὸν κρατὸς appellarit Tragicus, docet Athenaeus: Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος οὐδ' ὀνομάζειν τινὰ τῶν παλαιῶν φησὶν ΕΓΚΕΦΑΛΟΝ. καὶ Σοφοκλέα γοῦν ἐν Τραχινίαις ποιήσαντά τὸν Ἡρακλέα ῥίπτοῦντα τὸν Λίχαν εἰς θάλασσαν, οὐκ ὀνομάσαι ΕΓΚΕΦΑΛΟΝ, ἀλλὰ ΛΕΥΚΟΝ ΜΥΕΛΟΝ, ἐκκλίνοντα τὸ μὴ ὀνομαζόμενον. B.

Haec tam aperta et vulgaria non potuissent depravari. Sane κόμης priore versuum horum laborat mendo: siquidem,

ut bene observat Erfurdt, cerebrum *ex* coma elidi non potest, quicquid moliatur Wakefield. Reponebat igitur Erfurdt κομμοῖς: sed pendent hac quoque ratione verba αἵματός θ' ὁμοῦ. Legam equidem κόρσης, quae vox rarior explicata est ab alio per κόμης, ab alio recte per κρατὸς, quibus interpretamentis in ordinem, ut fit, receptis, omissae sunt voces genuinae κόρσης et κρατὸς, quarum posterior male videbatur repetita. — Apollodori opinionem prolatis scriptorum locis refutare ipsum Athenaeum, monet Erfurdt, adstipulante Heepfnero, fabulae huius docto editore, qui addit Odyss. ι, 291. Eurip. Hippol. 1363, Cyclop. 401.

771. ἀνευφήμησεν. Vide Hesychii interpretes ad gl. ἀνευφημήσει. Perperam in Tragici exemplaribus scriptum ἀνευφώνησεν, ἄνευ φωνῆς ἐν, ἀνεφώνησεν. B.

774. ἐστάτο. Non proprie motum a loco significat, quanquam ita adhibent poëtae, perinde ac οἰστρεῖν et μαίνεσθαι. Vid. Eurip. Bacch. 32, 36. M.

775. ἰύζων. Prima longa habetur verbum Iliad. P. 66. Suggessit locum Wakefield, comparatque hic et p. Senecae Herculem minime Herculeum.

779. ἐνδατεῖσθαι proprie significat *dividere*, ut Oed. T. 201. atque hoc verbo sic usus est Euripides Herc. Fur. 217.

λόγους ὀνειδιστῆρας ἐνδατούμενος.

Convicia dividens, id est, *conviciis incessens*. Hinc ἐνδατεῖσθαί τι vel τινὰ, pro σφόδρα λοιδορεῖν. Simplex δατεῖσθαι frequentat Homerus. Ut Graeci ἐνδατεῖσθαι, sic Latini *differre*. Plautus Pseudolo: *Iam ego te differam dictis meis.* et Aulul. *Te iam pipulo hîc differam ante aedis.* B. Schol. ἐμματτούμενος, ἀντὶ τοῦ μαστώμενος.

781. οἷον κατακτήσαιτο. vid. ad Philoct. 607.

797. εἰ θέμις γ', ἱκτύχομαι· θέμις δ' — Sic omnino scriptum oportuit; non, ut vulgo, εἰ θέμις δ' — θέμις δ' — Aldus et vetera exemplaria habent προὔβαλες, cuius vice Triclinius inepte dedit προὔλαβες. B.

Προὔλαβες habet etiam Schol.

798. v. μοι τὴν, corrupte, pro μάτην. Legitur quoque v. ἐπεί μοι τὴν θέμιν σὺ προὔβαλες, sed transponenda erant ver-

ba, ne caesura legitima careret versus, quod, ubicunque fieri potest, vitatur.

823. οὖρος. Usitata metaphora. cf. 460, 816.

806. μητρῷον. pro μητρῴου. enallage casuum, de qua vid. ad 657. M.

811. παλαιΦάτου. gl. τῆς πάλαι λεχθείσης. B.

Praestantiorem lectionem, quam recepimus, conservavit Schol., quam et in nonnullis Nostri exemplaribus se invenisse testatur Henr. Stephanus.

812. ἐκφέροι, exierit, excurrerit. vid. ad Oedip. Col. 1389. M.

813. δωδέκατος, i. e. duodecima sua parte, i. e. mense. Vel arcte hoc coniungendum cum τελεσμηνος, ut intelligatur τελείωσις duodecimi mensis, voce δωδέκατος adverbialiter accepta. quod fere praetulerim. De re vide 152 — 169.

816. κατουρίζει, κατ' οὖρον ἔρχεται vel ῥεῖ. cf. 460, 803. Aeschyl. Pers. 583. M.

817. ἐπίκονόν γ' ἔχοι. Inserta ob metrum particula a libris abest. B. V. post ἔχοι legitur θανὼν, interpretamentum τοῦ ὃ μὴ λεύσσων, quod versus respuit.

818. Φονίᾳ νεφέλᾳ. Sic scribendum in tertio casu. gl. in membr. τῷ αἵματι, nec post χρίει ulla distinctio est in codd. Perperam impressi has voces exhibent in recto casu. B.

Φονίᾳ νεφέλᾳ etiam M. Φονίᾳ νεφέλᾳ, inquit, mortifera nebula, i. e. morbo vel dolore mentem instar nebulae obfuscante. Hom. Od. ώ. 314.

Ὡς φάτο· τὸν δ' ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.

Simonides Anthol. p. 205. — πολέμου δεξάμενοι νεφέλην. Paulus Silentiarius ibid. p. 260. — γόων πικρὸν ἔχουσι νέφος. Eurip. Herc. Fur. 1143. στεναγμῶν — νέφος. M.

819. ἀνάγκα, necessitas, fatum, mors, ut p. Κενταύρου ἀνάγκα, Centaurus moriens. Ald. et Brubach. καλῶς.

820. v. Πλευρᾷ, corrupto metro. In πλευρὰ subaud. πρὸς ex verbo. vide nos ad 769. Sensit hoc etiam doctissimus Erfurdtius. Vulgatum quoque προστακέντος, cum statim sequatur προστετακὼς, ferendum non esse, sed reponendum προσταγέντος, do Wakefieldio.

822. v. Πῶς δ' ἂν ἀέλιον, numeris perversis.

823. v. *Φάσματι*, ut p. confunduntur inter se literae π et φ, depastumque fuit ab antecedente voce σ initiale. cf. 1045. Sententiae sequentis cardo, ut ita dicam, versatur in verbo αἰκίζει. Quae enim dolores, *σπάσματα*, Herculi attulisset clades, eadem etiam ita eum deturpari et pudore affici, ut vix in conspectum hominum venire audeat, id dolet chorus. Μελαγχαίτα, Nessi.

826. *Νέσσου φόνια δολόμυθα κέντρ'* — Versus est dimeter iambicus. Perperam Aldus et codd. omnes *Νέσσου δ' ὕπο, φοίνια* — sensu et metro itidem conturbato. Male etiam in libris *μελαγχαίτα τ'* — B. *Φανερὰ*, ni fallor, abiit in *φοίνια*: modo enim habuimus *φονίαν νεφέλαν*. Vocem poni post *δολόμυθα*, versus ratio flagitabat: siquidem ferendus non est apud Tragicos pari iambicorum regione anapaestus. Τὸ *Νέσσου*, adscriptum a glossatore ad *μελαγχαίτα*, in versum immigravit, quod mecum sentire video G. Hermannum apud Erfurdtium. Sic saepe corrupti sunt poëtae, velut Virgilius Aen. 3, 48., ubi cum invenisset nescio quis sciolus verbum Obstupui, statim appinxit notum illud, quod ipsi vehementer placuerat: steteruntque comae, et vox faucibus haesit, itaque *ἀκεφάλῳ* destituto versu sequente, cito nomen quoque Polydorum additum fuit: nam neque ipsum poëtam sua sic repetere verisimile est, et languet Hunc, cum nomine proprio compositum. Ita igitur legendus is locus:

Obstupui. Hunc auri quondam cum pondere magno etc.

Simili vitio et ignoti cuiusdam poëtae versiculus (nam versum facile agnoscas) proverbialis obscuratus est, quem sic restituendum esse puto, mutato verbo *καθελὼν* in *καταλαβὼν*, deletaque voce *ἀσπίδα*, quae ab interpolatore inculcata fuit post Ἄργει:

Ὡς τὴν ἐν Ἄργει καταλαβὼν σεμνύνεται.

et inprimis ista macula insignitus est notus ille locus Epicharmi apud Athenaeum 2., qui cum vulgo legatur *ἀμέτρως*, Ἐκ μὲν θυσίας θοίνη, ἐκ δὲ θοίνης πόσις ἐγένετο, ἐκ δὲ πόσιος κῶμος, ἐκ κώμου δ' ἐγένετο θυανία, ἐκ θυανίας δίκη, ἐκ δὲ καταδίκης

πίδαι καὶ σφάκελος καὶ ζημία, expunctis interpretamentis sic videtur redigendus in numeros:

Ἐκ γε θυσίας θοίνη μὲν, ἐκ δὲ τῆς πόσις,
Πόσιος δὲ κῶμος, ἐκ δὲ τοῦ θυανία,
Κἀκ τῆς δίκη, πίδαι, σφακελος καὶ ζημία.

Vid. Erasmi adag. ed. Rob. Stephan. anni 1558. pp. 563. 595.

827. ἄσκνον. gl. ὀξεῖαν, ταχεῖαν. B. V. Ὠν, mendose.

828. δόμοισι positum pro δόμων, figura Colophonia.

829. v. ἀϊσσόντων, vetante versu.

830. τὰ μὲν οὔ τι προσέβαλ' ἀπ' ἀλλοθρόου γνώμας μολόντ' — Sic legendum esse et metri et sententiae ratio ostendit. Quia τὰ μὲν initio phraseos positum, credidit librarius huic referri debere partitivum vel adversativum τὰ δὲ, qui error vulgatae lectioni originem dedit, προσέβαλε, τὰ δ' ἀπ' ἀλλοθρόου. Eadem imperitia variam lectionem peperit v. 7, ναίουσα δ' ἐν Πλευρῶνι, quomodo librarius eximie emendasse sibi visus est, quia μὲν in proximo versu praecesserat. At haec particula saepissime initio sententiae adhibetur, altera non subsequente. B.

Τὰ μὲν οὔτι προσέβαλε, illa quidem non animadvertit. Illa, i. e. funesta et pestifera illa, quae ab hydrae felle formidari debebant, quaeque nunc Hercules patitur. Προσέβαλε, subaudito νοῦν. Plutarch. vol. 2. p. 149. D. ὁ δὲ Θάλης προσέβαλε τῷ νεανίσκῳ πολὺν χρόνον. M.

Ἀλλόθροος per euphemismum dicitur κακόθροος, malesuadus. S. enim ἄλλος et ἕτερος interdum usurpantur pro κακός. Vid. ad Oed. Col. 1417.

831. συναλλαγαῖς, commercio, colloquio illo Deianirae cum Nesso moribundo. Συναλλαγαῖς, non ξυναλλ., requirit metrum.

832. ὀλοά. gl. ἡ δυστυχής. ἢ ὀλέθρια στένει καὶ δεινά. B. S. Apollon. Rhod. 1, 269. κλαίουσ' ἀδινώτερον, et paullo post ὡς ἀδινὸν κλαίεσκε. M. Scribendum videbatur στείνει pro στείνεται, angitur, tristatur, ut metra ad amussim congruerent.

833. χλωρὰν δακρύων ἄχναν. Eustathius ad Il. Δ. p. 492. Ἱστέον δὲ ὅτι ἄχνην Ὁμήρου εἰπόντος τὸ λεπτότατον τοῦ κύματος, ὅπερ ἐν ταῖς ἔξω προσρήξεσιν ἀπαφρίζεται, Σοφοκλῆς ἄλλως τὴν λέ-

ξιν ἀκλαβόμενος, ἄχνην τὴν δρόσον ἔφη ἐν τῷ, (Oed. Col. 659.) θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄχνης ὁ καλλίβοτρυς νάρκισσος. οὐδ' αὐτὸς ἀτροςφυῶς γράψας, διὰ τὸ μηδὲ τὰς τοῦ ὑετοῦ σταγόνας συνεχεῖς εἶναι, ἀλλὰ διεχεῖς· ὅθεν καὶ ἡ ἄχνη ὠνόμαςται, ἀέχη τις οὖσα, καὶ κατὰ κρᾶσιν καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν, ἄχνη. Εὐριπίδης δὲ καὶ αὐτὸς μιμησάμενος τὸ, ἁλὸς ἄχνη, οἰνωπὸν ἄχνην λέγει (Or. 115.) τὴν ἐν λοιβαῖς καταχεομένην τῆς γῆς. Idem ad Il. B. p. 217. Ιστέον δὲ ὅτι ἐτεὶ καὶ κυρίως θάλλοντα, καὶ ἁπαλά εἰσι, διὰ τοῦτο καὶ τέρεν δάκρυόν που λέγεται τὸ ἁπαλόν. ἐπεὶ δὲ καὶ χλωρά εἰσι τὰ θάλλοντα καὶ ὑγρότητα ἔχει πλείω, διὰ τοῦτο καὶ ὑγρὸν δάκρυον καὶ χλωρὸν ὁ Εὐριπίδης φησί. (Med. 921.) Σοφοκλῆς δὲ ἐν Τραχινίαις, χλωρὰν ἄχνην δακρύων ἔφη. Hinc intelligere est, quam prava sit Heathii explicatio ἄχναν pro *lanugine*, et per synecdochen pro genis accipientis. B.

Τέγγειν δακρύων ἄχναν idem plane valet ac τέγγειν δάκρυα. Sed illud fortasse nonnullis durum videbitur, cum plerumque τέγγεσθαι dicantur res, quae liquori immerguntur, vel eo asperguntur, non liquor ipse. Hic igitur locum habet illa, quam saepe notavimus, constructionis enallage, cuius exempla complura dedimus Elect. 118. Eadem usi sunt licentia, et in eodem quoque verbo, Pindarus Nem. 10. strophi. 5. ubi θερμὰ τέγγων δάκρυα. Anacreon 5, 878. νέκταρ ἐπιτέγξας. M.

835. v. δολ. καὶ μεγάλαν ἄ., nimis frigide.

836. ἐξέρωγεν. cf Oed. T. 1264. Aeschyl. Pers. 408. κακῶν δὲ πέλαγος ἐξέρωγεν μέγα. M.

838. v. ἀγακλειτὸν, durioribus numeris.

839. Ἡρακλέα. ἔπεμολεν πάθος οἰκτίσαι. In veteribus codd. scriptum Ἡρακλέα ἀπέμολε. Aldus edidit Ἡρακλέους ἀπέμολε. Triclinius, Ἡρακλεῖ ἐπέμολε πάθος, ὥςτ' οἰκτίσαι. Inde verum est ἐπέμολε, cuius tamen prima eliditur post α longum praecedentis vocis: versus est dimeter anapaesticus. B.

841. v. θοὰν, minus apte, ut etiam M. observavit. Legitur quoque νύμφαν, quod probandum utique erat, ex quo sequente versu scribi coepit depravate αἰχμᾷ pro ὃν, quod

868. ὕβριν. Nam ab alio quopiam illatam Deianirae mortem etiam putat chorus. Virginalis animus talia, tam atrocia, fingere sibi nequit. cf. 870, 877. Similiter et senes Salaminii Aiac. 875.

872. v. ἔτεκεν, ἔτεκεν, itidem perdito dochmaïco, quem rei metricae gnarus prima facie agnoscet. Similiter turbatum supra 821. Elegantius quoque est ἐτέκετε.

873. ἁ νέορτος. s. legendum. Perperam v. ἀνέορτος. B.

876. ἔλευσσες. Sic Aldus et veteres codices, recte. Triclinius ἔλευσας. B.

877. τις χεὶρ γυναικεία. Sic Aldus et veteres codd. In Triclinianis vocula τις omissa, metro ruente. Quod quaedam editiones praeferunt, χεὶρ ἡ γυναικεία, ab inepto interpolatore suppositum fuit. B.

880. v. εἶδε κοῖλα δέμνια. Verbum κοῖλα quid sibi velit, me non intelligere, fateor cum Musgravio: nam quod B. interpretatur, lecticam, rei quidem convenit, sed τὸ κοῖλον non magis lecticae proprium quid significat quam currus, ut nescias, quale vehiculi genus indicetur. Variam lectionem Scholiastes commemorat κοινὰ, ἢ τὰ τοῦ Θανάτου, ἢ τὰ αὐτῆς καὶ Ἡρακλέους, quarum explicationum neutra ferenda est, sed scribendum ἄκοινα δέμνια, lectulum haud communem, haud communicandum cum Deianira, sed seorsim Herculi sternendum, miserrimis doloribus excruciato.

881. ἀντῴᾳ. Perperam Aldus et membr. ἀντοίᾳ. B.

885. βωμοῖσι, aris, quae intus in aedibus erant. Eurip. Alc. 168.

Πάντας δὲ βωμοὺς, οἳ κατ' Ἀδμήτου δόμους —

Socrates Xenoph. Memor. 1. principio: οἴκοι ἔθυε. Cephalus apud Platonem de republ. 1. initio: domi sacrificaverat. M.

887. Φίλων εἰκετῶν ἕδρας. Periphrasis pro Φίλους εἰκέτας. Sic Eurip. Or. 107.

τί δ' οὐχὶ θυγατρὸς Ἑρμιόνης πέμπεις ἕδρας;

Periphrasi itidem servit nomen ὄμμα. Supra 514. ὄμμα νύμφας, pro νύμφη. Ai. 159. ὄμμα πτελείας, pro πτέλεια. B. De his periphrasibus vid. ad Oedip. Col. 770.

889. αὐτὴ τὸν αὑτῆς δαίμον' ἀνακαλουμένη. Sic codd. omnes. Aldus mendosissime αὐτὴ πρὸς αὑτῆς δαίμονα καλουμένη. B.

890. v. ἄπαιδας, depravate. ἀπῳδοὺς, absonam a pristina felicitate.

891. Hos Sophoclis versus aemulatus est Virgilius in Didonis morte Aen. IV.

> Interiora domus inrumpit limina, et altos
> conscendit furibunda rogos . . .
> hic, postquam Iliacas vestis notumque cubile
> conspexit, paullum lacrimis et mente morata,
> incubuitque toro, dixitque novissima verba:
> Dulces exuviae, dum fata, deusque sinebat,
> accipite hanc animam, meque his exsolvite curis.

Vide P. Victorii Var. Lect. V. 14. B.

898. ῥήξασα — νάματα. Sic Dioscorides Anthol. pag. 202. δάκρυα δ' οὐκ ἔῤῥηξ'. Incertus ibid. Ἔῤῥηξαν Μοῦσαι δάκρυα. Eurip. Troad. 757. πνεῦμ' ἀποῤῥήξεις. Iph. Taur. 981. βίον ἀποῤῥήξειν. M. cf. Antig. 665.

899. νυμφεῖα. gl. παστοὶ, θάλαμοι. B.

901. εὐνήτριαν. Sic codd. Male Aldus εὐνήστριαν. B.

904. ᾗ. Sic Wakef. male v. ᾧ.

919. αἰτία. Subaud. ἐν, pro εἰς αἰτίαν. cf. Oedip. Tyr. 643.

920. ἐκ δυεῖν. Sic in B. ut Oed. T. 1280. In aliis δυοῖν. Vide quae notavimus ad Aeschyli Prom. 784. S. Th. 923. B. v. abest copula, quae ex ingenio linguae est addenda. Wakefield quoque κλαίων θ', ὅθ' etc.

921. v. βίου, vitae vel victus, quorum illud incongruum, hoc humile, ut bene observat Wakefield. Ipse igitur βίον recepit, neque improbat βίος. Sane hoc praeferendum, quod personam περιφράζει, sicut passim. vid. ad Col. 770.

922. v. εἴ τις δύο, sed ferri nequit iteratum τις. π et τ literae facile inter se permutantur.

923. ἢ καὶ πλέους τις. Sic Aldus et Turnebus. Perperam H. Stephanus dedit πλείους metro corrupto, quomodo scriptum quidem fuit in membranis primo, sed eadem manus postmodo emendavit πλέους. In B. pessime ἢ καὶ πλείστας τις. B.

926. Inconcinne Aldus et membr. πότερ' ἂν πότερα ἱστίνω. B.

927. τέλεα. Cum κακὰν ut epitheton coniungit Plutarch. in Crasso p. 555, D. πάντων ὅσα συνήνεγκεν εἰς ὄλεθρον ἡ τύχη κακὰ — τελεώτατον γενόμενος. Nec absurde Mudgius a τέλος deducit, quod Suidas per πρᾶξιν exponit, Etymologus per πρᾶγμα. Si neutrum placuerit, in promtu erit legere μέλεα. M.

Nihil mutandum. τέλεα valet τελεσθέντα, πραχθέντα.

Versus 926 — 931, qui v. sub nomine συστήματος veniunt, revera esse antistrophicos, apparet; nec fugit hoc Erfurdtium.

930. μελόμεν' ἐπ' ἐλπίσι, i. e. ἐλπιζόμενα, quae quasi sperando curae sunt. Bene sic dedit doctissimus Erfurdtius, cum v. inconcinne legeretur μέλλομεν.

932. Similia miserorum vota pluribus in locis tragicorum invenias. cf. Aeschyl. Suppl. 729, Eurip. Hippol. 739, Ion. 809, denique Homeri Od. ω, 63. M.

933. ἑστιῶτις αὖρα, ventus e terrae sinu editus, quales a Theophrasto lib. de Ventis ἀπόγειαι αὖραι vocantur. Seneca Natural. Quaest. lib. 5, 4.: Alias terra ipsa magnam vim aëris eiicit, et ex abdito spirat; alias immutatio ipsa halitus mixti in ventum vertitur. Meminit et Apuleius de Mundo p. 719. ed. Delph. Ἀπόγειον πνεῦμα habet et Aristoteles Meteor. lib. 2, 5. M.

Dure sensuque parum apto sic accipitur ἑστιῶτις αὖρα, satiusque est, me iudice, interpretari, cum Schol. et Brunckio, quasi patrium ventum, quae puellarum domibus adspiret.

937. μοῦνον adverbium est, ut recte observat M.

938. Ἐπεὶ ἐν, neglecto hiatu, dedit Tragicus. vid. ad Philoct. 1170.

939. χωρεῖν πρὸς δόμον. Sic bene legit Heathius. Vulgo πρὸ δόμων, ut est in membr. At duo alii nostram lectionem firmant. In B. πρὸς δόμων: in T. πρὸς δῶμα. B. πρὸς glossema est, ut versus antistroph. demonstrat.

941. In fine huius versus Aldus et veteres codd. addunt vocem ξένοι, sententia et metro reclamante. B.

942. v. βάσις, quasi ingressus virorum barbari quid habuisset. Φάσις ξένων, hospitum apparitio, i. e. hospites, qui apparent, φαίνονται, qui in conspectum veniunt. Rarior vox librarios in fraudem illexit. Male etiam τελείᾳ στιγμῇ distinguitur post βάσις.

943. Corrupte Aldus, quem sequitur B., Πᾷ δ' αὖ Φορεῖν; corruptius vulgatae πᾶς δ' αὖ Φ. ν. Formula πῶς οὐ adhibetur in rebus certis, vel quas certas scire nos putamus. cf. Antig. 370.

944. προκηδομένα. Sic membr. et Aldus. In duobus aliis προςκηδομέναν. B. v. βαρεῖαν, inepte.

946. v. ter vel quater αἰ legitur et ἄναυδος, versu vel elumbi vel ὑπερμέτρῳ. Ἀναύδατος dedit Erfurdt.

947. Metrum huius versus cum strophico non congruit. Heathius haud male legit τί δὴ χρὴ — B. Strophicus corruptus erat, quem vide. v. quoque inconcinne: Τί χρὴ θανόντα νιν, ἢ καθ' ὕπνον etc.

948. v. Ὤι μοι ἐγώ σου, πάτερ,
Ὤι μοι ἐγώ σου μέλεος,
quae in anapaesticorum formam, sed absque gratia, sic redegit Heath:
Ὤι μοι — — μοι ἐγώ
Σου — — μήσομαι;
Οἴ μοι.
Alteram μοι ἐγώ σου ab interpolatore est.

950 — 1007. Horum v. nulla putantur ἀντίστοιχα, perperam quidem; quod indicant saepius redeuntes anapaestici paroemiaci, locusque ille 982 — 995, qui manifeste antistrophicus est. Versu 950. habetur in vulgatis Σ., τ., μὴ κινήσῃς, languidioribus numeris. Aliter haec digessit Erfurdt, sed, ut mihi quidem videtur, parum feliciter.

952. Προτετὴς, in mortem vergens. Euripides Alc. 931.
— Ἴδε προπετὴς ὤν,
Βιότου τε πρόσω.
Eodem sensu προνωτὴς dixisse videtur ibid. 141. M.

δακὼν στόμα σόν. Ad cohibendum luctum. Theodectes apud Stobaeum de Rerum Nat. c. 11.

Ἀλλ', ὦ τάλαν Θυέστα, καρτέρει, δάκνων
Ὀργῆς χαλινόν. M.

ζῇ, ἐστὶ, sicut p.

954. Perperam Aldus et codd. οὐ μὴ ξεγείρῃς — κἀκκινήσῃς, κἀναστήσῃς. Quae primo quidem soloeca sunt, siquidem particulae οὐ μὴ cum aor. 1. subiunctivo numquam construuntur. Vide ad Oed. T. 323. 1054. Oed. Col. 387. 825. 1000. et quae notavimus ad Comici Lysistr. 704. Praeterea μὴ ξεγείρῃς metrum iugulat. B.

Glossema est κἀναστήσεις, quod vel ratio strophae indicabat.

956. v. Ἀλλ' ἐτί μοι μελέᾳ βάρος —. Sed dicendum, cuiusnam rei βάρος animus desideraverit. Ceterum paulo insolentius ἐμμένειν ἐπὶ βάρος dicitur pro ἐμμένειν ἐν βάρει, vices suas interdum mutantibus praepositionibus εἰς, ἐπὶ, ἐν. vid. ad Antig. 1217.

957. ἐμμέμονε. Sic codd. omnes recte. Quod erudito Britanno apud Heathium, nescio qua gratia, reponi placet, ἐκμέμονε, ne graecum quidem esse credo. Multis huius viri coniecturis chartas suas oneravit Heathius, quas melius suppressisset, qualis est v. 942. ἐξόμιλος pro ἐξόμιλες, quod glossae nostrae recte exponunt ἀήθης, eodem sensu, quem huic voci tribuit Henr. Stephanus in Thesauro. B.

958. v. ποῖ γᾶς ἥκω; παρὰ τ. β. Κεῖμαι, πετ. ἀ. ὀδ., minus recte dispositis versibus. Ἥκω interpretamentum.

960. Οἵ μοι μοι. Sic legendum ad metri rationem. In libris οἰ μοι ἐγώ. B. Scribendum Φεῦ, Φεῦ μοι, ut κεῖμαι sustentetur. Saepius in interiectionibus huiusmodi peccatum est, velut Aeschyl. Prom. 98. Φεῦ, Φεῦ, quod anapaesticus antecedens poscit, unus liber servavit Arundelianus, reliquis codicibus inconcinne αἲ, αἲ legentibus. Φεῦ cum dativo neminem offendet.

961. ἡ. Intell. ὀδύνη ex ὀδύναις.

963. κεύθειν. i. e. κεύθεσθαι. vid. ad Oedip. Col. 74.

964 καὶ βλεφάρων ὕπνον. Sic bene Heathius ex anapaestici metri lege. Vulgo βλεφάρων θ' ὕπνον. B.

Legitur v.

Τῷδ' ἀπὸ κρατὸς βλεφάρων θ' ὕπνος,

numeris melioribus quam quos Heath efficere sibi visus est, nisi quod posterior τοῦ ὕπνου corripitur, quae producenda esset ex lege metri anapaestici. Sed βλεφάρων glossema est τοῦ κρατὸς, et ἀπὸ κρατὸς itidem τοῦ κατάκρας, quod reponendum esse, metrum docet, resecandumque etiam τῷδε, quod facile subauditur. Similiter Antig. 1308 ἐπὶ κρατὶ male exaratum fuit ex interpretatione pro ἐπίκαρ.

965. στέξαιμι. Sic lego cum Valckenario ad Hippolyt. 874. Male in libris στέρξαιμι. B.

967. θυσιῶν. Perperam in libris θυμάτων, reclamante metro; et seq. versu contra linguae indolem ἠνύσω pro ἤνυσας. B.

Legitur v.:

— — βωμῶν
Ἱερῶν, οἷαν ἀνθ' οἵων
Θυσιῶν ἐπί μοι
μελέῳ etc.

Sed paroemiaco locus non est in ipso orationis initio, meliusque valebat ad restituendum versum θυμάτων, quam quod B. protulit, θυσιῶν, illo quippe metrum aperte pessumdante, hoc vulnus tegente, non sanante. Ἱερῶν aeque ac θυμάτων glossemata sunt verbi οἵων, quod, istis laciniis abiectis, longe fortius sonat, languidioraque etiam interpretamenta mihi videntur ἀνθ', quod saepissime subauditur, et ἐπί μοι, quod versus explendi causa additum puto.

970. v. ἦν μήποτ' ἐγὼ προσιδεῖν ὁ τάλας
Ὤφελον ὄσσοις, τόδ' ἀκήλ.
μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι.

Miror, glossema προσιδεῖν tam diu placuisse viris doctis. Γε versui necessarium, nec sententiae inutile.

972. μανίας ἄνθος. S. infra 1052. ἤνθηκεν de morbo. cf. Aeschyl. Cho. 1009. Agam. 624, ibique Clar. Schütz. Similiter usurpatur θάλλειν, velut Philoct. 255.

974. v. τίς ὁ χειρ., recte improbante Erfurdtio.

977. Vi sententiae θαῦμ' οὐ π. ἰ. scripsi pro vulgato θ. ἂν π. ἰ. Particula ἄν potentialis ex glossa irrepserit. quae interdum omittitur. vid. index. τόρρωθεν ὁρᾶν τι et similia negligere indicant. vid. index proverb. ἄστροις etc.

979. Pro uno hoc versu Aldus et veteres codices tres exhibent sic distinctos:

ἔ. ἔ. ἐᾶτέ μ' ἐᾶτέ μ᾽
δύσμορον εὐνάσαι.
ἐᾶτέ μ᾽ δύστανον εὐνάσαι.

Tertium T. non adgnoscit, merito omissum, quum sit manifesto spurius, et e superioris glossemate ortus. Noster autem versus dimeter est anapaesticus. In ἐᾶτε, quod priore loco positum est, fit synizesis vocalium εα. B.

Atqui synizesin nunquam patitur ἐᾶν, nisi corruptis quibusdam locis paucissimis. Nec metrum tale quid requirit, nam hic versus non magis anapaesticus habendus est, quam ille Ἀντίτροφας. Inseruntur haec, Ἐᾶτ' — ἐκοίμισα, μονοστροφικῶς, pariter ac versus 948, 9. et infra 996, 7. Ceterum de tertio istorum versuum consentio cum Gallo eruditissimo. Sed quaeritur, quid ipso δύσμορον faciendum sit, cum variam lectionem Scholiastes commemoret, ὕστατον, quae longe fortior. Eam equidem genuinam puto, indeque natum δύστανον, quod cum anapaesticum intrare non posse videretur, in δύσμορον mutatum est. Scholiasten Sophoclis veterem seu Romanum omnes, quotquot hodie extant, poetae exemplaria superare antiquitate, lectionum plurimarum, quae apud eum solum reperiuntur, praestantia demonstrat. Recte igitur celeberrimus Ioannes Winkelmann in literis ad Comitem a Bünau, datis Seehusae Pal. March. d. 10. Iul. 1748, quibus rationem studiorum suorum reddit: Sophoclem, inquit, quem vix depono manibus, ex scholiis Graecis, adhibitis coniecturis, infinitis locis emendavi et interpunxi, ut exemplar meum in recudendo hoc Tragico poëta videatur aliquid lucis afferre posse. Quae Nostri editio, tanti viri animadversionibus locupletata, lucemne viderit, an alicubi indigne delitescat, scire plurimum interest eruditorum.

980. v. τᾶ μου ψαύσεις, ex interpretatione. cf. 991. Legitur quoque ἀπολεῖς μ', ἀπολεῖς, excrescente anapaestico.

981. v. ἀντ. ὅ τι καὶ μύσῃ, quod an Graecum sit, vehementer dubito. Vertunt: iterum excitasti, quod connivebat.

982. τοῦτό τοι] Sic etiam membran. pro varia lectione: at in textu τοτοτοί. B.

πόθεν ἐστ' — *ubinam estis?* Adverbia in θεν apud poëtas saepe habitum in loco significant. Apollonius Argon. II. 914. κεῖθεν ἐπ' ἀγχιάλου θάνεν ἀκτῆς. pro κεῖθι. B. S. supra 689 ὅθεν pro ὅθι.

Haec v. corruptissime sic exhibentur, nullis numeris:

Ἥπταί μου τοῦτό τοι.

Ἦδ' αὖθ' ἕρπει. Πόθεν etc.

Ἥπται frigidiusculum esse, nemo inficias ibit. Ferendum tamen utcunque esset, si sequentia ἦδ' αὖθ' ἕρπει congruerent. Verum si haec diversi quid indicant a verbis, quae tractamus, quid id esse dicamus? nam uno tantum malo laborare scimus Herculem, non pluribus; si idem, quomodo advenire demum, ἕρπειν, dicitur, quod antea iam ἧπται? Non immerito igitur hanc vocem corruptam statuere mihi videor, eiusque loco reponendum ἥπατι. Ἧπαρ enim frequentatur in hoc genere, praesertim ubi de violentiore dolore agitur. Noster Aiac. 903:

Χωρεῖ πρὸς ἧπαρ, οἶδα, γενναία δύη.

Hippolytus Euripideus Hippol. 1070.

Παίει πρὸς ἧπαρ, δακρύων τ' ἐγγὺς τόδε,

Εἰ δὴ κακός τε φαίνομαι δοκῶ τέ σοι.

Ad quem locum vide quae eruditissima monet Valck. Ceterum παίει legendum puto pro vulgato Αἶ, αἶ, quod fere omnes inttpp. offendit. Evanuit versus initialis litera, sicut passim.

Οὗτος et ὅδε, τοῦτο et τόδε p. inter se permutantur. Τόδε et elegantius est, et versui convenit. quod voluisse arbitror librarium Brunckianum. Ἀδίαντα, i. e. ἀδιάντως, ἕρπειν recte dicitur immanis iste morbus. Notus est Flacci Pluto illacrimabilis, i. e. crudelissimus. cf. Schneider. lexic. h. v.

983. v. οὓς δὴ, intellecto διὰ, quod duriusculum, praesertim quia facile ad καθαίρων referri potest οὓς, quod perperam fecit M. cf. 1024. Οἷς respicit ad Ἑλλάνων. Sic etiam Wakef.

984. πολλὰ, i. e. πολλάκις. M.

986. οὐκ ἐπιτρέψει. Sic legendum. Perperam Aldus et membr. ἀποτρέψει. B. ἀναστρέψει. T. ἀνστρέψει. B.

987. κρᾶτ' ἀταράξαι. Nicander Theriac. 705. — κεφαλῆς ἀπὸ θυμὸν ἀράξαι. Synesius de Provid. p. 81. τὴν κοπίδα στασάμενος, ὡς ἀταράξαι τῆς ἀνθρώπου τὴν κεφαλήν. M.

988. v. bis ponitur Φεῦ, versu imperfecto.

990. v. σοί τε γὰρ ὄμμα, quasi de oculis sermo esset. Σὸν ὄμμα, i. e. tu. vid. ad Oed. Col. 770. τε γὰρ p. componuntur. vid. laudatum Erfurdtio Vigerum de idiot. p. 496. ed. Zeun.

991. ἔμπλεον. Sic Aldus et membr. gl. ὀξύτερον, ὡς νέου ὄντος. In B. T. ἔμπλεων, et in hoc Triclinii observatio, συνίζησις. B.

Inepte interpretationi ansam praebuit corruptum σοι pro σὸν antecedente versu. Ἔμπλεον sonat integrum, omnibus numeris absolutum. Legitur autem v. Ἔμπλεον, ἢ δι' ἐμοῦ, σώζειν, quod ubi excuties, infra Sophocleam deprehendes elegantiam: nam etiamsi μᾶλλον subaudias in ἔμπλεον, dicendum tamen erat ἢ ἐγὼ vel ἢ τοὐμὸν, non ἢ δι' ἐμοῦ. Ἀδύναμος recte vocatur Hercules, heroum fortissimus: praefixa enim litera ε ἐντατικὴ est, ut p. vid. supra ad 106.

992. οὔτε θύραθεν ἔστι μοι. Sic optime scriptum in B. In membr. ut apud Aldum, οὔτε θύραζ' ἔνεστί μοι. In T. οὔτε θύραζε ἔστι μοι. B.

993. βιότου. periphrasis personae. Verte: Eius autem dolori nec mea sponte, neque aliorum ope, oblivium inducere possum.

994. v. bis παῖ, metro perdito.

996. v. Ὀρ. δ' αὖ, θρώσκει, ut in verborum graviorum repetitione mire sibi placent librarii. Dochmaïcus alterum θρώσκει abesse iubet.

997. v. ἀποτίβ. ὑγρία νόσος, ex interpretatione.

998. v. ἰὼ Ηαλλ. et mox ἰὼ παῖ, utrumque inconcinne.

1000. ἀνεπίφθονον, minime impium aut scelestum. Eurip. Hecub. 288. ἀποκτείνειν φθόνος γυναῖκας, scelus est, feminas interficere. Aristides vol. 1. pag. 378. ἀνεπίφθονον διορθώσασθαι.

Schol. Thucyd. ad 1, 75. ἀνεπίφθονον, ἀμεμπτον. Idem ad 1, 32. ἀνεπίφθονον, ἄψογον, ἀμώμητον. M.

1001. v. Παῖσον ἐμᾶς ὑπὸ κλῃδὸς, putida interpretatione, perditoque versu.

1003. v. ἂν, itidem ex interp., labefactato autem antecedente versu. Animadvertit etiam Erfurdt.

1004. v. ὤλεσεν. Ὦ Διὸς, itidem ἀμέτρως.

1006. v. Εὔνασόν μ', εὔνασον, inconcinne.

1009. v. καὶ λόγῳ κακὰ, inepte: nam λόγῳ κακὰ essent leves calamitates, cum gravissimas dicat Hercules. Neque oggerat mihi aliquis interpretis Ciceronis dictu gravia: nam, nostri regulis adstrictus, non verbum de verbo ille reddidit, sed alia omisit, alia addidit de suo, cumque idem fere significare viderentur verba θερμὰ et καὐ λόγῳ, amplificare sententiam studuit orator. Ceterum sic p. usurpantur καὶ — καὶ, τε — καὶ, τε — δὲ, in rebus, quae neque diversa sunt, neque opponuntur inter se, sed ita narrantur, ut altera illarum connectionum abundare, ex nostro quidem sensu, videatur. Versu sequ. καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι laborasse dicitur, ubi Cicero: quae corpore exantlata atque animo pertuli, non: quae et corpore etc. cf. 436, 478, 672, Antig. 392. Exempla huc facientia τῶν τε — καὶ habes supra 5, 899, Antig. 174, 5; formae τε — τε Antig. 183, 185, Aiac. 551; tandem τοῦ τε — δὲ supra 376, 324, infra 1114. Latiusque etiam patet usus harum particularum, siquidem pro ἢ — ἢ nonnunquam ponuntur, velut Antig. 327, item pro ὡς — οὕτως ibid. 1094, et pro οὐ γὰρ, ut supra 359.

1015. ἀμφίβληστρον. Eodem nomine Aeschylus tunicam, qua illaqueatus est Agamemnon, designat Choëph. 490. M.

1017. πλεύμονος. Male Aldus et membr. πλεύμονας. In aliis πνεύμονος. B. Recte sane habet singularis: nam rariora Noster affectare solet. Ceterum vid. ad 566.

1018. ξυνοικοῦν. Sic praeter Aldum codd. omnes. Nescio unde Turnebus ξυνοικῶν hauserit, quod soloecum est. B.

1019. πέπωκεν. Mendose Aldus et membr. πέπτωκεν. B.

1021. λόγχη πεδιὰς, pugna in campo, adversus Centauros acta vel Minyas. M.

1025. v. θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν, corrupte. G. Hermanno placebat κ. ἀνδρ. φύσις.

1028. πρεσβεύειν pro τιμᾶν usurpat Euripides Hippolyti initio:

Τοὺς μὲν σέβοντας τἀμὰ πρεσβεύω κράτη.

Alcest. 289. Rheso 944. B.

1032. λωβητὸν activo sensu capiendum, ut saepius eiusmodi adiectiva.

1033. v. ὦ τέκνον, frequentius illata syllaba — ον finali.

1037. ἐσπέμην. Schol. ad Ai. 308. εἰπόμην. B. Magis poeticum est ἐσπόμην.

1041. ἐκ καλυμμάτων, i. e. ἔξω καλυμμάτων. Contrario sensu habet Aeschylus Agam. 1119, M.

1044. v. Αἰ, αἰ, ὦ τάλας, ἔ, ἔ: inconcinne quidem.

1045. ἔθαλψεν. cf. Aeschyl. Prom. 867, Nostri Antig. 1068. M.

1048. Senariis interiiciuntur duo versiculi metri dactylici, ut qui paulo ante praecessit. Turnebus post Triclinium eos in unum hexametrum contulit, quod perinde est: hunc Valckenarius ex coniectura minus probabili ad senarii formam revocat:

ὦ νὺξ, ἄϊδι δέξαι με, Διὸς ἀκτὶς πέσον.

Vide desideratissimum virum ad Hippol. 1378. B.

Recte Valck. hic minus convenire iudicabat τὸ ἄναξ, usurpatum de alio deo in sequente versu. Similiter, observante eodem viro elegantissimo, Noster Ai. 669:

Ἀλλ' αὐτὸ νὺξ ᾄδης τε σωζόντων κάτω.

Ἄϊδι tamen neque sententiae, nedum metro, convenit, scribendumque potius cum M. Ἄϊδου. Hexameter iste Triclinii minime ferendus.

1056. v. ἅπλ. ῥέμμα κἀπρ. Sed ῥέμμα bis illatum paucis interiectis versibus non est pro eloquentia Sophoclea. Euripides de Hercule Herc. Fur. 698.

Μοχθήσας, τὸν ἄκυμον
Θῆκεν βίοτον βροτοῖς,
Πέρσας δείματα θηρῶν.

1058. v. mendose διφ. τ' ἄμικτον. Διφυὴς μικτὸς valet δι-

φωῦς μικτὸς, ex duobus, homine et equo, mixtus.

1059. ὑπέροχον. Perperam libri omnes ὑπείροχον. In B. T. βία. B. ὑπέροχον reposuit Clarke ad Hom. Il. 2, 426.

1062. δεινῆς Ἐχίδνης θρέμμα. Hesiodum hic sequitur, qui Cerberum ex Echidna et Typhone natum perhibet. At in Oed. Col. 1528. alios ei parentes tribuit. B. θρέμμα proprium in pecoribus et animalibus domesticis. Antoninus Liberalis vel potius Nicander Μεταμορφ. 22. primo: Ἐγένετο δὲ αὐτῷ θρέμματα πλεῖστα, καὶ αὐτὰ ἐποίμαινεν αὐτός. cf. eiusdem sylloges capita 8, 12, 31. res nota.

1064. ἐγευσάμην. Vide ad Antig. 986. Sic Hercules apud Euripidem in cognomine Dramate 1356.

ἀτὰρ πόνων δὴ μυρίων ἐγευσάμην. B.

1065. τῶν ἐμῶν χερῶν. Periphrasis personae. vid. ad Oed. Col. 770.

1072. χειρώσομαι κἀκ τῶνδε. προσμόλοι. — Sic bene distinctum in T. Maximam partem huius ῥήσεως Cicero convertit in Tusculana II. Romanorum disertissimi versus neminem pigebit hic legere:

O multa dictu gravia, perpessu aspera,
quae corpore exantlata atque animo pertuli!
nec mihi Iunonis terror inplacabilis,
nec tantum invexit tristis Eurystheus mali,
quantum una vecors Oenei partu edita.
haec me inretivit veste furiali inscium,
quae latere inhaerens morsu lacerat viscera,
urgensque graviter pulmonum haurit spiritus:
iam decolorem sanguinem omnem exsorbuit.
sic corpus clade horribili absumtum extabuit;
ipse inligatus peste interimor textili.
hos non hostilis dextra, non terra edita
moles gigantum, non biformato impetu
Centaurus, ictus corpori inflixit meo:
non Graia vis, non barbara ulla inmanitas,
non saeva terris gens relegata ultimis,
quas peragrans, undique omnem hic feritatem expuli:
sed femina vir, femina interimor manu.

o nate, vere hoc nomen usurpa patri,
ne me occidentem matris superet caritas.
huc adripe ad me manibus abstractam piis.
iam cernam, mene an illam potiorem putes.
perge, aude, nate; inlacrima patris pestibus:
miserere. gentes nostras flebunt miserias.
heu virginalem me ore ploratum edere,
quem vidit nemo ulli ingemiscentem malo!
sed feminata virtus adflicta occidit.
accede, nate, adsiste, miserandum adspice
evisceratum corpus laceratum patris.
videte cuncti: tuque coelestum sator
iace, obsecro, in me vim coruscam fulminis.
nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vertices:
nunc serpit ardor. o ante victrices manus,
o pectora, o terga, o lacertorum tori!
vestrone pressu quondam Nemaeus leo
frendens efflavit graviter extremum halitum?
haec dextra Lernam, tetra mactata excetra,
placavit: haec bicorporem adflixit manum:
Erymanthiam haec vastificam abiecit beluam:
haec e Tartarea tenebrica abstractum plaga
tricipitem eduxit Hydra generatum canem:
haec interemit tortu multiplicabili
draconem, auriferam obtutu observantem arborem.
multa alia victrix nostra lustravit manus,
nec quisquam e nostris spolia cepit laudibus. B.

Hehr. Stephano auctore Accius huius loci interpres est.

1078. v. Sig. παρασχών, putide, cum modo habuerimus παρέσχες.

1080. μὴ τοιοῦτον. Perperam vulgo τοσοῦτον. Hic versus in membr. librarii incuria omissus est. B.

Legitur v. depravate: Δ. μ. σεαυτὸν, μὴ τ. ᾧ ὡς δάκνῃ Θυμῷ δύσοργος.

1083. v. Εἰκὼν ὃ χρῄζεις, λῆξον, absurde: nam unusquisque, opinor, nisi stultus sit, ubi, quae voluit, dixerit, tacebit. Λέξον reponendum esse, probe vidit doctissimus Er-

furdt, editor huius tragoediae. Sed εἰπὼν haud minus corruptum erat. Ἁπλῶς λέγειν opponitur τῷ ποικίλλειν. A saepe confunditur cum ει et ευ, σ cum ψ.

1086. μητρός. Subaud. περί s. Φωτὸς ἐξερήσομαι Philoct. 432. M.

1091. v. corrupte: Ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τοῖς γ' etc. Recte M.: ἐφ' ἡμέραν; hodie, i. e. statim. Pollux lib. 1, sect. 65. τὸ δ' εἰς τὴν ἐπιοῦσαν μὴ μένον, ἐφήμερον. S. p. hodie apud Comicos Latinos.

1094. v. Π. τ.; τέρας τοι διὰ κακῶν ἐϑ. Haud convenit τοι, nec διὰ κακῶν sustentari potest, quod διακυκῶν fuisse existimabat M. Hesych. διακυκῶσι, διαταράττουσι. Sic, M. inquit, ταράττει ἐν τοῖς λόγοις Plato p. 268, ubi pariter nullus accusativus. Verbum διακυκᾶν eandem fere potestatem habet apud Demosthenem de Corona p. 263. ἄνω καὶ κάτω διακυκῶν.

1096. Ridicule vulgatae: Οἵ μοι πρὶν, ὡς χρὴν etc. Similiter peccatum Aiac. 110. Οἵ μοι πρόνους, ut p. οἵ μοι τάλας, οἵ μοι δύστηνος.

1097. στραφείη. Mendose Aldus et membr. στραφοίη. B.

1099. μωμένη. Sic libri omnes. gl. ζητοῦσα. unde orta suspicio scripsisse poëtam μωμένη. Hesych. μώμεϑα, ζηταῦμεν. Aeschyli schol. ad Choëph. 43. μωμένα exponit ζητοῦσα. Vide Oed. Col. 812. At non minus bona est vulgata lectio. B. Μωμένη praefero cum plerisque editoribus. Ceterum verba Ἅπαν τὸ χρῆμ' adolescenti v. tribuuntur, vertitque B.: toto negotio erravit, quae versio ut se tueri possit, languidam certe et mire expressam esse sententiam, do Erfurdtio. Hic igitur post χρῆμ' distinguere satis habuit, ut Hyllus rem omnem se breviter complexurum significat. Quam loquendi formam exemplis vellem adstruxisset. Verius, ni fallor, nos.

1114. οὔτε. Τὸ τε respondet sequenti δέ. vid. supra ad 1009.

1115. συμβέβηκεν. Alcmena cum in exilium ab Eurystheo acta fuerit, Diod. Sic. 4, 33; nec nisi eo concedente redire potuerit, lubens verbum hoc interpretor, pactum initum est: ut constructio sit, συμβέβηκεν, ὥστε ἕδραν ἔχειν ἑκάστῃ Τίρυνϑι. S. bene M.

1119. πράσσειν. Perperam in omnibus libris πράττειν. B.

206. Τελλεύταντος. s. recte membr. et E. v. Τελεύταντος, metro ruente. B.

Glossema est Τελεύταντος, petitum ex 323, ubi pariter verba τοῦ Φρυγίου, hinc sublecta, nescio quis adscripsit in cod. Ien. τοῦ Φρυγίου, non Φρυγίου, κατ' ἐξοχὴν, in homine opulentissimo. cf. 475.

207. δουρ. s. ad metri rationem scriptum oportuit. Perperam in libris δοριάλ. Infra 894. δουρίλητος. B.

208. ἀνέχει. gl. τιμᾷ. s. apud Eurip. in Hecuba 119.

τῆς μαντιπόλου βάκχης ἀνέχων
λέκτρ' Ἀγαμέμνων.

et in forma media Alcest. 511.

τούτους ἀνάσχου δεσπότας ἐμῶν δόμων. B.

209. ὑπείποις. gl. εἴποις. Scilicet vacat hic praepositio, quae vim suam exserit in Comici Pluto 997, ὑπεισπούσης δ' ὅτε εἰς ἑσπέραν ἥξοιμι. B.

211. πάθος. Sic Aldus et praestantiores codd. Triclinius, nescio quo prolubio, βάρος invexit. B.

216. χρηστήρια, victimas, ut bene Schol. M. confert Aeschyl. Sept. 201, Suppl. 425.

218. αἴθοπος. Sic membr. E. T. metro adstipulante. Perperam Aldus αἴθωνος. B.

219. v. οὐδὲ φευκτάν, merito offenso M. cui tamen, reponenti οὐδὲ φθεγκτὴν, haud consentio: nam quae dicere timemus, non quae et ipsi diximus et ab aliis audivimus, atrocia recte vocentur infanda, οὐ φθεγκτά: vid. 211; ne dicam, inusitatam hac potestate esse vocem. Gravissime οὐδ' ἑπακτός, haud confictus, dicitur iste nuntius choro, qui saepe de dolosis in hac re commentis aliorum questus est: vid. 147. 186. π et φ, α et ει vel ευ p. inter se confunduntur. Similiter 468. ὑπόβλητον λόγον.

220. ὑποκλῃζομέναν. Sic coniunctim scriptum in membr. et plerisque aliis codd. In D. divisim ὑπο κλῃϊζομέναν. Praestat prior ratio. Verba composita casus adsciscunt, quos regunt praepositiones, quicum composita sunt. Aeschylus Prom. 66. σῶν ὑπερστένω πόνων. Euripid. Hippol. 261. ὡς κἀγὼ τῆςδ' ὑπεραλγῶ. Med. 105. δῆλον δ' ἀρχῆς ἐξαιρεθέντων νέφος εἰμωγῆς. Hec. 208. λαιμοτόμητόν τ' Αἴδα γᾶς ὑποκεκτομέναν σκότον. Comicus Thesm. 186. ἐὰν γὰρ ὑπερακοκρίνῃ μου σαφῶς, σώσεις ἐμέ. B.

vid. de his formis etiam ad Trach. 770.

Ceterum v. legitur:

Τῶν μεγάλων Δαναῶν
Ὑποκλῃζομέναν,
Τὰν ὁ μέγας μῦθος ἀέξει.

Quae egregie correxit M.

223. Περίφαντος idem quod περιφανής, conspicuus, celeber. cf. 583. Hesych. περιφάνεια, λαμπρότης, δόξα.

224. Θανεῖται. Vere Camerarius hoc verbum refert ad poenam mortis, quam Aiax a Graecis subiturus erat. Nullus enim adhuc suspicioni locus erat, propria sibi manu mortem consciturum. — M. cf. 248.

226. Bene M.: ἱπποκόμους si interpretamur equorum custodes, mirum videri debet, eos potius quam bubulcos et upiliones commemorari, cum tamen Aiax in oves, boves, capras, non in equos saeviisse dicatur. vid. 55. 174. 231. 363. Deinde et illud animadvertendum, Tecmessam ex chori oratione intellexisse, quibus e locis captivas pecudes reportasset:

Ἥλιμοι, κεῖθεν, κεῖθεν ἀρ' ἡμῖν
Δεσμῶτιν ἀγων, ἦλυθε τοίμναν.

Ita exclamat, tanquam nomen loci ipso illo in articulo temporis ad aures suas pervenisset. Tale igitur nomen in voce ἱπποκόμους quaerendum censeo. Nec ulla mutatione opus: quod enim quaerimus, Ἵππος est. Nicander Theriac. 669.

Κρύμνης ἀμπελόεσσα, καὶ ἀνὰ Γράσσον, ἠδ', ἵνα Σ' Ἵππου
Λειμῶνες.

Loca haec in vicinia Troiae sita fuisse, consentiunt Scholiastes et Metaphrastes Eutecnius, nuper Florentiae editus.

227. ὦ μοι· κεῖθεν, κεῖθεν ἀρ' ἡμῖν. Sic optime Aldus cum praestantioribus codd. Absonum est in Triclinii recensione ἀκεῖθεν ἐκεῖθεν. Quo magis solutis pedibus incedit versus anapaesticus, eo concinnior est. Maxime vero dipodiae per caesuram non miscentur, nisi cum insigni venustatis detrimento. B. S. sane plerumque est. cf. tamen 145. Trach. 1239, El. 92. 109, Oed. Col. 1707, 1718, quibus exemplis alia bene multa addi possent.

229. ὧν τὰ μὲν εἴσω — τὰ δὲ — Aldus et veteres codd. perperam ὧν τὴν μὲν ἔσω — τὰς δὲ. — B.

232. Καὶ γλῶσσαν ἄκραν. Innuit Auctor, Aiacem arietis, quem pro Ulysse habuit, linguam exsectam abiecisse. Lingua enim symbolum facundiae. Cratinus apud Aristidem tom. 2. p. 19. — ὦ μεγίστη γλῶττα τῶν Ἑλλήνων. M.

In eandem sententiam Silenus Euripideus Cyclop. 312:

Παραινέσαι σοι βούλομαι· τῶν μὲν κρεῶν
Μηδὲν λίπῃς τοῦδ' (Ulyssis)· ἢν δὲ τὴν γλῶσσαν δάκῃς,
Κομψὸς γενήσει καὶ λαλίστατος, Κύκλωψ.

237. δαίμων. A malo genio obsideri putabant veteres, quibus mens utcunque depravata erat. Aristot. περὶ θαυμασ. Ἀκουσμ. p. 122. συντελεῖ τοῖς δαιμονί τινα γενομένοις κατόχοις· ἅμα γὰρ τῷ προστεθῆναι ταῖς ῥισὶν, ἀπέρχεται τὸ δαιμόνιον.

Verbum δεννάζω exstat Antig. 750, Eurip. Rhes. 954. M.

239. τινὰ indefinitum hic tantumdem valet ac μὲ, ut quum Mnesilochus apud Comicum in Thesmoph. 603. ait: τοῖ τις τρίψεται; id est, τοῖ τρίψομαι. Eadem redit Scholiastae et Eustathii explicatio, cuius haec verba sunt ad Il. B. p. 237. Ὅτι δὲ τὸ τινὰ καὶ ὅλως τὸ τις ἔστιν ὅτε τῇ κατ' αὐτὸ ἀοριστίᾳ ἰσοδύναμεῖ πρὸς τὸ ἕκαστος, δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Ὥρᾳ τιν' ἤδη ΚΡΑΤΑ καλύμμασι κρυψάμενον, καὶ ἑξῆς. δηλοῖ γὰρ ὡς καιρός ἐστιν ἕκαστον τῶν Σαλαμινίων λαθόντα φυγεῖν. Idem ad Odyss. p. 1464. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ τις πολλάκις οὐχ ἕνα δηλοῖ ἁπλῶς, ἀλλὰ πάντας, ληφθὲν ἀντὶ τοῦ εἷς ἕκαστος. οὕτως παρὰ Σοφοκλεῖ λέγουσιν ὁ χορὸς, οἱ Σαλαμίνιοι, ὡς νῦν καιρός τινι πόδοιν κλοπὰν ἀρᾶσθαι. ἤγουν ἄρτι καιρὸς ἡμῖν φυγεῖν λάθρα. Ut apud Eustathium, sic in membr. aliisque codd. quibusdam et Aldina editione κρᾶτα legitur, non κάρα, quod tamen, ut metro magis congruum, praeferri debet. B.

241. πόδοιν κλοπὰ est periphrasis pro fuga. Eurip. Orest. 1524. ἁρπάσην γὰρ ἐξέκλεπτον ἐκ δόμων πόδα. Idem Euripides αἴρεσθαι φυγὴν habet Rhes. 54. et 126. M.

242. θοὸν εἰρεσίας ζυγόν. Eustathius pag. 828. θοὸς ζυγὸς εἰρεσίας παρὰ Σοφοκλεῖ, ὁ μὴ αὐτὸς ὢν ταχὺς, ἀλλ' αἴτιος τοῦ ἐπιταχύνεσθαι ταῖς κωπηλάταις. Sive hypallage est nominis adiectivi pro adverbio θοῶς, qualis observata fuit in Antig. 955. B. τινὰ repetendum in θοὸν, i. e. θοῶς, ut bene M., comparans Oedip. Tyr. 606. Ζυγὸν ἑζόμενον ut τρίποδα καθίζων Orest. 956. Similiter infra 250. ὀξὺς valet ὀξέως, ut observat B., κοινὸς 259. κοινῶς, πᾶς 267. πάντως.

244. Ἐρέσσουσιν ἀπειλὰς, minas agitant. S. p. ἐρέσσειν per metaphoram. M. confert Antig. 157, Philoct. 1165, Aeschyli

Suppl. 515, Eurip. Iphig. Aul. 138, Troad. 1268. Schol. ἐρίσσουσιν, εὐτόνως κινοῦσιν. ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων, ἀντὶ τοῦ πλαύνουσι.

246. ἄρη. Sic membr. cum duobus aliis. Ceteri, ut Aldus, ἄρην. B.

Non convenit ἄρη vel ἄρην, nam λιθόλευστος ἄρης foret pugna lapidibus pugnata, cum chorus longe aliud quid metuat, lapidationem. Haec igitur ἆθης λιθόλευστος recte dicitur, ut ἆδης πόντιος Interitus in mari, Aeschyl. Agam. 652.

250. ἄτερ στεροπᾶς. Sententia est perspicua: λήγει τῆς μανίας, ὡς νότος ὀξύς, id est ἐξέως λήγει, ὅστις ἦξεν ἄτερ λαμπρᾶς στεροπᾶς. Non video, cur tantopere Heathius probarit popularis sui coniecturam ἄτ' ἐκ στεροπᾶς, quae sensum prorsus pessum dat. B.

Procellae imminentis indicium erat fulgur. Aratus Διοσημείων 924:

Καὶ θέρεος βρονταί τε καὶ ἀστραπαὶ ἔνθεν ἴωσιν,
Ἔνθεν ἐπερχομένοιο περισκοπέειν ἀνέμοιο.

Idem quoque portendebant οἱ διαΐσσοντες ἀστέρες, quorum coruscationes στεροπῆς nomine annon Sophocles indicaverit, dubitari certe potest. Aristoteles Problem. sect. 26, 23: Διὰ τί, ὅταν ἀστέρες διάττωσιν, ἀνέμου σημεῖον; Aratus ubi supra:

Καὶ διὰ νύκτα μέλαιναν ὅτ' ἀστέρες αἴσσωσι
Ταρφέα — — —
Δειδέχθαι κείνοις αὐτὴν ὁδὸν ἐρχομένοιο
Πνεύματος. — M.

Vides, quam male his consentiat vulgata lectio loci haec:

— λαμπρᾶς γὰρ ἄτερ στεροπᾶς
Αἰξᾶς ὀξὺς νότος ὡς, λήγει —

Imo αὐν στεροπῇ exstitisse dicendus erat notus, iamque id dicitur, intellecta praepositione in λαμπραῖς στεροπαῖς, emendato ἄτερ, verboque ὡς ad sequentia relato. Aeschylus Eumen. 124. Κλαγγαίνεις δ', ἄτερ Κύων.

251. Φρόνιμος. Aldus et codd. nonnulli Φρόνιμον. Similem sententiam ex Euripidis Antiopa servavit Stobaeus Floril. Grotii p. 417.

Φρονῶ δ' ἃ πάσχω, καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν·
τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινά

νοσοῦντα, κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία.

Confer eumdem Bacchis 1249. et Hippol. 248. B.

256. Φρούδου. δηλονότι, ὄντος. Μείων λόγος. ἀντὶ τοῦ, οὐδεὶς λόγος. Schol.

259. κοινὸς valet κοινῶς. vid. ad 243.

260. Amatur τοι in sententiis vel gnomis, et s. p. invenitur post articulum, velut Aeschyl. Sept. 332, 367, infra 1309.

261. v. Ἡμεῖς ἄρ' οὐ νοσοῦντες ἀ. νῦν. At quomodo οὐ νοσοῦντες, cum Aiax iam contristetur (vid. 251, 267), Tecmessa vero et chorus, ut ante doluit (265), ita nunc non minore afficiatur tristitia (268)? Et vide, an haec ἰσοδύναμα sint versui 269, quo summa explicationis datae continetur, ut esse debet. Nimirum hoc fieri nullo modo potest, nisi, quae illic sunt, δὶς τόσα κακὰ, etiam hic significata reperiantur, sed obscurius, ut locus sit quaestioni chori: Πῶς τοῦτ' ἔλεξας; οὐ κάτοιδ', ὅπως λέγεις. Reposuimus igitur:

Ἀμφὶς γὰρ οὖθ' νοσοῦντες ἀτώμεσθα νῦν:

siquidem τὸ ἀμφὶς ἀτᾶσθαι respondet quidem δὶς τόσοις κακοῖς, at dubium tamen relinquere choro potuit, se solam duplici malo affligi diceret Tecmessa, an chorum simul, an vero et Aiacem, ut est; ne dicam, plane contrarium sensum praebere vocem, pro χωρὶς acceptam, quae fere usitatior eius est potestas.

265. βλέποντας. Lectio, Scholiastae memorata. v. φρονοῦντας, ex interpretatione.

267. πᾶς, i. e. πάντως. vid. ad 243.

λύπῃ — ἐλήλαται. s. 489. καμὲ μὲν δαίμων ἐλᾷ, et 735. ἐλᾷ — Ἀθάνας μῆνις. M. S. et κακοῖς ἐλαύνειν Eurip. Alc. 679. κακοῖς ἐλαύνομαι Androm. 31. ὅτῳ δ' ἐλαύνεται Συμφοραῖς οἶκος Ion. 1619. διαδοχαῖς Ἐριννύων ἠλαυνόμεσθα Iphig. T. 80. cf. ibid. 942.

271. πῶς γάρ. i. e. πῶς γὰρ οὔ; nam sic interdum negatio subauditur. vid. ad Antig. 713.

273. ἐπίστασθαι, existimare, ut nonnunquam apud Herodotum. Hesychius: ἐπίσταμαι — οἶομαι. M.

274. προσέπτετο. Aldus et codd. προσέπτατο, adstipulante etiam Eustathio, cuius locum proferam infra ad v. 672. ἐπτάμην non magis Atticis usitatum quam εὑράμην, ἠράμην. B. Non est quod auctoritatem codicum deseramus et Eustathii: nam ἔπτατο recte derivatur a πέταμαι, quod Atticis non minus usitatum quam πέτομαι, ut bene monet Purgold.

281. Αἷας, ut supra 89. Perperam in membr. Αἶαν. B. Legitur quoque v. τήνδ' ἅκλητος, ταυτολέγως. κλέπτος, ut 293. ὑπάξας, furtim prosiluit.

282. ἐφορμᾷς. Id est τί ὁρμᾷς ἐπὶ τήνδε πεῖραν; Aldus et membr. ἀφορμᾷς, quod in D. etiam alteri superscriptum, adposita glossa, ἐξορμᾷς. At istam expositionem scholion in margine damnat: ἀναχωρεῖς μᾶλλον. τὸ γὰρ ἐξορμῶ ἐπὶ ἑτέρου λέγεται, οἷον ἐξορμῶ τὸν δεῖνα. B. ἀφορμᾷς etiam Laud.

285. Plautus Rudente IV. 4. 70.

Taceta bona' st mulier semper, quam loquens. B.

(Legerim, versus causa: Tac. semper mulier quam loquens bona est.)

287. πάθας. Sic Aldus et probatissimi codd. Triclinio placuit τύχας. B.

Φράζειν bene codex Ien. pro vulgato λέγειν.

290. ἄνω τρέπων. ὅπερ Ὅμηρος αὖ ἐρύειν φησίν, ὥστε κατὰ τοῦ λαιμοῦ γίνεσθαι τὴν σφαγήν. Schol.

293. ὑπάξας. Sic optime membr. et duo alii codd. Aldus ἐπαΐξας, quod temere huc retractum e quarto subsequente versu. B.

ὑπ. etiam Bodl. Laud. Bar. 2. Ien. et Schol.

294. Ἀναστᾶν λόγους videtur esse: cum vocis contentione proferre; quod cum fit, spiritus quasi ex imo pectore duci atque hauriri videtur. Virgil. Aen. II, 375. — rumpitque has imo pectore voces. Menander apud Suidam v. ἀνεσπακώς:

Τούτους ἀνεσπάκασιν οὗτοι τοὺς λόγους.

Eustath. in Iliad. p. 553. ἀναστᾶν λέγεται καὶ ἐπὶ ἀλαζονείας, ὡς δηλοῖ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ Λόγους ἀνέσπα· ᾧ ὅμοιον καὶ τὸ Ὀφρῦς ἀναστᾶν. Aristides apud Photium p. 711. σκιᾷ τινὶ λόγους ἀναστῶντες, εἶφη ὁ Σοφοκλῆς. M.

295. ξυντιθεὶς γέλων πολὺν, multa ridicula congerens. Συμφορεῖν hoc sensu frequentari, erudite docet Cl. Wyttenbach. ad Plutarch. de sera Num. vind. vol. 2. p. 548'. C. M.

296. Ἰὼν veteribus illico, statim, significare, multis exemplis docuit Dorvill. ad Chariton. p. 297. Sed hoc statim ad praecedens aliquod tempus necessario referendum est, a quo celeritas ista supputetur. Huiusmodi nullum hic tempus indicatur, si Aiacem de poenis antea inflictis gloriari fingas. Praestat igitur, locum s. interpretari: multa ridicula congerens vel admiscens, quantam ipsis contumeliam statim deinde repensurus esset. Sed verba, ut hunc sensum praebere possint, unius literae mutatione iuvanda sunt. Legendum utique ἐκτίσοιτ' pro ἐκτίσαιτο. [s. v.] Hoc enim valet ἐκτισόμενος εἴη, 'ut ἀναστρέψοι Eurip. Hippol. 1190. idem est quod ἀναστρέψων εἴη. M.

297. ἀτάξας. s. Ald. Bodleïani duo et Laud. (nisi quod ἀταΐξας praeferunt), quod praestare vulgatae ἐταΐξας vel ἐτάξας, probe intellexit M.

301. v. ἔζετ', quod male convenit τῷ ἐρειφθεὶς, animadvertente etiam M. Nec placet νεκρῶν ἀρνείου φόνου, quamquam novi formas πάνυ σφόδρα, ἄλλως μάτην, et Homeri μόσχους λύγους, τρήρωνα πελείαν, similiaque laudata Musgravio ad Eurip. Hecub. 489 et Helen. 2. Sane scribendum est ἧζετ' ab ἄζομαι, contristor. Hesiodus Theog. 98.

Εἰ γάρ τις καὶ πένθος ἔχων νεοκηδέϊ θυμῷ
Ἄζηται, κραδίην ἀκαχήμενος, αὐτὰρ ἀοιδὸς,
Μουσάων θεράπων, κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων
Ὑμνήσῃ, μάκαράς τε θεοὺς, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν,
Αἶψ' ὅ γε δυσφρονέων ἐπιλήθεται, οὐδέ τι κηδέων
Μέμνηται, ταχέως δὲ παρέτραπε δῶρα θεάων.

Hesychium, qui τῷ ἄζεσθαι pro ἀγανακτεῖν usum Euripidem dicit, memoriae vitio Euripidem pro Sophocle scripsisse, et hunc Nostri locum in animo habuisse, puto. Simile erratum vide ad 316. In ἀρνείου φόνου iam intelligendum χάριν vel ἕνεκα. Gemina sunt τήκει 316, et φθίνει 393, quod male pro neutro habuerunt.

302. χερὶ figura Colophonia positum pro χερός.

304 — 305. φανείην. Sic optime scriptum in E. quod vel absque eo quivis reponere debuit. Nam quod vulgo legitur φανείην, manifesto mendosum est. φανείην aoristus est optativi passivi: φανοίην aoristus optativi activi, pro φάνοιμι, forma Attica in inflexis sollemni, in barytonis etiam non sine exemplo. Sic enim noster in Oedipo priore 821. ἐκπεφευγείην adhibet pro ἐκπεφεύγοιμι. De hoc metaplasmo vide Eustathium ad Il. A. p. 58. In D. scriptum φανείη cum duplici glossa: δειχθείη, δείξαιμι. Posterior ad nostram lectionem refertur. B.

Scilicet inter versus 304 et 5. haec v. exhibentur:

Εἰ μὴ φανείην πᾶν τὸ συντυχὸν πάθος.

Quae cave pro genuinis habeas, cum idem elegantius dicatur versu 305, manifestumque sit, nescio quem stolidum haec adscripsisse, ut intelligeremus, cur Tecmessae Aiax minitatus fuerit. Scriptum autem initio fuisse puto εἰ μὴ φαίην τὸ συντυχὸν πάθος, mox φανοίην πᾶν τὸ σ. π., ut versus efficeretur, sicut fieri solet.

Legitur quoque v. Ἔπειτ' ἐμοὶ τὰ δεί', sed τε requiritur a sequente καί.

305. ἐν τῷ πράγματος. Sic σύμμικτα λείας 53. vid. Antig. 1185, Philoct. 175. M.

313. βρυχώμενος. Sic Aldus et codd. omnes veteres, ut laudat Eustathius ad Il. Σ. p. 1145. In solo D. huic suprascriptum μυκώμενος, quod Triclinius praetulit. B.

315. ἄσιτος ὢνήρ. Perperam in libris ἀνήρ. B.

316. v. θακεῖ πεσὼν, pessime: nam si cecidit, sedere utique non potest. Τήκει pro τήκεται, figura Nostro perquam familiari. vid. ad Oedip. Col. 74.

319. v. Ἀλλ' ὦ φίλοι, τούτων γὰρ οὖν. ἐ., male divulsis syllabis: nam φίλοι locum non habet, nisi versu 321 Stobaeum seque velis, quem Tragici manum, nec praestasse, nec forsan exhibere voluisse, ibi demonstrare conabimur. Similiter peccatum Antig. 756.

321. νικῶνται λόγοις. Sic recte apud Stobaeum legitur Floril. Grotii p. 469. Tragici exemplarium quae exstant inepta lectio est νικῶνται φίλοι. B.

Prave accepto φίλων Stobaeus recte adstruere sibi visus est λόγοις, omissa voce φίλοι, quae tantum ad oeconomiam dramatis pertinebat. quod cave obtrudas Tragico. Nempe a φίλα, non a φίλοι, derivandum φίλων h. l., intelligendaeque sunt cupiditates vel perturbationes, quibus vehementissimis Aiacem fuisse, consentaneum est. S. p. φίλα sonare ψυχὴν, τὸ πάθος, τὸ παθητικὸν, ut cum Pythagoreis loquar et Platone, opposita illa τῇ γνώμῃ, τῷ νῷ, τῇ Φρονήσει, τῷ λόγῳ, erudite docet Ioann. Luzacius in Observatt. in Euripidis maxime Hippolytum. Aeschylus de Laïo, Oedipum procreante, Sept. 707:

Κρατηθεὶς ἐκ φίλων ἀβουλίαις,
Ἐγείνατο μὲν μόρον αὑτῷ,

quae quasi παραφράζει Euripides Phoeniss. 21:

Ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς, ἔς τε βακχεῖον πεσὼν,
Ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα.

Noster infra 1312, ex mea quidem emendatione:

Πῶς σὺ κρατεῖς τοι, τῶν φίλων νικώμενος;

Itidemque Euripides Antiopae fragm. 9:

Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακόν·
Γνώμῃ φρονοῦντες οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν,
Ψυχρῶν τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

S. enim legendum puto pro ψυχῇ, τὰ πολλά. Scriptor hymni in Martem 13. — ψυχῆς ἀπατηλὸν ὑπογνάμψαι φρεσὶν ὁρμήν. Significanter igitur Tecmessa: εἰ δύνασθέ τι, ut quae praevideret, a furiosis animi cupiditatibus denuo abreptum iri maritum suum. Οἱ τοιοίδε seu furentes accipias, seu, quod malim, homines, qualis Aiax, in quibus τὸ πάθος superare γνώμην solet, non multum interest.

323. διαπεφοιβάσθαι. E Scholiastae expositione colligit Valckenarius, lectitatum olim fuisse διαπεφοιτάσθαι. Vide Animad. ad Ammonium p. 149. B.

M. ad h. l.: Extat, inquit, verbum φοιβάω Callimach. Lavacr. Pallad. 11, Theocrit. 17, 134, Apollon. Rhod. 2, 302, ubique sensu abluendi, purgandi, nitidum reddendi. Nec magis, credo, conveniret φοιβάζω, vaticinor, Lycophroni adhibitum 6. Multo igitur praestat, quod offert Scholiastes, δια-

πεφοιτάσθαι. Hesychius: φοιτᾷ — μαίνεται. Φοῖτος, μανία, λύσσα. Διαπεφοιτάσθαι, pro διαπεφοιτηκέναι. S. αὐδωμένου pro αὐδῶντος Philoct. 131.

Sic ille. Sed cur mutemus vulgatam lectionem, equidem causam non perspicio, nec recte cepit φοιβάζω apud Lycophronem Anglus eruditissimus. vid. Schneider. lexicon h. v. Entheos furentibus esse similes, ipse observat Scholiastes, cuius adscribenda est annotatio: Διαπεφοιτάσθαι (s. enim haud dubie legendum est pro vulgato διαπεφοιβάσθαι), ἐκμεμηνέναι, παρὰ τὸν φοῖτον. ἢ διαπεφοιβάσθαι (haec vox v. excidit, quia toti animadversioni falso praescripta erat), ἀπὸ τῶν φοιβωμένων καὶ ἐνθουσιώντων· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι μανίᾳ τινὶ ὅμοιον πάσχουσί τι. Utrum igitur horum praeferas, eandem sententiam habebis, sed elegantius διαπεφοιβάσθαι.

325. μᾶλλον. intell. διαφοιβάσεται. B. edidit ἢ οὐκ ἠκούσατε, minus bene: nam τὸ ἤ, frequentatum in hoc genere, duo sententiae membra coniungit, nec vim habet asyndetum h. l.

328. ὦνήρ. Perperam in libris ἀνήρ, quem errorem correximus etiam septimo abhinc versu. B.

329. v. λυπεῖσθαι παρὼν, sed nondum conspiciebatur Aiax, itaque παρεῖναι dicendus non est. Παραλυπεῖν usitatum est.

337. Recte Schol. Διοίγω. Ἐνταῦθα ἐκκύκλημά τι γίνεται, ἵνα φανῇ ἐν μέσοις ὁ Αἴας ποιμνίοις.

340. v. μόνοι ἐμῶν φίλων, ex interpretatione, nec recte accepta loci sententia: nam μόνοι repetitur ἐμφατικῶς, et τ' non τε valet, sed τοι, φίλων autem ad ὀρθῷ νόμῳ pertinet, ut nihil prorsus subaudiendum relinquatur. Quibus probatis, vide quam clarior atque concinnior existat sensus. Sic σέ τοι, σέ τοι — 349.

342. ὑπὸ ζάλης, pro μετὰ ζάλης. — Ὑπὸ a poëtis pro μετὰ nonnunquam substitui, pluribus exemplis docuimus ad Trach. 410. M.

345. ὡς ἀφροντίστως ἔχει, intell. τὸ ἔργον, quam non considerate se habet factum. Ἀφρ. euphemismus est pro μανικῶς, quod Aiacis auribus ingratissimum haud dubie accidisset.

Ἀφρόντιστος, inconsideratus, Eurip. Med. 919, Xenophon Sympos. p. 520, Theocrit. 10, 20. M.

348. v. Ἀλίαν, minus apte metro. Ἄλιον, quod et Ἀττικώτερον, reposuit Godofr. Hermann, comparato Eurip. Heracl. 83.

349. ποιμένων ἐπαρκέσοντα. Usitata constructio esset ποιμέσιν ἐπαρκέσοντα, regibus vestris (qui Homero ποιμένες λαῶν audiunt) opitulari paratum. Sed hic Sophocles, ut multis praeterea in locis, genitivum pro dativo posuit. Vide infra 1216, 1364, Elect. 859, Philoct. 620, 841, 1148 (?), 1180. M. Sic et Philoct. 196. Διὸς ἀμάχητα βέλη dicuntur Herculis sagittae, etiam deis inexpugnabiles, siquidem fatales.

355. ἀφόβοις, valde timidis. vid. de eiusmodi adiectivis ad Trach. 106.

356. οἷον. intell. διὰ vel κατά: quanquam praestat, absolutum intelligi accusativum, de quo dictum ad 42.

361. χερσὶ μὲν — Sic Aldus et praestantissimi codd. Gl. ὄντας, id est ἐν χερσὶν ὄντας τοὺς ἀλάστορας μεθῆκα. Ex Triclinii interpolatione legitur ὃς χεροῖν μεθῆκα. B. Χερὶ ob versum reposuit G. Hermann.

363. Scholiastam carpit Heathius κλυτὰ consentem αἰπόλια appellari διὰ τὰς ἐν αὐτοῖς ταραχὰς καὶ φωνάς. Quam explicationem quia ipse non probat, nec aliam huius appellationis meliorem adferri posse opinatur, scribi debuisse existimat κλύτοις pro ἰκλύτοις. Homerum percunctetur, cur Cyclopis oves κλυτὰ μῆλα appellarit, Odyss. I. 308.

καὶ τότε πῦρ ἀνέκαιε, καὶ ἤμελγε κλυτὰ μῆλα. B.

Ironice dictum κλυτοῖς.

365. ἔδυσα. gl. ἔχεα. B.

368. πάνθ' ὁρῶν. Eustathius pag. 415. Σημαίωσαι δὲ καὶ ὅτι τὸ πάντ' ἐφορᾶν διαφέρειν δοκεῖ ποτε τοῦ πάντα ὁρᾶν. ἥλιος μὲν γὰρ ἀψόγως πάντ' ἐφορᾷ· ὁ δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ Ὀδυσσεὺς, ὡς πάντων ἀεὶ κακὸν ὄργανον, ἐπιψόγως πάνθ' ὁρᾶν λέγεται. καὶ εἰ μὴ ἂν οὕτως ἀλλάττῳ, ἐκεῖνο οὐκ ἂν τι διαλάθοι τὸν οὕτω περιέργως πάνθ' ὁρῶντα. — In plerisque libris sequitur ἁπάντων τ' ἀεί. Longe melius unus e nostris copulam omittit. B. Cur melius, non video.

370. ἄλημα hìc et paullo infra positum pro ἀλήτης, res pro persona. Vide ad Antig. 747. B.

V. legitur: κακ. τ' ἄλημα. sed non placet ἄλημα, tum, quia mox iterum recurrit verbum, tum praesertim, quia idem fere significaretur τοῖς πάνθ' ὁρῶν. Se irridere ausum esse Ulyssem, id nunc angit hominem. Lego igitur una voce τἄλμημα.

376. Iupiter Aeaci pater fuit, Aiacisque proavus. res nota.

377. πῶς ἄν, *usinam*, qua significatione his particulis utuntur saepissime Tragici. Vide Marklandum ad Eurip. Supplices 796. Hoc nisi ignorasset Heathii popularis, in mentem ei non venisset legi debere ὡς ἄν. B.

378. Hesychius: ἄλημα, ἐφθὸν ἄλευρον. Legendum, ni fallor, ἄλημα, λεπτὸν ἄλευρον, ut alibi: παιπάλη, ἄλευρον λεπτόν. — Pollen apud Graecos, recepta et quasi proverbiali metaphora, vafrum et subtile ingenium indicat. Aristoph. Nub. 259.

Δέγειν γενήσει τρίμμα, κρόταλον, παιπάλη.

— Latinis pari allusione subtiles audiunt, qui acumine excellunt, crassi, qui minus perspicaces sunt. Iam nihil magis bilem militi, praesertim strenuo, commovere, quam fortunatam vafritiem, nemo nescit: unde et Aiax ipse paulo ante omnia videndi facultatem acerbe Ulyssi exprobrat. — M.

379. βασιλεῖς. Sic bene Aldus et codd. omnes antiqui, quod Gregorii in libello de Dialectis canonem confirmat. Triclinius dedit βασιλῆς. Vide Lexicon in ΗΣ. B.

385. ἔλεσθέ μ', ἔλεσθ' οἰκήτορα. Sic emendate in D. Perperam Aldus et alii codd. pronomen geminant contra metricam rationem. B.

389. v. βλέπειν, τιν' εἰς ὄνασιν ἀνθ., quibus iure offensus M., reponebat: τιν' εἰς ὀνήσιμ' ἀνθρώπων, i. e., ut ipsi placet, εἰς ὀνησίμους τινὰς ἀνθρώπους, ad bonos gravesque homines, quod mihi durum videtur et affectatum. B. mire vertit: (mortalium) inutilium iam perinde mihi. Scripsi εἰς ἀντησιν, i. e. ἐν ἀντήσει, ut p. harum praepositionum altera in alterius locum succedit. vid. ad Antig. 1217.

390. Male B., Aldo obtemperans, omisit γ', versui necessarium, quod comparet in vulgatis editionibus, codicibusque Iohnsoni, praeter Barocc. 1., omnibus.

391. τοῖ γις οὖν Φύγῃ. Sic Aldus et veteres codd. Soloece Triclinius φύγοι. Vide quae notavimus ad Comici Plutum 438. B. Elegantior mihi videbatur Scholiastae commemorata lectio, τράπῃ.

394. τοῖςδε. gl. τοῖς βοσκήμασι. B.

Legitur v.:

Τοῖςδ' ὁμοῦ πέλας,

(sed vulgatae ante B. melius τοῖς δ')

Μωραῖς δ' ἄγραις etc.

quae omnibus fere interpretibus fixerunt crucem. Vide, an nos profecerimus. Certe ὁμοῦ glossema esse τοῦ πέλας, nemo, ut opinor, inficias ibit. Τὰ μὲν — τὰ δὲ, partim — partim, ut Trach. 283, 523. Integra haec ita sonant: — Εἰ τὰ μὲν ταῦτα φθίνει ἐμὰ, τοῖσιν (i. e. οἷσιν) πέλας προσκείμεθα, μωραῖς γε ἄγραις, τὰ δὲ etc. Significat Aiax, nec domi nec foris bene sibi esse posse.

394. Iambicus senarius durissimus, ut qui omni caesura careat, sed sic rei convenire visus fuerit Sophocli. Geminus huius antistrophicus. cf. 958. Legitur autem v. πᾶς δὲ στρατὸς, ut saepissime confunduntur inter se literae τ et π.

395. δίπαλτος. Intelligo duo spicula, quibus simul utebantur, praesertim si calida res esset, Homerici bellatores. vid. Iliad. 12, 464, Odyss. 1, 256.

M.: δίπαλτος. Extat vox Eurip. Iphig. Taur. 324., sed diverso, ni fallor, sensu. Significat hic exercitum magno impetu in Aiacem involaturum, quoniam, qui cupide aliquid faciunt, utraque manu, i. e. δίπαλτοι, facere solent. Ad hoc quoque alludere videtur Pindari χειρὶ διδύμᾳ Pyth. 2, antistr. 1. Horatius epist. 1, 18, 66.

Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum. — M.

396. v. χειρὶ Φονεύοι, minus eleganter.

399. ἰώ. Omissa haec vocula in veteribus codd. et in Aldina. B.

400. πόροι, fluvii. Sic Eurip. Phoeniss. 758 et 853. M.

402. πολύν με, πολύν. Sic dispositis vocibus metra examussim congruunt. Perverse Aldus et veteres codices πολὺν, πολύν με —. B.

406. Σκαμάνδριοι. In Aldina operarum errore Σκαμάνδριο, et altero abhinc versu ἄνδρα με, pro μή. B.

407. v. εὔφρονες vel ἐϋφρονες. Benevolum, inquit M., Graecis potius quam Troianis fuisse Scamandrum, penitus negat Homerus Iliad. υ, 74. collat. cum 36. et 40. An ergo legamus δύςφρονες, inimicae, ut Eurip. Androm. 288 et 491? — S. ille. nec dubitari potest, corruptum esse ἐϋφρονες, sed δύςφρονες nimis absimile. Repono δαΐφρονες: nam Δ, praesertim cum versiculi sit initialis litera, facile absorberi potuit a simili A, et p. inter se permutantur α, αι, ει, ευ.

409. v. Ἐξερέω, minus concinne.

410. v. οὔ τινα στρατ.; ex interpretatione.

στρατοῦ, in exercitu. Sic τᾶςδε γᾶς Eurip. Troad. 859. vid. infra 1008, 1139, 1355. M. Similiter hymni in Mercurium 143. δολιχῇς ὁδοῦ, in via longa.

415. αἲ, αἲ. Ludicrum est et a tragoediae gravitate alienum, malis aliquem oppressum e vocum simili sono et tam frigida etymologia conquerendi argumentum sumere. Huiusmodi lusibus mire indulsit Euripides, quibus adeo noster temperavit, ut in eius reliquiis vix aliud praeter hoc exemplum reperiatur. B. A talibus neque Aeschylus abstinuit. vid. Prom. 85. Sept. 539. Suppl. 297.

416. ξυνοίσειν. Photius lex. MS., excriptus a Suida: συμφέρῃ, συναρμόττει, συμφωνεῖ. M.

420. Observa verbum ἀριστεύειν, neutrum transitive hic adhibitum. B.

Hoc quoque ad exempla illa referri potest, quae protulimus ad 42.

Καλλιστεῖα proprie est praemium pulchritudinis, ut apud Lucianum in Dearum iudicio. Hic simpliciter praemium valet. Quod docent lexica, καλλιστεύειν esse fortissime se gerere, ex male intellecto Herodoti loco 7, 180 natum est. M.

421. v. πᾶσαν εὔκλειαν, maximam gloriam, vel, ut M. interpretatur, unice gloriam, gloriam nullo dedecore mixtam,

ut πᾶν κέρδος ἡγοῦ dicatur Eurip. Med. 459, αἷμα πᾶν πτύοντα apud Hesych. cf. lexic. v. πᾶς. Sed maxima gloria praecedente versu satis, longeque elegantius, significata est, et dolorem Aiacis accumulare debuit, quod qui ipsi, filio, gloriam attulisset, pater, ei dedecus a se retribueretur. Repono igitur παισίν.

424. χειρὸς ἐμῆς, pro χειρὶ ἐμῇ. Vid. annotata supra ad 349, et ad Eurip. Hercul. fur. 940. M.

ἀρκέσας ἔργα, i. e. ἀρκέσας ἔργοις. vid. ad 42. Animadvertit etiam M.

431. v. καὶ Φρύνες δ., quod qui retinendum arbitrantur, nugas agunt. Non infrequens hic lapsus.

432. ἀπῆξαν, ab ἀπάσσω, non ab ἀπάγω, unde si esset, verisimile est scripturum fuisse poëtam γνώμης μ' ἀπῆξαν τῆς ἐμῆς. Aldus tamen et veteres codd. habent ἀπῆξαν, quod ambiguum non est, quum librariis mos constans fuerit ἀπαΐσσω, ἀπήϊξαν scribendi. In D. alia lectio est ἀπεῖρξαν, cum glossa ἀπήγαγον, ἐκώλυσαν. Harum interpretationum prior ad ἀπῆξαν pertinet. B.

434. De anachronismo, qui hisce inest, vid. Eustath. ad 1249.

436. χεῖρ' ἐπεντείνοντ' ἐμήν. Sic liquido scriptum in E. cum glossa ἐπεμβαλόντα. Et hoc etiam praefert codex Triclinii recensionem exhibens, tametsi Turnebus Aldi lectionem retinuit ἐπεντύνοντ', quae manifesto vitiosa est. Coniecerat Valckenarius ἐπευθύνοντ', quod et ipsum alienum est. B.

At falsam notionem inducit verbi ἐπεντείνοντα prior praepositio. quare sequor M. S., ipso monente, Liban. vol. 2. p. 139. δεξιὰς — οὐκ ἀνέτειναν.

437. v. λυσσώδη νόσον, quod interpretantis puto. Certe nostra lectio, quae exstat in Suida v. ἀδάμαστος, exquisitior est et concinnior, cum sic pronomen pertineat ad ἐμβαλοῦσα, quod ut fieret facilius, signum commatis delevi post ἔσφηλεν. Pulcre hoc vidit Hemsterhusius Timaei lexic. Platon. ed. Ruhnken. p. 106. Et amat eiusmodi enallagas poëta. vid. infra ad 781. Ceterum grammaticus τὸ ἀδάμαστος accipit pro παρθένος, ἄζυξ.

441. βλάπτοι. gl. ἐμποδίζοι. Eustath. ad Odyss. A. p. 1410. Βλάπτειν, κυρίως τὸ ἐμποδίζειν τὸν τρέχοντα, καὶ οἱονεὶ βάλλειν, ὅ ἐστι ῥίπτειν καὶ οὕτως λάπτειν· ἐξ ὧν δοκεῖ τὸ βλάπτειν συγκεῖσθαι. καὶ ἔστιν ὅμοιον βλάπτειν εἰπεῖν καὶ σφάλλειν. καὶ Ὁμηρος οὖν οὐχ ἁπλῶς εἶπε βλάπτειν, ἀλλὰ βλάπτουσι κελεύθου, ἤτοι ἐμποδὼν γίνονται εἰς ὁδόν. B.

446 v. Μένους τ' Ἀτρείδας. Triclinius: ἐμοῦ μεμονωμένους, me destitutos; quod mihi videtur affectatum. Literas N et P saepe inter se permutari, monet doctissimus Porson ad Eurip. Med. 937. S. infra 602. chorus: μελέοις Ἀτρείδαις. Similium confusio literarum praecipuus corruptionis fons, quod etiam loco Theognidis probabo, qui legitur Brunckii Gnomicorum pag. 24. ubi pro χρήματα τῶν ἐχθρῶν τοῖσι φίλοισιν ἔχειν reponendum est χ. τ. ἔ. τ. φιλοῦσιν ἔχειν.

449. v. Γυμνὸν φαν. At quid tunc faciemus τῷ ἄτερ? Γύνυν reliquit Sophocles, i. e. pumilionem, degeneratum, quam vocem ab equis et asinis ad homines transferri, docet Hesychius. vid. Stephan. lexic. v. ὕννος. Forte verbum Aiacem decet.

454. εὐφράναιμι. Sic membr. codicesque alii omnes et Turnebus. In Aldina εὐφράνοιμι, quod Stephanus revocavit. B.

455. v. Οὐκ ἔστι ταῦτα, sensu non conveniente. Legendum οὐκ ἔστι ταύτῃ, intellecto ταῦτα. De qua forma vid. Valck. ad Eurip. Hippol. 41. Utuntur autem ea, qui res remedia ve spernunt, quibus meliora vel nacti sunt, vel nacturos se sperant. Eurip. Med. 365. Ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα: At ita hoc non abibit. Aristoph. Equit. 843.

Οὐκ, ὦ 'γαθοὶ, ταῦτ' ἐστί πω ταύτῃ, μὰ τὸν Ποσειδῶ.

Gravissima brevitate Aiax: Οὐκ ἔστι ταύτῃ, plane ut Aeneas Virgil. 2, 583: Non ita.

πεῖρα. gl. μεταχείρησις. B.

456. δηλώτω — μὴ γεγώς. Nihil magis obvium hoc idiotismo, quo participium ponitur pro infinitivo. δείξω πεποιηκὼς, pro δείξω πεποιηκέναι. Imitantur veteres Latini. Plautus Asinaria III. 3.

Argenti viginti minae me modo ad mortem appulerunt,
quas hodie adulescens Diabolus ipsi daturus dixit. B.

457. Φύσιν ἀσπλαγχνος, degener. Tragica περισσολογία: nam idem hoc loco valent Φύσις et σπλάγχνα.

459. v. κακοῖσιν, obscure, quod M. pro κακῶν accipiebat, figurá Colophonia. Sed haud dubie legendum κάκωσιν, i. e. βλάβην, sive a deis, sive ab hominibus inflictam, noxam, intellecto κατά. vid. 440, 1.

460. v. παρ' ἦμαρ, quod esset alternis diebus, sententia inepta. Compendium praepositionis fefellit librarium. Πρὸς ἦμαρ, pro ἤματι, ut Eurip. Phoeniss. 1693: πρόσθες τυφλὴν χέρ' ἐπὶ πρόσωπα.

461. κἀνεθεῖσα. Sic membr. pro varia lectione. In serie versus scriptum κἀναθεῖσα, ut ceteri omnes habent libri tam scripti quam impressi. Glossae: ΠΡΟΣΘΕΙΣΆ. ἑαυτὴν δηλαδή. παρατεθεῖσα, προσδήκην ποιήσασα. Κ'ΑιΝΑΘΕΙΣΑ. ἀναβολὴν ποιήσασα καὶ ἀνάθεσιν, ἀνατεθεῖσα, ὑπέρθεσιν ποιοῦσα. Hoc quidem sensu probum est ἀναθεῖσα, sed quin locum tueatur obstat constructionis ratio: oporteret enim τό γε κατθανεῖν, quod metrum non admittit. Quam restituimus lectionem interpretatus est vetus Magister, cuius notam in minoribus scholiis e codice D. exhibuimus. B. En tibi illam annotationem: Κἀναθεῖσα, ἀναβολὴν ποιήσασα, ὅθεν καὶ ἀνάθεσις, ἡ ὑπέρθεσις.

466. ὑπόβλητον λόγον. Eustath. p. 106. ὑποβάλλειν λέγεται, τὸ νόθα ταῖς ἀδινούσαις ὑποτιθέναι βρέφη, ἃ καὶ ὑποβολιμαῖα διὰ τοῦτο λέγονται. ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ὑποβολιμαίους εἶπε λόγους, τοὺς μὴ γνησίους τῆς σώφρονος διανοίας, ἀλλὰ νόθους. Vide Oed. Col. 770. B.

470. ἀναγκαία τύχη, *captivitas*. Eustathius ad Il. Π. p. 1089. ἦμαρ δὲ ἀναγκαῖον, τὸ τῆς ἁλώσεως καὶ δουλώσεως, ἐν ᾧ τις ἀνάγκην πάσχει. ὅθεν καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἀναγκαία τύχη, ἡ δουλικὴ, καθ' ἣν οὐ ζῇ τις ὡς βούλεται, ἀλλὰ δουλικῶς. διὸ καὶ ἀντιτέθη τὸ ἐλεύθερον ἦμαρ, καὶ τὸ ἦμαρ ἀναγκαῖον. B. Τύχη ἀναγκαία quicquid fatale est, indicat, in hoc servitutem. S. et Musgravio placuisse video, qui confert Eurip. Alcest. 986. Non audiendus Eustathius.

478. ἧς ξυνηλλάχθης. Sic membr. et duo alii codd. Aldus ᾗ. Attici relativum articulum construunt casu substantivi, quo refertur, non eo, quem regit adiunctum verbum. Exempla passim obvia. Vide quae notavimus ad Comici Thesmoph. 835. B.

481. τελευτήσας μ' ἀΦῆς. Insertum pronomen in omnibus libris perperam omissum. B.

Corrupte legitur: ἦν γὰρ — ἀΦῆς. Legendum ᾗ (ἡμέρᾳ, quod sequens versus praebet) θανεῖ σ. κ. τ. ἄπεις. Ἀφῆς tralatum ex antecedente versu.

484. τροφὴν, vitam, ut Elect. 1142, etc.

489. ἐλᾷ futurum est Attica forma, ut infra 735. Oed. T. 413. Eurip. Androm. 710. B.

496. σοῦ μένος, i. e. σοῦ μονούμενος, quod habes Eurip. Alcest. 381 et p.

διοίσεται. subaud. βίον vel αἰῶνα. Plena locutio exstat Herodot. 3, 40, elliptica Rhesi 985. M.

497. Recte commate tantum post Φίλων distinguit Henr. Stephanus, intellecto ἐνθυμούμενος, vel simili.

500. μοι πατρίδ'. Sic Aldus et codd. veteres. Triclinius μου dedit invenuste. B.

501, 2. v.:

Καὶ μητέρ' · ἀλλ' ἡ μοῖρα τὸν Φύσαντά μὲ
Καθεῖλεν Ἅιδου θανασίμους οἰκήτορας.

Immanis esset et abominabilis femina Tecmessa, si virum amare posset, qui matrem ipsius interfecisset. Apage horrorem talem a Sophocle! ΗΔΗ et ΑΔΙΗ quam facile inter se permutari potuerint, vides, neque aegre κατεῖχεν in καθεῖλεν transiit: nam si καθεῖλεν, peremit, retinueris, frigebit θανασίμους, nec qui dicti fuere interfecti, eodem commate apte fingantur οἰκήτορες. Homerus Iliad. 3, 243.:

Ὣς φάτο · τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν Φυσίζοος αἶα
Ἐν Λακεδαίμονι αὖθι, Φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ.

S. p. similes confunduntur literae et literarum ductus, velut in Timocreontis Rhodii poëmatio de Pluto pessime legitur ἠτείρῳ pro eo, quod reponendum censeo, ἐμπύρῳ, i. e. elemento igneo, aethere, quod et descriptionem naturae partium

absolvit, et scite opponitur τῇ θαλάσσῃ. Ἐμπύρῳ fortasse in libris suis invenerat Miltonus, indeque effinxit πολυθρύλλητον suum empyreum. sic itaque existimo, etsi me non fugiat locus in Aristophanis Acharnensibus, ad cuius similitudinem haec sunt expressa.

502. Αιδου οἰκήτορας. Supplenda praepositio εἰς, quae supprimi solet. Pronum erat scribere καθεῖλ' ἐς Αιδου. B.

Καθεῖλ' ἐς Ἀιδου coniecerat is, qui curavit editionem Sophoclis Lond. 1722, quod et Musgravio in mentem venit. καθεῖλ' quoque, non καθεῖλεν, praeferunt scholia minora, monente eruditissimo Buttmanno, ut idem invenisse scriptores eorum videantur. sed vide praecedentem animadversionem.

506. Eodem argumento, sed minus verecunde, utitur Hecuba apud Euripidem Hecub. 828. M.

509. v. Οὐκ ἂν γένοιτό ποθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ. Minime ferendus anapaestus sede tertia. quem vitaturus doctissimus Porsonus, secutus MS. Suidae in Collegii Corporis Christi bibliotheca apud Oxonienses, ubi quidem legitur Οὔπω γένοιτ' ἂν etc., quia πω et ποτε confundi solent, tentabat: Οὔποτε γένοιτ' ἂν οὗτος s. ἀ: cetera non male, nisi quod, qui talia depravari potuerint tam aperta, tam suum quaeque locum firmiter tuentia, perspici non possit. Nempe πο — natum ex simili, quae antecedit, syllaba το, legendumque est γένοιτ' ἔθ' οὗτος. Sic p. eleganter usurpatur ἔτι. Cf. huius fabulae 1039, 1057. Rectius et amantius generosum non amplius tunc fore, quam nunquam fuisse, Aiacem dicit mulier: nam fuit sane. Illud οὔπω fortasse ex οὔ τοι depravatum.

516. Φέβεσθαι, propter metum. vide ad Antig. 1195. B.

517. v. Ἐν τοῖσδε. Sed ἐν locum non habet.

519. v. τ' ἦν ἄν, sed recte monet Porsonus ad Eurip. Med. 863, γέ τε nunquam Atticos coniungere, itaque accipiendum esse τ' pro τοι, quod elidi non potest ante ἦν, sed per crasin vocalem brevem producere, ut Aristoph. Acharn. 161. Legendum igitur esse ex vetustis Scholiorum editionibus τ' ἂν ἦν.

520. τοῦτό γ' ἀρκέσαι, hoc ut propulsarem. S. Homerus ἦρκεσ' ὄλεθρον non semel. M.

522. τί δῆτα δρῶσ' ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοῖμί σε; Aldus et codd. hunc versum sic depravatum exhibent:

τί δῆτ' ἂν ὡς ἐκ τῶνδ' ἂν ὠφελοῖμί σε;

Scabra est lectio, in qua non satis apparet quid sibi velit ὡς, et invenuste geminatur ἄν. Tragici manum certa et elegantissima coniectura restituit generosus Batavus Ericus Hubertus van Eldik. Euripid. Iphig. A. 1463.

ἔσθ' ὅ τι κατ' Ἀργος δρῶσά σοι χάριν φέρω.

In Heathii lectionibus ὡς ἐκ τῶνδε perperam exponitur, *ut res nunc se habent*. Aliquanto melius glossae in codd. nostris, κατὰ τὰ μετὰ ταῦτα. Pravum ὡς omnes perinde frustra habuit. ἐκ τῶνδε pro *postea, dehinc* frequentat Sophocles. B.

Tam violenta medicina carebimus. Scribendum ὡς ἐκ τοῦδε, quod hunc (filium) attinet, et δῆτά γ' pro δῆτ' ἄν, quanquam et sic geminatae particulae exempla exstant. Barocc. 1. τί δῆτα ὡς.

525. παρουσίαν ἔχειν. ἤτοι παρεῖναι. Schol.

528. λελειμμένῳ λόγου, i. e. ὑστερήσαντι, adeo longe absenti, ut exaudire nequeat. S. λειφθεὶς μάχης Eurip. Heraclid. 734. Idem sensu non plane eodem λέλειμμαι νύμων Helen. 1266. M.

530. Αἶρε δεῦρο. ἀντὶ τοῦ πρόσφερε, ὡς τὸ Μή μοι οἶνον ἄειρε (Iliad ζ, 264). Schol.

531. νεοσφαγῆ του τόνδε. Sic Aldus et plerique codd. veteres. In quibusdam νεοσφαγῆ τοῦτόν γε. B.

539. Post hunc versum codd. et impressi istum exhibent, qui forte olim margini adscriptus, ab indocto librario in textum illatus fuit:

τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ, κάρτ' ἀνώδυνον κακόν.

Qui hanc sententiam excerpsit Stobaeus Floril. Grotii p. 335. addititium illum versum non adgnoscit. Vide Valckenarium ad Hippol. 247. B.

Post versum Ὅσ' οὕνεκ' οὐδὲν sic legitur in libris:

Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίας.

Τὸ μὴ φρονεῖν etc.

Quorum versiculorum alterutrum suppositicium esse, facile intelligas; sed, uter consummatissimo dignior Tragico habendus sit, quaeritur. Priorem B. praefert, ego alterum graviorem puto et Sophocleum, cui cum nescio quis, explicationis causa, adscripsisset: τὸ φρονεῖν μηδὲν ἥδιστον, nasutulus quidam, qui centies in extremis scenariis legisset βίος, versum hunc ratus, dedit ἥδι-

στος βίος, et reliquis paulum immutatis, sententiam ἔμμετρον effecit, quae suaviter quidem ad aures accidit, sed mala fide, qua praecedentem reddit, spuria deprehenditur. Verbum κακὸν enim, quod elegantissimum est, plane omisit interpolator, et τὸ ἀνώδυνον interpretatus ἥδιστον vel ἥδιστος βίος, ingenium Scholiastarum et enarratorum vulgare prodidit, verba, etiam gravissima, laxe explicare satis habentium. Imo ne pueritiam quidem Aiax, cui res humanae omnino sordent, simpliciter laudat, quod faceret, si βίον ἥδιστον eam esse poneret, sed vocat eam κακὸν ἀνώδυνον, malum doloris expers, cum reliqua hominis vita omnibus tum corporis tum animi malis misere excrucietur. M. quoque versum Ἐν τῷ Φρονεῖν simplicem quidem et venustum arbitrabatur, sed a Sophoclis grandiloquentia alienum, quemque mendi certissime argueret repetitum γάρ, quod nuspiam in probato scriptore citra corruptelam inveniretur.

540. Abundat utrobique τό. vid. ad Elect. 990. Τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι elegans descriptio est humanae vitae, quae in gaudiis doloribusque mixtis cernitur.

541. ὅπως δείξεις. Sic emendate membr. et plerique alii codd. etiam ille, qui Triclinii recensionem exhibet. In membr. adposita observatio, quam in minoribus scholiis edidimus. In impressis exstat δείξῃς, quod plane soloecum ex mera purioris hellenismi ignorantia retinuit Turnebus. ὅπως *ut* finale significans cum subiunctivo recte construitur, at numquam, quando, ut hic, a suppresso verbo pendet. Vide quae notavimus ad Comici Nubes 490. Dawesio, qui canonem hunc graece loquendi adstruxit, stolide obloquitur Parisinus Professor, exempla excitans, quae nihil ad rem faciunt. Quippe eorum nullum est, in quo ἵνα vel ὅπως non positum sit pro *ut* finali. B.

543. κούφοις πνεύμασιν. Translationem a plantis tenuioribus duci, monet Scholiastes, quibus multum aut nocent aurae aut prosunt. Catullus 63:

Ut flos in septis secretus nascitur hortis,
Quem mulcent aurae. M.

545. οὐ μὴ τις ὑβρίσει. Sic E. et meus ex emendatione inter lineas: nam in contextu, ut ceteri, habent ὑβρίσει, quod plane soloecum est. Glossa ἀτιμάσει nostram lectionem spectat. B. De

hoc οἶδα vid. ad 98.

549. Τηλωτός. [s. enim v. legitur.] Testatur Scholiastes, in nonnullis libris scriptum fuisse τηλουργὸς, non τηλωτός. Legendum utique τηλουρός. Vid. Eurip. Orest. 1331, Androm. 890, Electr. 251. M.

Quod praeterea Scholiastes commemorat, Φρουρὰν, pro Σῆραν, vel διττογραφία est, vel potius glossema, cum aliquis fortasse existimaret, noctu rectius custodias agi, quam praedas. sed aliter Ajaci visum supra 334.

551. Τμῖν τε — Κείνῳ τε. Multiplex harum et similium usus coniunctionum. de quo vid. ad Trach. 1009.

554. Τελαμῶνι δείξει. Sic membr. et E. bene. Quippe etiam quum ut finale significat, ὅπως cum futuro indicativi construere amant Attici. Vide Oed. T. 1488. B.

556. μέχρις οὗ. Sic codd. plerique et probatissimi cum Scholiasta. Alii μέχρις ἂν —. B.

Legendum μέχρις μυχοὺς, absque οὗ vel ἄν. hoc enim quoque usus permittit, et versui magis convenit.

558. ὁ λυμεὼν ἐμός. Ulysses. Similiter in Philoctete Euripidea ex Dionis Chrysostomi paraphrasi, Valck. diatrib. pag. 122., Ulysses de se ipse: Τὸν δὴ τοιοῦτον ἄνδρα (Palamedem) ὁ κοινὸς τῶν Ἑλλήνων λυμεὼν διέφθειρε.

562. κοινὰ adverbialiter pro κοινῶς. gl. ὁμοῦ ἐμοὶ, ἤγουν σὺν ἐμοί. B.

564. καὶ δῶμα πάκτου. Haud infrequens librariorum error in distinguendis vocibus monstrum lectionis peperit, quod codices nostros omnes insidet, καὶ δῶμ' ἀπάκτου. Adposita in plerisque glossa ἄπαγε. Et hoc quidem plerique interpretes arbitrati sunt a vetere Scholiasta confirmari, quibus fraudi fuit scholiorum editio interpolata. Falsa derivatio verbi ἀπακτοῦν recentioris Graeculi commentum est, scholiis antiquis insertum ab Ant. Fracino, qui Iuntinam editionem curavit. Verbum istud ne graecum quidem est. Eustathius plurimis in locis Sophocleam hanc excitat χρῆσιν, semperque laudat καὶ δῶμα πάκτου. Sic ille p. 742. Τὸ πακτοῦν, ὃ ἐστιν ἀσφαλίζεσθαι, οὗ χρῆσις παρά τε Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Καὶ δῶμα πάκτου, ἤγουν σύγκλειε ἀσφαλῶς, καὶ παρὰ τῷ κωμικῷ ἐν τῷ (Vesp. 128.) Κἀπακτώσαμέν γε, ἤγουν καὶ

ἐτακτώσαμεν. Vide eumdem p. 1532. l. 59. ubi Herodoti verba profert, quae exstant L. II. p. 146. l. 7. ad quae videndus omnino Valckenarius. Comicus in Lysistrata 265.

μοχλοῖς δὲ καὶ κλῄθροισι
τὰ προπύλαια πακτοῦν B.

566. πρὸς ἰατροῦ. Non abundat πρὸς, quae particula, quando τὸ καθῆκον, *officium* significat, cum genitivo construitur. Vide indicem nostrum in Aristophanem. — θροεῖν. In B. θρηνεῖν, quod etiam membr. in contextu exhibent, superscripta varia lectione, γρ. θροεῖν. Hoc sequitur Suidas in ἐπῳδὸς, illud in θρηνεῖν. At θροεῖν ex glossemate ortum est. Quin θρηνεῖν scripserit Noster, dubitare non sinit Eustathius, qui duobus in locis lectionem hanc confirmat, quod quidem serius animadverti. Sic ille p. 648. Τὸ γοάσα, καθὰ καὶ τὸ αὐτῆς θέμα, τὸ γοᾶσθαι, ἔστι μὲν ἐξ ὀνοματοποιΐας, ἀφ' ἧς καὶ ὁ γόος· παράγει δὲ καὶ τὸν παρὰ τοῖς ὕστερον γόητα, εἰπεῖν δὲ ταυτὸν, θρηνώδη ἐπαοιδὸν, καθὰ Σοφοκλῆς ὑποδηλοῖ ἐν τῷ, Οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ θρήνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι. Eamdem χρῆσιν excitat rursus p. 1147. ubi subiicit: πάντως γὰρ τὸ θρηνεῖν ἐπῳδάς, ταυτὸν ἐστι τῷ γοερῶς ἐπᾴδειν, ὃ καὶ γόης ποιεῖ. B. Πύκαζε valet πυκάζου. vid. ad Oedip. Col. 74. Hesych. πύκαζε, κάλυπτε.

V. quoque τομῶντι πήματι, quod interpretamentum mihi videtur commemoratae a Scholiasta lectionis τραύματι.

569. οὐ γάρ μ' ἀρέσκει non est pro ἀρέσκει μοι, sed ἀρέσκει με. Vide quae notavimus ad Comici Plutum 353. et Gregorium de Dial. Attica §. XXIII. B.

571. σωφρονεῖν. gl. μὴ ἀτακτεῖν μηδὲ περιεργάζεσθαι. B.

572. v. Οἵ μ', ὡς ἀθ., frequentissimo errore. vid. ad Antig. 318.

577. ἀρκεῖν. gl. ἀντὶ τοῦ ἐπαρκεῖν, τουτέστι βοηθεῖν, ὑπηρετεῖν. Desperata omni salute, tamquam si e vita iam excessisset, nihil se deis debere ait Aiax. Sententiam hanc expressit Virgilius, ubi Aeneas mortuum Pallanta deflens, ait:

Nos invenem exanimum, et nil iam coelestibus ullis
debentem, vano moesti comitamur honore.

In fine versus interrogandi signum poni debuit. B.

Ἀρκεῖν praestare, ut 424. Ὀφειλέτης infinitivo subiecto ha-

betur Rhes. 968. M.

581. Cumulantur in hoc cantico breves versus ad exprimendum chori metum angoremque quasi singultientem; longiores autem fere gravissimis acerrimisque pedibus constant metricis, ut tantae animorum perturbationi convenit.

582. ναίεις. Imitatur Homerum, qui in catalogo navium sic verbum ναίειν usurpat (Iliad. 2, 626):

οἱ δ' ἐκ Δουλιχίοιο, Ἐχινάων θ' ἱεράων
νήσων, αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς Ἠλιδος ἄντα.

ibi ναίουσιν est pro ναίονται. Vide Eustathium p. 306. B.

— Similiter Apollon. Rhod. 1, 831.

Νήσων, Αἰγαίῃ ὅσαι εἰν ἁλὶ ναιετάουσι. M.

Longe ποιητικώτερον est, active verbum accipi, quam passive.

687. v. Λειμωνία ποίᾳ
μήλων, ἀνήρ.,

turbatis metris; atque ecce tibi utrosque Baroccianos, qui perspicue scriptum exhibent λειμωνίδι. Porro ποίᾳ versui non convenit, πόᾳ convenit, quod etiam in Ien. legitur MS. Deinde reponendum uno ductu μηλοπόᾳ, quod glossemati cessisse, mirum non est. Peritis scribo.

B. ad h. l.: ποίᾳ. S. membr. et plerique alii codd. In Aldina πόᾳ.

588. εὐνέμα. Sic Aldus et codd. omnes veteres. Triclinius, ut metra melius quadrarent, imperite supposuit εὐνώμα, quam scripturam trochaici metri ratio non flagitat. Doricum est εὐνέμας pro εὔνομος, quae forma poëtis Atticis in melicis frequentata. Sic Euripides in Phoen. τίς οὗτος ὁ λευκολέφας; ad quem locum vide Valckenarii notam p. 42. Apud Comicum multa occurrunt huiusmodi, ut χρυσοκόμας Av. 216. εὐλύρας Thesmoph. 969. εὔνομος χρόνος recte exponitur ὁ καλῶς μεριζόμενος εἰς τέσσαρας ὥρας. B.

Male ἀνήριθμος accipitur nullo numero habitus, quasi inhonorati fuissent in Troiana expeditione milites ac nautae. Positum est, ut p., adiectivum pro adverbio, explicandumque sine modo vel fine, ut bene monet V. Cf. 1152, 3.

Εὐνέμᾳ respui a sensu et metro, recte iudicat M. Εὐνομῷ praefert cod. Ien., i. e. εὐνώμῳ, εὐκινήτῳ, celeri, volubili;

γωμᾶν enim valet κινεῖσθαι. Noster, observante M., apud Stobaeum serm. 61.

Νωμᾷ δ' ἐν οἰωνοῖσι τοὐκείνης πτερόν.

Archias in Anthолog. p. 30. Cf. Aeschyl. Cho. 275.

Ἔν ποτε παμφαίνοντι μελάντερος αἰθέρι γωμῶν.

590. ἀνύσειν τὸν Ἅιδαν. Vide not. ad Oed. Col. 1517. B.

594. ξύναυλος, contúbernalis: qua fere potestate alibi dixit ξύνοικος et ξυναυκεῖν. vid. Oed. Col. 1102, 1204. M.

598. Φρενός γ' — Particulam ob metrum insertam non adgnoscunt codd. nec Aldus. — οἰοβότας. gl. ἤγουν ἀποπλανηθεὶς τῆς Φρενός. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πλανηθέντων προβάτων, καὶ μόνων βοσκομένων. Turnebus Triclinii pravam scripturam secutus est οἰωβότας. B. vid. ad strophicum.

600. τὰ πρὶν δ' ἔργα χεροῖν μεγίστας ἀρετᾶς. Aldus et veteres codd. habent τὰ πρὶν δ' ἔργα χερσὶ (vel χερσὶν) μέγιστ' ἀρετᾶς. quod salvo metro neutiquam retineri potuit. Triclinio seu probata, seu excogitata lectio usquequaque praeferenda est. B.

603. παλαιᾷ — ἀμέρᾳ. Eandem phrasin habet Eurip. Rhes. 390. Vide et annotata ad Phoeniss. 554. M.

607. v. Φρενομέρως, mendose. Ald. Φρενομώρως. Hesychius: μόρος — φθόρος — νόσος. Unde Musgravio Φρενομόρως idem esse videbatur quod Φρενοβλαβῶς. Mihi Φρενόμορος valet Φρενοδαλὶς, Φρενοβλάβεια. Cf. Aeschyli Cho. 286.

608. v. οὐδ', affirmative quoque his acceptis, quasi negatio τῷ ἀλλ' opponeretur versu abhinc tertio; unde mirae exstitere versiones.

610. ᾠδὰς, catachrestice pro eiulatus. Oppianus Cyneg. 2, 363.

— — ἀείδειν στονόεν μέλος ἀμφὶ τεκούσῃ.

et 548. — γόον ὕστατον ἀείδοντες.

613. v. ἀμύγματα, non congruente metro antistrophici.

615. v. κεύθων, ἢ νοσῶν μάταν, quae corruptionis arguit versus strophicus. Ἄνοσος, morbosissimus. vid. de huiusmodi adiectivis ad Trach. 106.

κεύθων, i. e. κευθόμενος. vid. ad Oedip. Col. 74.

617. ἄριστος. Haec vox nec in Aldina nec in codicum veterum ullo comparet. Eam Triclinius se reposuisse fatetur ex

antiquissimo exemplari. Elegantius esset ἄριστα, quod e Scholiasta adsumi poterat. B.

ἥκων, γενόμενος, ὤν. vid. ad Oedip. Col. 1317. M. haec confert: Philoct. 180. Virgil. Georg. 1, 29:

An deus immensi venias maris,

Eiusdem Aen. 5, 344:

Gratior et pulchro veniens in corpore virtus.

620. ἐκτός. vid. ad Oed. Col. 1198.

623. ἔῤῥεψεν, i. e. εἶχε. Sophocli familiaris hac potestate vox. vid. ad Oedip. Tyr. 369.

624. ἄτερθέ γε τοῦδε. Insertam ob metrum a Triclinio particulam omittunt veteres codd. et Aldus, B. vid. ad strophicum. αἰὼν Αἰακιδᾶν periphrasis est personae. vid. ad Oed. Col. 770.

627. ἁλίσκεται. Bene Iohnsonus: expugnatur. Et s. est Pindar. Olymp. 8. epod. 2. M.

628. χ' αἱ περισκελεῖς φρένες. Sic scribi debuisse nemo non sentiat: male in libris καὶ περισκελεῖς — *praefracti, obstinati animi*. De varia huius vocis significatione vide Gatakerum ad M. Antoninum p. 116. B.

V. legitur ὅρκος, insulse. Saepe ὄγκος et ὅρκος, ὄγκωμα et ὅρκωμα, alterum alterius locum invaserunt. qua de re monui ad Aeschyli Eum. 457 et 578.

629. Scholiastae variam lectionem ἐκπεπίληκ' ἔτη ex 304. manasse, monet Ast.

630. Βαφῇ σίδηρος ὡς. Ferri aciem immersione in aquam frigidam durari iam Homeri seculo notum erat. vid. Odyss. i, 393. — M.

633. παρακτίους λειμῶνας. Litora memorat, tanquam aqua marina se purgaturus, omnium utique in eluendis piaculis efficacissima. Vid. ad Iphig. Taur. 1201. M.

635. ἐξαλύξωμαι ex Hesychio reposui. Vide Lexicon. Aldus et codd. plerique omnes ἐξαλεύσωμαι. Sincerae lectionis vestigia in solo meo exstant, in quo scriptum ἐξαλλώξομαι. Glossa Φυλάξωμαι, ἐκφύγω. B.

θεᾶς. Minerva, cui ipse calamitatem suam imputat 435.

637. Κρύψω. Religio fuisse apud veteres videtur, instrumenta, quibus scelus quodcunque patratum fuerat, vel exitio

dare, vel certe, si alterum fieri ob materiae duritiem nequibat, a visu omnium amovere. Hercules apud Senecam Herc. fur. 1230:

Tibi tela frangam nostra; tibi nostros, puer,
Rumpemus arcus, ac tuis stipes gravis
Ardebit umbris.

Harpocration v. ὀξυθυμία morem fuisse tradit, arbores, unde aliquis se suspenderat, exscindere vel urere. Sic inanimata extra fines terrae deportari vult Plato p. 935. E., Draconem imitatus.

Enses e ferro conflatos, cum penitus abolere non possent, et tamen res piaculo inquinatas ne solis quidem lumini patefaciendas esse putarent, ideo in viscera terrae, tanquam inaccessum soli locum, condidisse videntur. Hinc forte Iason Apollonii 4, 696. ad focum Circes considet:

— — —, μέγα φάσγανον ἐν χθονὶ πήξας,
Ὥιτερ τ' Αἰήταο πάϊν κτάνεν. M.

τόδ' ἔγχος, *hunc gladium*. Vide Schol. ad Antig. 1212. Trach. 986. et sic accipi debet haec vox in Oedipi prioris v. 948 et 1239. Apud Euripidem in Phoen. 1423. δι' ὀμφαλοῦ καθῆκεν ἔγχος, *ensem* vertas necesse est: nam de *hasta* ne cogites, obstat quod paullo ante praecessit:

ἐνθένδε κώπας ἁρπάσαντε φασγάνων
ἐς ταυτὸν ἦκον.

Eiusdem Electra ubi ait in cognomine dramate v. 700.

πρόχειρον ἔγχος χειρὶ βαστάζουσ' ἐμῇ.

gladium intelligit, quippe quae modo dixerat:

παίσω κάρα γὰρ τοὐμὸν ἀμφήκει ξίφει.

De hac significatione virum eruditum dubitare potuisse mirum est. Vide Historiam Academiae nostrae T. VII. p. 193. Eustathius p. 644. Σοφοκλῆς ἔγχος περιπετὲς (877.) εἰπεῖν ἐτόλμησεν, ᾧ περιπέπτωκεν Αἴας· ξίφος δὲ ἐκεῖνο πάντως. τὸ δ' αὐτὸ καὶ βέλος τολμηρῶς εἶφη ἐν τῷ Εγχος ἔχθιστον βελῶν, ὡς δοθὲν ὑπὸ ἐχθροῦ τοῦ Εκτορος. δῆλον δὲ, ὡς οὔτε Εκτωρ δόρυ ἔδωκεν Αἴαντι, ὃ ταυτίζεται πρὸς τὸ ἔγχος, καὶ ὅτι οὐ βάλλεται ἔγχος, τὸ κατὰ τὸ ξίφος. ἐκηβολίαν γὰρ ἡ τοῦ βέλους λέξις δηλοῖ. ἴσως οὖν καὶ ἐπ' ἀμφοῖν τετόλμηκεν ὁ Σοφοκλῆς καινότερον. B.

641. Rem narrat Homerus Iliad. 7, 303.

644. Euripides Medea 621.

κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει. B.

647. ὑπεικτέον. τί μή; Male Aldus τιμᾷ. Glossa: ἄξιον εἶκειν αὐτοῖς δηλονότι. διὰ τί οὐχί; B.

649. τιμαῖς, honoribus, dignitatibus. Sic ἀρχαὶ p. pro ἄρχοντες. — Τοῦτο elliptice pro κατὰ τοῦτο. M. S. p. τοῦτο, ταῦτα, τόδε et inprimis τάδε.

Ceterum bene ad h. l. doctissimus Ludovicus Purgold Observatt. critt. in Sophoclem etc. pag. 36.: „Hisce," inquit, „apte compones Euripidis Phoen. 551 — 558:

Καὶ γὰρ μετ' ἀνθρώποισι καὶ μέρη σταθμῶν
Ἰσότης ἔταξε, καὶριθμὸν διώρισε·
Νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον, ἡλίου τε φῶς
Ἴσον βαδίζει τὸν ἐνιαύσιον κύκλον,
Κοὐδέτερον αὐτοῖν φθόνον ἔχει νικώμενον.
Εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς,
Σὺ δ' οὐκ ἀνέξει, δωμάτων ἔχων ἴσον
Καὶ τῷδ' ἀπονέμειν; —

Haec Tragicorum loca similiora inter se sunt, quam ut dubium esse possit, alterum alterius versus mutuatum esse, atque in suam rem vertisse. Uter vero prior huius sententiae auctor sit, certo adsequi non possum. Prior tamen sum in eam sententiam, ut Sophoclem ex Euripide sua sumsisse statuam. De tempore, quo Aiax doctus sit, nihil satis constat; sed Phoenissas doctas esse circa Olymp. 92, Scholiastes ad Aristoph. Aves 424. nos certiores facit. Neque tamen aliquid obstat, quin Aiacem nostrum non longe ante Philoctetam, quae fabula, secundum argumentum, sub Archonte Glaucippo, i. e. Ol. 43, 3. docta fuit, actum esse putemus. Id enim etiam Brunckius, cum vulgarem tragoediarum (Sophoclis) ordinem mutaret, sibi voluisse videtur. At vero si interiora, quae locis ipsis impressa sint, vestigia indagamus, Sophoclis versibus omnia illa ornamenta insunt, quibus ingeniosus poëta iis, quae imitatur, gratiam atque proprium decus conciliare studet; in Euripide nullum huius curae apparet vestigium. Accedit communis veterum consensio, Sophoclem et ex ceteris antiquioribus et suae aetatis poëtis multa sumsisse, et undique decerptam fronti praeposuisse olivam, eundem etiam ex

Euripide non pauca delibasse atque in sua transtulisse."

S. ille, perquam probabiliter. Dedi autem versuum Euripideorum primo μετ' ἀνθρώποισι, i. e. ἐν ἀνθρώποισι, ut Hecub. 355. pro vulgato μέτρ' ἀνθρώποισι: nam μέτρα si verum esset, valde importuno versus loco posita deprehenderetur vox gravissima; quod cavent poëtae. Versu horum ultimo Porsonum, ceteroqui sobrium criticum, fluctuare miror. ἀτονέμων scribendum sit an ἀτονεμεῖς, quod ipse excogitavit. Quorum utrumque ferri nequit, nec dubium est, quin, retenta fere omnium librorum lectione ἀτονέμειν, nullaque facta distinctione post ἴσον, verba δωμάτων ἴσον ad ἀτονέμειν aeque et ad ἔχων referenda sint, notissima loquendi forma, ut plene sic sonatura sit sententia: οὐκ ἀνέξει, ἔχων ἴσον δωμάτων, καὶ τῷδε ἀτονέμειν ἴσον δωμάτων; Quam viam nisi institeris, quid tributum alteri filio Iocasta cupiat, habebis nihil.

652. τῇ λευκοπώλῳ ἡμέρᾳ. Ex Aeschylo mutuatus est Persis 384.

ἐπεί γε μέν τοι λευκόπωλος ἡμέρα
πᾶσαν κατέσχε γαῖαν εὐφεγγὴς ἰδεῖν. B.

653. δεινῶν. Apud Suidam in ἄημα legitur δεινόν, quod, nisi cum στένοντα iungatur, sententiam corrumpit. Sed librarii, ut videtur, est error: codices omnes nostri δεινῶν praeferunt. ἄημα. gl. παυσαμένη πνοή. Tragici sententiam sic effert Eustathius p. 982. κοιμίζεται καὶ στένων πόντος, γαλήνης κατευναζούσης αὐτόν. B.

Ἄημα. Frequentant hanc nominum terminationem inprimis Ionici scriptores. Ceterum M.: Mare, inquit, serenat flatus non δεινῶν πνευμάτων, sed λείων, quod hic reponendum. Aristoph. Ran. 1003.

Ἡνίκ' ἂν τὸ πνεῦμα λεῖον καὶ καθεστηκὸς λάβῃς.

[unus enim hic versus est, troch. tetram. catal. Editor.] Theophrastus de Ventis p. 410.: ὁ δὲ ζέφυρος λειότατος τῶν ἀνέμων. M. In Scholiis vett. haec leguntur: ἄημα πρᾶον ἐκοίμισεν αὐτόν. quae conveniunt τῷ λείων.

Sic ille, speciosa coniectura; sed aliena tamen sunt haec Aristophanis et Theophrasti loca, nec tam lenibus ventis placantur maria, quam nullis. Et hoc quidem voluit poëta, tempestates

mare quasi ad quietem dare, dum ipsae cessant; pariter atque somnus dicitur ἐκλύειν, quos devinxit.

654. v. ἐν δ' ὁ π. T, sed ἐν nullam hic vim habet; ἐκλύει convenit.

657. ἔγωγ' — Male in libris ἐγὼ δ' — Quod sequitur, in omnibus libris et apud Suidam, qui hos versus citat in ἄημα et in ἐχθροδαίμων, manifesto depravatum est. Nihil verius Kusteri emendatione, iuxta quam pro ὅτ' ἐχθρὸς ἦμην, legimus ὅ τ' ἐχθρὸς ἡμῖν. Ad posteriorem sententiae partem, τὸν φίλον ὠφελεῖν βουλήσομαι ὡς αἰὲν οὐ μενοῦντα, vide quae disputat Cicero in Laelio cap. XVI. B.

Musgravio vénustius videbatur ἦ μὴν, profecto; mihi non item.

664. διὰ τέλους, ad finem usque, id est omnino.

667. τιμᾶτε, colite. Iphig. Taur. 53:

Κἀγὼ τέχνην τήνδ', ἣν ἔχω, ξενοκτόνον
Τιμῶσ', ὕδραινον αὐτὸν — M.

Scholia minora: τιμᾶτε, ποιεῖτε. τιμᾷ ἀρετήν τις, ἀντὶ τοῦ ἐργάζεται. καὶ ἐπαινεῖ σιωπὴν, ἀντὶ τοῦ σιωπᾷ.

668. v. Μελεῖν/μὲν ἡμῶν, σύνοσῖν δ' ὑμῖν ἄμα. Pro ὑμῖν ἄμα lectum olim fuisse in nonnullis exemplaribus ὑπέρμεγα, monet Scholiastes; quod praeferendum. Sed neque σύνοσεῖν recte habet: nam nautas suos et milites sponte honorabit et studiis prosequetur Teucer. quidni enim? Legendum: οὐ νοσεῖν, haud contristari, quod ubi approbaveris, verba quoque ὑμῖν ἄμα mendo laborare confitebere, siquidem nihil ad rem facit, seorsim lugeat an una cum aliis Aiacis frater. Probabile autem est, ex quo corruptae erant voces οὐ νοσεῖν, sedulo mutatum fuisse ὑπέρμεγα, ut τῷ σύνοσεῖν aptaretur.

672. ἀνεπτέμαν. Sic emendate scriptum in E. ut quater citat Eustathius. Sic enim ad Odyss. A. p. 1419. τοῦ δὲ ἔπτατο, ἔστι καὶ δεύτερος μέσος ἀόριστος, οὗ χρῆσις παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμην. ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ πτάσθαι ἀπαρέμφατον ἐν Οἰδίποδι τῷ τυράννῳ. καὶ παρ' Ὁμήρῳ δὲ (Ιλ. Δ. 126.) ἐν τῷ, κατ' ὄμιλον ἐπιπτάσθαι μενεαίνων. Ad Ιλ. Δ. p. 452. τοῦ δὲ πτέσθαι, ὃ ἐστι πετάσαι, χρῆσις καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Οἰδίποδι. ἔοικε δὲ τῇ κινήσει τοῦ σχέσθαι. ὡς γὰρ ἐσχόμην, σχέσθαι· οὕτω

καὶ ἐπτόμην, πτέσθαι· οἷον Περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμην. δῆλον δὲ, ὡς ἔστι καὶ ἐπτάμην πρῶτος ἀόριστος, ἐξ οὗ καὶ τὸ Τίς γάρ τοτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προέπτατο, καὶ ἀπαρέμφατον παρά γε Εὐριπίδῃ τὸ διαπτάσθαι. Nos tamen in versu 274. ad similium normam reposuimus προεπτετο. Integrum hunc qui prae manibus est versum laudat Eustathius pag. 473. καὶ χαρὰν δέ ποτε σημαίνει τὸ ΦΡΙΣΣΕΙΝ, καὶ οἱονεὶ ὄρθωσιν ἐκ λυπηρᾶς καταπτώσεως, ὡς τὸ Εφριξα ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμην. B.

Ἔφριξ'. Insolenter, sed non solus Sophocles horrorem inter subitae laetitiae symptomata posuit. Eurip. Helen. 640.

Γέγηθα· κρατὶ δ' ὀρθίους ἐθείρας
Ἀνεπτέρωκα — —

Ἔρωτι, prae amicitia. Hesychius: ἔρως — Φιλία. M.

Bene M., nisi quod ἔρωτα interpretatur amicitiam; quod longe repetitum. Intelligas potius cupidinem saltandi, qua correptus Panem invocat chorus. cf. 650. Apte enim Schol. et Suidas v. ἁλίπλαγκτος deum esse monent χορῶν πρόξενον. vid. etiam ad 680.

674. ἁλίπλαγκτε. Cave hoc pro epitheto, quod dicitur, perpetuo accipias. Coniungenda vox cum φάνηθι, idemque valet atque 681. ὑπὲρ πελαγέων μολών: non enim nisi mari transmisso advenire ex Graecia deus poterat. Excutere taedet Triclinii et Scholiorum minorum ineptias. Vocativus pro nominativo positus, ut in his Persii satir. 3.

— an deceat pulmonem rumpere ventis,
Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis,
Censoremve tuum vel quod trabeate salutas?

cf. Vechneri hellenolex. p. 242. edit. Heusinger.

675. Κυλλανίας — ἀπὸ δειράδος. Pausanias in Arcadicis p. 652: ἔστι καὶ ναὸς ἐν τῇ Ἡραίᾳ Πανὸς, ἅτε τοῖς Ἀρκάσιν ἐπιχωρίου. Simonides Anthol. p. 336. Πᾶνα, τὸν Ἀρκάδα. Virgil. eclog. 10, 26: Pan, deus Arcadiae, venit. M. Cyllene mons Arcadiae, ut in vulgus notum est, cuius terrae patrius deus Pan.

678. Perperam in impressis Νύσσια, Κυώσσι' —. Unico σ scribi debet utrumque nomen, et sic in plerisque codicibus. B.

Νύσια. vid. Hesych. v. Νύσα et v. Νύσιον. — Κνώσσια, vid. Spanhem. ad Callim. hymn. in Iovem, 52. M.

Vetus Scholiastes: Ὅπως μοι συνάψῃς ὄρχησιν ποιουμένῳ παντοίαν, τὴν οὐκ ἐκ διδαχῆς σοι γενομένην, ἀλλ' ἐκ φύσεως· οὐδεὶς γὰρ ἐδίδαξε τὸν Πᾶνα. — Νύσια, Κνώσια. — Τῶν ὀρχήσεων αἱ μὲν εἰσι Διονυσιακαὶ, αἱ δὲ Κορυβάντιαι καὶ ἐνοπλοι. Νύσιαι οὖν αἱ Διονυσιακαὶ, παρὰ τὴν Νύσην (urbem Indicam, ubi Bacchus educatus). Κνώσιαι δὲ αἱ Κορυβάντιαι· [quod h. l. legitur καὶ, falsum est, natumque fortasse ex sequente K.] Κνωσσὸς γὰρ πόλις Κρήτης· ἐν τῇ Κρήτῃ δὲ ὑπὸ τῶν Κορυβάντων ἐτράφη ὁ Ζεύς.

Vulgatum μοι post Ὅπως per metrum stare nequit.

679. ἰάψῃς. gl. πέμψῃς, ἐμβάλῃς. B.

Similiter Euripides Elect, 432:

Κλειναὶ νᾶες, αἵ ποτ' ἔμβατε Τροίαν
Τοῖς ἀμετρήτοις ἐρετμοῖς,
Πέμπουσαι χορεύς μετὰ Νηρηΐδων.

Scholiastes vetus in annotatione, quam dedi ad 678, legit ξυνάψῃς pro ξυνὼν ἰάψῃς, quae si cui forte lectio prae nostra placuerit, is in antistrophico delebit σέβων, quod addere sane cuiusvis fuisse videatur, metra exaequantis. Sed ut speciosa sit ista emendatio, utpote et sensui satisfaciens, neque absimilibus vulgatae literarum ductibus, tamen ξυνὼν ἰάψῃς longe elegantius, itaque retinendum, est.

680. Miretur fortasse aliquis, Pana, deum quidem rusticum, sed tamen deum, e media Peloponneso nullam aliam ob causam evocari, nisi, ut tripudia una cum choro celebret. Quod mihi Poëta fecisse videtur ad significandam immanem minimeque vulgarem chori laetitiam; tanquam putaret, nihil se tam inopinato gaudio dignum gestibus et saltatione praestare posse, nisi tripudiorum auctorem deum socium atque adiutorem haberet. — Νῦν, emphatice: quasi diceret, Nunc demum; vel, Nunc, non antea. M.

681. Ἰκαρίων ὑπὲρ πελαγέων. Ὅτι ἐν τῷ Ἰκαρίῳ πελάγει κεῖται ἡ Δῆλος (Apollini sacra insula, ut notum est).

682. Ἀπόλλων. Quid maxime spectans, chorus Apollinis praesentiam implorat? An velut medicinae praesidem, cuius

ope Aiax in posterum sanam mentem conservet? Hoc si voluisset Poëta, clarius, puto, indicasset. Magis mihi verisimile fit, ut deum benevolum et propitium advocari, qui fugato Marte, malevolo numine, Aiacis satellitumque eius tutelam suscipiat. Eurip. Androm. 902:

Ὦ Φοῖβ' ἀκέστωρ, πημάτων δοίης λύσιν.

683. Εὔγνωστος. [v. enim legitur εὐγνωστος Ἐμοί.] Callimachus hymn. in Apoll. 9: Ὠπόλλων οὐ παντὶ φαίνεται. Philostratus vit. Apollon. lib. 1, c. 1: Ἑαυτῷ δὲ χόν τε Ἀπόλλω ἡμεν, ὁμολογοῦντα, ὡς αὐτὸς εἴη. M.

At in rebus felicibus non ponebatur, deos videre, quod terrorem incussit fortissimo Graecorum Iliad. 1, 199; neque se palam conspiciendos praebere hominibus solebant illi. Catullus Nupt. Peleï et Thet. extremis:

— Omnia fanda nefanda malo permixta furore
Iustificam nobis mentem avertere deorum.
Quare nec tales dignantur visere coetus,
Nec se contingi patiuntur lumine claro.

Accedit, quod metrum non fert εὔγνωστος Ἐμοί. Lego εὐγνώστῳ Σύ μοι, ut bene se notum Apollini praedicet Salaminius, vel quod dei frequens sit cultor, vel potius quod in Delum missae interfuerit θεωρίᾳ seu popularium, seu, quod malim, Athenjensium, quae splendidissima solebat esse: nam Atheniensibus adnumerantur Salaminii. vid. 200. Ut igitur ista deputatione, tanquam beneficio, devinctus erat Phoebus, ita ut sibi invicem propitius sit, iure suo precatur chorus.

685. ἔλυσε γὰρ — Istud γὰρ ob metrum eximendum non est. Senarius est iambicus, nec cum strophico minus congruit, quia is in secunda sede iambum habet, cuius loco hic anapaestus est. Inepte Triclinius eam ob caussam dederat ἔφριξ' ἐν ἔρωτι. B. Bene Purgoldus Ἔλυσ' ἄρ': quo modo, immutata sententia, vitatur anapaestus.

Ἄρης. Veteres non solum bella, sed omne genus malorum, etiam morbos pestiferos, ut diximus ad Oedip. Tyr. 27, a Marte proficisci credebant. Ovidius in Ibin 215:

Te fera, nec quicquam placidum spondentia, Martis
Sidera presserunt falciferique senis.

Cicero Somn. Scip. c. 4: Tum rutilus, horribilisque terris, quem Martem dicitis. [Cuius scripti ad cap. 19. Macrobius: Plerumque de Martis stella terribilia evenire definiunt.] Sideris autem potestati non dissimile erat, secundum veteres, dei ipsius ingenium. Sallustius de diis et mundo c. 9.: Κρόνον τε καὶ Ἄρην κακοποιοὺς λέγοντες. Libanius cogitatem se evasisse ait Ἄρεος εἰς διαλλαγὰς ἐλθόντος, vol. 2. pag. 82. Inter alia morbum caducum immittere credebatur. Auctor περὶ ἱερῆς νούσου cap. 2.: ἢν δὲ ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος ἀφίῃ καὶ τοῖσι ποσὶ λακτίζῃ, Ἄρης τὴν αἰτίην ἔχει. Denique et insaniam: Claudian. epigr. 26.:

Quod furis, adversi dedit inclementia Martis.

Macrobius Saturnal. lib. 1. c. 19.: Fervorem — quo animus excandescit, excitaturque alias ad iram, alias ad virtutes, nonnunquam ad temporalis furoris excessum, per quas res etiam bella nascuntur, Martem cognominaverunt. — M.

Ut autem ingruentem mortem attulisse, ita cessantem abstulisse, λύσιν, recte dicitur deus.

Ἀπ' ὀμμάτων, ab illo, Aiace. Periphrasis personae.

686 — 692. Nunc candida et laeta diei lux adest, ut accedam (ὥστε πελάσαι) ad naves, i. e.: rursum poterimus libere et tuto in exercitu versari; nihil erit quod ab odio Graecorum formidemus,, placata ab Aiace deorum ira religiosis ritibus. cf. 239. Λευκὸν εὐάμερον φάος videtur esse periphrasis pro λευκὴ ἡμέρα, quae proverbialis Graecis locutio erat. vid. Hesych. in v. eiusque inttpp. M.

688. Verbi πελάζω vel πελάω cum genitivo subiecto complura exempla dedit ad Rhesi 914 M. cf. Philoct. 1289.

691. θέσμι' ἐξήνυσ'. vid. 634. M.

693. πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει. Aldus et codd. addunt tres voces τε καὶ φλέγει, cum glossa ἀφανίζει καὶ φανερὸν ποιεῖ. Istas additicias esse metri ratio ostendit. Qui margini eas olim adscripserat, eamdem sententiam exprimere voluisse videtur, quam Aiaci tribuit poëta v. 626. B.

694. εἴτέ γ' ἐξ ἀέλπτων Αἴας μετεγνώσθη θυμὸν Ατρείδαις μεγάλων τε νεικέων. Sic optime Aldus et codices veteres. In membr. θυμόν τ' Ατρ. — Insertam copulam nullus alius adgno-

scit codex, nec Suidas, qui partem horum profert in Μετανεγνώσθη, ubi legitur εὖτ' Αἴας ἐξ ἀέλπτων μετεγνώσθη θυμὸν Ατρεΐδαις. Triclinius imperite dedit θυμῶν. Porro codices quidam habent μετανεγνώσθη, ut legisse videri possit Hesychius: sed minus sincerum esse censeo, et a male curioso metrorum scrutatore invectum, ut syllabarum aequaretur numerus in versibus antitheticis, quod minime necessarium est. De hoc loco egit Henr. Stephanus Thesauri T. I. col. 1856. ubi Scholiastam immerito reprehendit, qui verborum ordinem recte instituit: εὖτ' Αἴας μετεγνώσθη θυμὸν Ατρείδαις ἐξ ἀέλπτων καὶ μεγάλων νεικέων. Sunt enimvero ἄελπτα νείκη iurgia σκληρὰ, δυσχερῆ, ac proinde ἀνέλπιστα, *desperata, quae componi, umquam posse nemo speret.* Sic in Homerico hymno in Apollinem 91. ἄελπτοι ὠδῖνες. Quin ipse Stephanus male ἐξ ἀέλπτων adverbialiter positum esse statuit pro ἀέλπτως, quod si esset, postrema verba μεγάλων τε νεικέων cum praecedentibus connecti non possent. Triclinii interpolatio θυμῶν temeraria est. Sic ob metrum scripsit, cuius rationem perspectam non habuit. Antithetici versus asyndeti sunt ex duobus dochmaicis. B.

695. ἐξ ἀέλπτων non concordat cum θυμῶν, sed est pro ἐξ ἀέλπτου. Sic Aristides tom. 2. p. 68. ἐκ τῶν δυνατῶν —. M. Similiter Noster 1047 ἐξ οὐρίων pro οὐρίως. Nostrum locum s. explicat et Stephanus, bene quidem; quod respondens vox ἀναύδητον totaque sententiae docet ratio. cf. et 935.

696. μετανεγνώσθη. Hesychius: μετανεγνώσθη, μετανεπείσθη· τὸ ἀναπεῖσαι ἀναγνῶναι φασί. S. et Lexicon Herodoteum: ἀνέγνωσεν, ἀνέπεισεν, ἀνεδίδαξεν. M.

Bonum igitur sensum praebet μετανεγνώσθη, cumque in libris scriptis reperiatur, metroque unice conveniat, nullo modo amittendum est.

697. Legitur ex Triclinii recensione:

Θυμῶν Ἀτρείδαις μεγάλων τε νεικέων.

Quem more suo carpens B., exarari iussit Θυμὸν Ἀτρείδαις, itaque et sententiam enervavit, qua salva θυμὸν iam abesse potest, et metrum, quod perspectum habere putabat, pessumdedit. Non enim hoc versuum genus dochmaicis adnume-

randum venit, sed asynartetum est ex duabus penthemimeribus iambicis; quo frequentissime Tragici utuntur. Θυμῶν dubitari posse videretur, a θυμὸς an a θυμέω derivandum esset, nisi coniunctum sibi haberet τὸ Ἀτρείδαις, quod verbo proprie dicto bene convenit, nomini non convenit. Consueta igitur Sophocli figura, de qua dictum ad Oedip. Col. 74, θυμῶν accipiendum pro θυμούμενος, legendumque μεγάλως τε νεικῶν, itidem agnito verbo, quod nomen videbatur. Elegans quoque illud τ', quod membrana praebet Brunckiana, recipiendum fuit. νεικῶν absolute positum est, facile intellecto ex praecedentibus Ἀτρείδας.

698. τὸ cave articulum, quem dicunt, praepositivum accipias. Est relativum, positum pro ὅ, ut p. usurpantur τὸς, τό. vid. Aeschyl. Pers. 583. Suppl. 537, Agam. 653, B. ad Oedip. Col. 1224. Similiter τοὔπερ pro οὕπερ legitur Aeschyli Pers. 776, τοῖα pro οἷα Aeschyl. Suppl. 535, τόθεν pro ὅθεν. Pers. 98, τότε pro ὅτε Sophocl. Trach. 163.

705. v. στρατοῦ, ambigue et minus eleganter. s. p. verbalia cum casibus verborum suorum coniunguntur. vid. ad Ant. 778.

706. ἀποκαλοῦντες. In malam plerumque partem adhibetur. Sic ἀπεκάλουν ἀλαζόνα Aristid. tom. 2, p. 383. M.

ὡς οὐκ ἀρκέσει. Sic Turnebus e Triclinio edidit recte. Aldus et codd. antiqui, ἀρκέσοι. Extrinsecus adsumendum participium λέγοντες. B.

Λέγοντες facile sumitur ex ἀποκαλοῦντες. Sed praeterea servandum ἀρκέσοι, ut appareat, ex militum persona, non ex sua, nuntium haec dicere. cf. 734. Ceterum 2 quoque Bodleiani apud M. ἀρκέσει.

708. v. ὥςτ' ἐς τοσοῦτον. Sed cui placeat: ὡς οὐκ ἀρκέσει — ὥςτ' ἐς τοσοῦτόν ἦλθον, ὥςτε —? Mihi certe infantis haec videntur. Accedit, quod minime probabile est, omnem exercitum eo furoris progressum esse, ut gladiis dirimere litem cupierit, sed nonnullos tantum acerrimos.

709. κολεῶν. Sic membr. et plerique alii codices. Perperam Aldus κουλεῶν. B.

διεπεραιώθη. διειλκύσθη, διῆλθεν, ἐγυμνώθη. εἰ γὰρ μὴ εἰς πέρας ἑλκυσθῇ, οὐκ ἐξέρχεται. Schol.

710. v. δραμοῦσα τοῦ προσωτάτου. Quo merito offensus M., cum Bodleianus unus (quicum facit Barocc. 2.) exhiberet προσωτάτω, reponebat: δραμοῦσά τοι προσωτάτω. sed vi caret sua τοι, legendumque haud dubie τὰ προσώτατα: nam s. etiam cum articulo p. adiectiva ponuntur pro adverbiis, velut supra 629. τὰ δείν' valet δεινῶς. Euripides Iphig. Taur. 711.

Ἡμᾶς δὲ Φοῖβος, μάντις ὢν, ἐψεύσατο,
Τέχνην δὲ θέμενος, ὡς προσώταθ' Ἑλλάδος
Ἀπήλασεν —

Literae α, ου, ω, quam facile inter se permutari possint, quivis videt.

720. ἔνδοθεν στέγης. gl. ἀντὶ τοῦ ἐκ τῆς στέγης. — παρῆκεν. gl. ἀντὶ τοῦ ἦκεν. ἡ παρὰ περισσή. B.

Glossam verborum ἔνθοθεν στέγης eo consilio adscripsisse videtur B., ut, quousque saepe procederet glossatorum stupor, intelligeremus. Mendosum est ἔνδοθεν, nec melius quid reperio quam εὕδοντα. Praedatum vesperi abierat Teucer, cum dormiret Aiax, qui media demum nocte excitatus prosiluit (vid. 277.); unde 333. insanus, ubi terrarum frater versetur, quaerit. Ut igitur dormientem eum reliquerat, ita etiam nunc dormire, praesertim multo adhuc mane, arbitratur Teucer.

725. Ἐκ παροιμίας ὁ στίχος παρῆκται, ἣν καὶ Ἀριστοφάνης ἀναγράφει. Schol.

735. S. p. oratio indirecta in directam transit, praesertim si quae gravissima gravius efferenda sunt, velut h. l.

736. V. pessime ὡς ἔφη λέγων legitur pro eo, quod reponendum esse nunc nobis videbatur, ἀσεβίαν φλέγειν. Noster supra 194. ἅταν οὐρανίαν φλέγων et latissime patet verbi φλέγειν usus figuratus. quod quam saepe commutetur cum verbo λέγειν, Valck. ad Phoeniss. aliique p. docuere. Simile vitium fuit infra 1060.

737. v. κἀνόνητα. Sed inutile corpus minime vocandus erat Aiax, Graecorum post Achillem fortissimus. Recipienda igitur Vauvillerii coniectura, quam pluribus placuisse video, κἀνόητα. Bene monet ad versionem Ast, haec verba saepius

inter se confusa deprehendi, velut Longin. §. 44. [cf. et infra 1231], et dementiam fere commemorari in hoc genere; quod probat Aeschylei Prom. 1012, Eurip. Orest. 709, notissimoque illo Horatii:

Vis consili expers mole ruit sua.

739. ὅστις, ad plurale nomen refertur σώματα. Nihil hoc schemate magis obvium. Eustathius pag. 415. Σύνηθες Ομήρῳ σχῆμα, τὸ ἐκ πληθυντικῆς καταβαίνειν εἰς ἑνικόν· οἷον καὶ τὸ (Ιλ. Γ. 279.)

ἀνθρώπους τίννυσθον, ὅ τις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.

ἐκ γὰρ τοῦ ἀνθρώπους εἰς τὸ ὅ τις μετέβη, διότι οὐ πάντες οἱ θανόντες κολάζονται, ἀλλ' ὁ κακός. τοιοῦτῳ σὺν ἄλλοις μυρίοις καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ (Hec. 359.) Δεσποτῶν ὠμῶν τύχοιμι, ὅς τις μ' ὠνήσεται. καὶ τὸ (Med. 922.) Δίκη γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, ὅς τις πρὶν, ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμάθῃ σαφῶς, στυγεῖ. καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ Τὰ περισσὰ κἀνόνητα σώματα, πάσχει τόδε τι, ὅς τις ἀνθρώπου φύσιν γεγὼς, ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ. Alia exempla sunt apud Euripidem, ut Androm. 179. El. 939. Inversa enallages ratione in Antig. 698. ὅστις in priore membro ponitur, eique subiiciuntur pronomen et verbum plurale.

ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
οὗτοι διαπτυχθέντες, ὤφθησαν κενοί. B.

φύσιν. De his accusativis, quasi adverbialiter usurpatis, dixi ad 42.

750. v. Δίας Ἀθάνας. sed recte observat M., haec verba vix regi posse, ex usu Graecorum, ab ἀντιφωνεῖ. Legi non nemo iubet Δίοις, intellecto ἔπεσι, quomodo Antig. 750. in ἐπιψόγοισι subaudiendum relinquitur ἔπεσι (cf. Bos de Ellipsibus v. ἔπος), ut divina Minervae vox humanae Telamonis opponatur orationi. Sed duriusculum mihi hoc videtur, malimque αὐδαῖς Ἀθάνας, ut forte perierint, sicut p., versus initiales literae. Ταῖς αὐδαῖς in Sophocle grandiloquo non magis offendor, quam Maronis hordeis. cf. quoque 736.

751. ηὐδάτ', pro ηὐδαι cf. Philoct. 130. M. vid. et supra ad 22.

752 τόδ'. s. bene M. v. τότ'.

754. ἐκρήξει μάχη. Aliud verbum a ῥηγνύω derivatum adhibet itidem Noster de exercitu in fugam verso Antig. 666. Ἐκρήσσειν eleganter dicitur res, quae obicibus, quibus coërcita erat, subito ruptis, libere in omnem partem se diffundit: verbi gratia, amnis Virgilianus Aen. 2, 496:

Non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo —

Aristot. Meteor. lib. 2. cap. 8, p. 64. ἐκρήξας εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς γῆς τόπον — ἄνεμος: et postea in eodem capite p. 68. ἀθρόαν ὠθουμένην ὑπὸ τοῦ ἐναντίου πνεύματος ἐκρήγνυσθαι [θάλατταν]. Postquam igitur acies duae manum aliquamdiu conseruerunt, si alterutra subito in fugam se converterit, eleganter pugna ipsa, tanquam obicibus antea coërcita, in eam partem ἐκρήσσειν dicatur. M.

757. v. ἐστὶ, quasi dubitasset Calchas, iam tum Aiax viveret, an non; quod pugnat cum antecedentibus. εἴπερ ἔσται, si in vivis erit seu manserit.

762. ὤνήρ. Male vulgo ἀνήρ. B.

763. v. Ὦ δαΐα Τέκμησσα, quod nullo iure vertitur: O misera Tecmessa. Ὦ δάϊα vel ὦ δαΐων exclamant, quibus grave infortunium accidit. vid. Aeschyli Pers. 235. 929.

765. ξυρεῖ — ἐν χρῷ. Proverbium de rebus veram animo molestiam creantibus. M. Λέγεται δὲ καὶ οὕτως· ἐν ξυρῷ ἵσταται τὸ πρᾶγμα. Triclin.

767. κακῶν ἀτρύτων. Pluribus exemplis illustrat Valck. ad Theocriti Adoniaz. 7, quibus adde Pindarum Pyth. 4. epod. 5. M.

769. v. πρᾶξιν legitur pro βάξιν, aberrante, nisi fallor, ad tertium abhinc versum oculo librarii. Certe Aiacis πρᾶξιν, i. e. sortem, interitum, nec narravit nuncius, nec narrare etiam potuit. Saepius erratum in hac voce, velut supra 196.

ἦν ἤλγησ' ἐγώ. nempe ἀκούων. Sic in Philoct. 1276. ἤσθην πατέρα τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε, supplendum est ἀκούων. Similem ellipsin participii ὁρῶν supra ad v. 135. observavimus, per quam explicandum istud Cratini γέγηθα τὸν ἄνδρα, quod ex Homero adumbratum, τίς ἂν τάδε γηθήσειε. Hanc loquendi

formam minus dilucide per ellipsin praepositionis εἰς vel κατὰ declarat Eustathius p. 737. initio. B.

Nihil subaudiendum in hisce et similibus arbitror cum M. vid. ad Phil. 1102, Antig. 618.

771. Οἶδα intelligitur in ὅτι, ut in scholiis recte observatur.

773. ὥστε μ' ὠδίνειν, τί φῄς. Sic bene interpunxit Turnebus. Prava in aliis editionibus est distinctio: ὥστε μ' ὠδίνειν. τί φῄς; hic enim est sensus: *ita ut angat me timor, sollicitam de eo quod nuntiaturus es. ita ut anxie exspectem quid afferas.* Ita accepit etiam auctor scholii, quod imprudens suo loco omisi: καὶ μὴν θυραῖός ἐστιν, ὥστε ἐμὲ συμβαίνει ζητεῖν μετὰ τόνου τί ἐστιν ὃ λέγεις. Memoriae lapsu H. Stephanus citat ὥστε μ' ὠδίνειν σφόδρα, Thesauri T. II. col. 1188. B.

774. ἐξεφίεται, penitus mandat. Haec enim vis est praepositionis ἐξ. vid. Suid. v. ἐξομμάτωμαι. M.

778. ἐλπίζειν φέρει. Id est: φέρει ἐλπίδα, ὀλεθρίαν εἶναι τήνδε ἔξοδον Αἴαντος. Τὸ ἐλπίζειν vero sive ἐλπὶς eleganter dicitur Calchantis oratio, quae istum metum, ἐλπίδα, afferebat. Hinc Tecmessa: τοῦ ποτ' ἀνθρώπων μαθών; v. male ἐλπίζει φέρειν, haerente etiam Musgravio.

781. v. θάνατον ἢ βίον φέρει, et commate distinguitur post νῦν. Scholiastes: καθ' ἡμέραν τὴν νῦν. ἀμφιβόλως. ἤτοι μαθὼν τὴν νῦν ἡμέραν, ἢ ὅτι κατὰ τὴν νῦν ἡμέραν τεθνήξεται. At nihil indigemus eiusmodi, si quae est, amphibolia. Et per se intelligebatur, modo haec rescivisse Teucrum: si enim prius de his certior fuisset factus, prius etiam tam gravia cum Tecmessa et choro communicasset. At vero hunc ipsum diem ad Aiacis vel salutem vel mortem spectare, hoc emphatice dicendum erat, ut nunc fit, verbis καθ' ἡμέραν τὴν νῦν comma auspicantibus. Ceterum per enallagen dictum θάνατος ἢ βίος φέρει καθ' ἡμέραν τὴν νῦν pro: ἡμέρα ἡ νῦν φέρει κατὰ θάνατον ἢ βίον, ut insolita quaeque, sed elegantia, in his enallagas, amat Noster. vid. ad Oedip. Tyr. 1370, Antig. 783, supra 437.

Φέρειν ἐς vel κατά τι, spectare, pertinere ad. Herodotus, monente M., 6, 19: ἐχρήσθη — χρηστήριον, τὸ μὲν ἐς αὐτοὺς τοὺς Ἀργείους φέρον. vid. et 8, 142.

783. μολεῖν. intell. ὡς.

784. ἀντηλίους. Hanc scripturam probant Grammatici, quam exhibent codices aliquot. Plures cum Aldo ἀνθηλίους. B. Sequor analogiam et plures libros.

790. οὐχ ἕδρας ἀκμή. Euripides Or. 1292.

οὐχ ἕδρας ἀγών·
ἀλλ' αἱ μὲν ἐνθάδ', αἱ δ' ἐκεῖσ' ἐλίσσετε.

Formulam illustrat P. Victorius V. L. XVI. 20. ex Homerico οὐχ ἕδος derivatam. Vide Eustath. p. 1295. B.

792. Ἕτοιμος. Subaudi Εἰμί. De qua ellipsi cf. Dorvill. ad Chariton. p. 49. M. vid. etiam ad Trach. 863.

793. Postquam Chorus abiit, scena mutatur, et Aiax solus in loco deserto conspicitur. Vitium hoc est oeconomiae, quod vitari nulla ratione poterat, siquidem Aiax coram spectatoribus mortem sibi consciscere debebat. In ceteris omnibus Tragici nostri fabulis Chorus nunquam e scena abscedit, nisi absoluta actione. B.

Recte monet Putgoldus Observatt. critt. in Sophoclem etc. p. 43., etsi negandum non sit, interdum in theatris Graecorum coram spectatoribus mutatam esse scenam (vid. Cel. Böttigeri prolus. altera: Quid sit docere fabulam. Vimar. 1796. p. 4. annot.), tamen hoc quidem loco nullam fieri mutationem. Postquam, inquit, chorus et nuntius et Tecmessa tumultuose effugerunt, tum longius et altum silentium; spectatores adsident attenti, erecti, oculis fixis, suspiciones sub pectore fovente; — en Aiax in conspectum prodit, solus in vastitate locorum, truci vultu, dira et minitantia verba fundens, moriique iam apparans, qui carissimis quibusque ut supremum valé dixit, ad facinus patrandum redit in lucum, cuius pars in scena conspiciebatur. λειμῶνες enim illi παράκτιοι erant. vid. 634.

794. ὁ μὲν σφαγεύς. gl. τὸ ξίφος τὸ εἰς σφαγὴν ἡτοιμασμένον ἕστηκε τῇ στάσει τῇ τμητικωτάτῃ. B.

796. δῶρον μέν. Huiusmodi ἐννοίας commotis animis plerumque suggerere solet moeror. Sic animadversum est, et in historicorum quoque libros transiit, Caesarem ante Pompeii statuam concidisse. M.

804. λαχεῖν. Sic membr. et praestantiores quique codd. cum Aldo. Triclinius λαβεῖν. Haec verba saepissime permutantur. B.

809. v. πρόβλητος, sed quid hoc differt a ῥιφθῶ? Lego πρόσβλεπτος: nam conspectum hominum fugere solent ingentibus afflicti calamitatibus. Hercules, hydri tabo correptus, Trachin. 785:

Ὦ παῖ, πρόσελθέ μὴ φύγῃς τοὐμὸν κακόν,
Μηδ', εἴ σε χρὴ θανόντι συνθανεῖν ἐμοί,
Ἀλλ' ἄρον ἔξω, καὶ μάλιστα μὲν μέθες
Ἐνταῦθ', ὅπου με μή τις ὄψεται βροτῶν.

810. προστρέπω. Sic scribi debuisse fidem facit vetus scholiastes. Male in libris nostris προτρέπω. — In tribus codd. scriptum καλῶ θ' ἅμα. Vulgo καλῶ δ' ἅμα. B.

812. ξὺν ἀσφαδάστῳ πηδήματι. Simile votum Casandrae apud Aeschylum in Agamemnone 1301.

ἐπεύχομαι δὲ καιρίας πληγῆς τυχεῖν,
ὡς ἀσφάδαστος, αἱμάτων εὐθνησίμων
ἀποῤῥυέντων, ὄμμα συμβάλω τόδε. B.

815. ἀεί θ' ὁρώσας. Sic bene Turnebus. In codd. eodem errore, quem paullo ante correximus, ἀεὶ δ' ὁρώσας. In membr. hic versus omissus est. B.

819. Hunc inter et 820. versum v. haec leguntur, commate posito post ἐμέ:

Αὐτοσφαγῆ πίπτοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς
Πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.

Quae cum proxime antecedentibus comparata frigent. Aiax enim cum optarit, κάκιστα καὶ πανωλέθρους, i. e. pessime et omni genere poenarum excruciatos, occidere Atridas, ecce tibi consilium mutasse videtur, exque innumeris istis cladibus unam elegisse, caedem illorum a liberorum manibus. Quid ais? Num hoc dignum putas ingenio Sophocleo? Cur enim liberorum potius manibus, quam coniugum, quam parentum? Coniuges si nominasset, de Clytaemnestra certe hoc acciperemus, nec sane displiceret tale morientis inimici vaticinium. Saltem φιλίστων solum positum esset, ut libera esset de omnibus cognatis cogitatio. Sed versus scilicet ex-

plendus erat, itaque diviti poëtae ἐννοίᾳ τοῦ κάκιστα καὶ πανωλέθρους ξυναρπάσασθαι pauperrimus assuebatur pannus τοῦ ὀλέσθαι αὐτοὺς πρὸς ἐκγόνων. Confirmat suspicionem Scholiastae veteris auctoritas, ad verba τὼς αὐτοσφαγεῖς, vel potius ad totum hunc locum sic monentis: Ταῦτα δὲ νοθεύεσθαί φασιν, ὑποβληθέντα πρὸς σαφήνειαν τῶν λεγομένων. Nempe τὸ ὥςπερ εἰςορῶσ' ἐμὲ obscurum non nemini videbatur, cum tamen facile πανώλεθρον subaudiatur ex antecedente versu, cui vitio non Tragici sed suo ut mederetur, adscripsit αὐτοσφαγῆ, dein, blandiente successu, πίπτοντα et sic porro, nisi fortasse plures operam in haec suam contulerunt, Sophoclem, si diis placet, correcturi. Sed quicquid huius sit, abeant sane hi versiculi, unde malum pedem tulerunt!

Ceterum αὐτοσφαγεῖς in genere necati accipiendi essent, ut interdum αὐτόχειρ.

B. quidem ad h. l. sequentia annotavit; quem qui sequitur, is certe perspicuitatis causa scribet χὥςπερ, quod verbo τὼς respondeat necesse est.

πρὸς τῶν Φιλίστων. Codd. aliquot πρὸ, cum glossa ἔμπροσθεν, ex librarii interpolatione sane quam inepta. Sensum ille verborum non adsecutus fuerat, quem disertim in versione expressimus. Nec credendum est ad mortem Agamemnonis poëtam respexisse, nec Aiacem hic tamquam futura vaticinantem inducere voluisse. Nam Agamemnon a liberis suis occisus non fuit: sed Atridis mortis genus imprecatur Aiax, quod atrocissimum excogitare possit. B.

821. γεύεσθε. Insignis quidem, sed maxime contemnenda varietas est in citatione, quam fecit huius versus Thomas Mag. κεντεῖτε, μὴ φείδεσθε —. B.

822. αἰπὺν οὐρανόν. Ex Homerico αἰπὺν Ὄλυμπον. B.

829. οὐδὲν ἔργον, *nihil prodest, nihil opus est.* Comicus in Lysistr. 424. ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ἱστάναι. B.

836. v. Ὦ Φέγγος, ὦ γῆς. sed in antecedentibus lucem et solem allocutus est Aiax. Scribendum Ἀφεγγὲς — πέδον, obscura, i. e. invisa, quam conspicere nunc non potest, terra patria.

837. cf. 134.

840. τροφῆς. Vulgo τροφεῖς. Vide ad priorem Oedipum 18. B.

843. v.

Πόνος πόνῳ πόνον φέρει.
Πᾶ, πᾶ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ;

Et Brunckius:

Πόνος πόνῳ πόνον φέρει.
Πᾶ, πᾶ,
Πᾶ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ;

Ista πόνος πόνῳ πόνον φέρει quid sibi vellent, se non intelligere, M. fatebatur; neque ego scio. Id scio, librarios saepenumero voces repetere insulse, itaque, semel posito τῷ πᾶ, cum forma senarii iam satis appareat, corrigo:

Πόνος πόνον φρεῖ! Πᾶ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ;

Iambico senario, versu nato rebus agendis, ut ait Flaccus, voces hae senum choricorum conscriptae sunt, qui ubi constiterunt, versu 853, ibi demum odae incipiunt, et metra melica, diverbiis tamen itidem iambicis, prout res fert, subinde interrupta. Φρεῖν eleganter usurpari pro φέρειν, magisque poëticum esse, docet M. ad Eurip. Cyclop. 231.

844. συμμαθεῖν hic transitivum est, et valet διδάξαι, qua potestate verbum hoc omnino carere affirmat Parisinus editor quippe qui sui iuris esse putat fines ponere, quos intra Sophocles novandi licentiam coërcere debuit. Nec tamen est hoc ita novum, ut analogia aliorum exemplorum confirmari non possit. Nam ut δίδαεν *didicit* usurpat Homerus pro *docuit*, ita μανθάνειν observat Eustathius ab Homeri posteris utroque sensu adhibitum fuisse, et pro *discere* et pro *docere*. Popularis sui coniecturam συμπαθεῖν Heathius ne proferre quidem debebat. B.

Locus Eustathii est Odyss. ζ', pag. 261., ut monet M., quibus paria fere habet ad Odyss. ύ, pag. 722. Exemplum, inquit Anglus eruditissimus, utrobique addit sophisma ex ambiguo sensu τοῦ μανθάνειν γράμματα fabricatum. Verum cum hoc ipsum sophisma aliter proponant Plato in Euthydemo p. 192, D, Aristot. Sophist. Elench. lib. 1, c. 3, vereor ne Eustathii doctrinae sustentandae hic saltem minus aptus sit tibi-

cen. Ne tamen temere hanc locutionem repudiemus, animadverti debet, eandem ἀμφιβολίαν pluribus in linguis obtinere. Itali utique apprendere, Galli apprendre, Batavi leeren, Angli learn, et discendi et docendi sensu nonnunquam adhibent. Pluribus hanc verbi μανθάνειν notionem adstruit V. D. in Obss. Miscell. vol. 9, p. 433, ex Aeschyli Pers. 109, eiusque Scholiaste, et ex Aristide, tom. 1, p. 29, ubi: ὡς Πίνδαρός τε, ὑμνεῖ, καὶ οἱ κατ' Αἴγυπτον ἱερεῖς κατέμαθον.

845. Ed. Ald. et MS. Bodl. apud M. δοῦπον αὖ κλύω, ut B. edidit, MSS. Bodl. apud Iohnsonum δοῦπον δ' αὖ, vulgatae δοῦπον γὰρ κλύω. Legendum δοῦπον γὰρ αὖ κλύω, quod nec Musgravium latuit.

846. cod. Ien. κοιν. παῤῥησίαν. Voluit librarius παρουσίαν.

850. πόνου γε πλῆθος. Sic in Euripidis Satyrico roganti Choro ἔχεις; respondet Cyclops vers. 683. κακόν γε πρὸς κακῷ. B.

851. τὴν ἀφ' ἡλίου βολῶν κέλευθον. In Aldina excusum μολῶν typothetae errore: in Iuntina recte βολῶν, ut liquido sine ulla ambiguitate scriptum in C. D. E. et meo. De hoc loco iam egi ad Euripidis Or. 1263. μολῶν Triclinio debetur, ac proinde recentissimi Graeculi est scholion quod hanc lectionem spectat. B.

Etiam omnes Iohnsoni libri βολῶν. Βολὰς ἡλίου vel ἀκτῖνος Euripides frequentat. vid. Orest. 1259, Ion. 1135.

852. ὠνήρ. Perperam vulgo ἀνήρ. B.

853. τίς ἄν μοι, τίς ἄν. Versus est dochmaicus, ut antistrophicus 894. ἔμελλες τάλας. cuius in scriptura nullam varietatem exhibent libri. Proinde hic ita scribi debuit, expuncta particula δή, quae metro reclamante inserta fuerat. B.

Legitur v. Τίς ἄν δή μοι, τίς ἄν φιλοπόνων. Δῆτα pro δὴ reponendo, versum optime restituit G. Hermann.

854. Ἁλιαδᾶν ab ἁλιάδης, pro ἅλιος posito, ut paullo post θεῶν Ὀλυμπιάδων pro θεῶν Ὀλυμπίων. Κοιρανίδαι quoque habet Noster Antig. 925. — M.

ἔχων ἀϋτήνους ἄγρας. Sic codd. plerique et praestantiores. In aliis ὄδρας, quod Aldus praetulit. B.

856. Βοσπορίων, Troïcorum, a vicinitate Bospori. Fluvios pro diis habitos fuisse, docet Aristides orat. in Neptunum. M.

857. εἴ που ποτὲ πλαζόμενον προσβλέπει, ἀπύει. Nihil planius horum verborum structura, quae praeter facilem sensum, metra etiam accurata praestat. In Aldina et veteribus codd. scabra lectio sine metri forma, εἴ ποθι πλαζόμενον λεύσσων, ἀπύει. Triclinii inepta interpolatio auctore suo digna est. B.

Necessario legendum ἤ pro εἰ cum M., ne λεύσσων pendeat. Λεύσων enim vel λεύσσων etiam Iohnsoni omnes codices et Ienensis, ipsumque προσβλέπει ex Triclinii lectione προσβλέπων derivatum est. Grammaticum haud morati, libros sequimur.

859. σχέτλια γὰρ μακρῶν ἀλάταν πόνων. Librarii voculas partim inferserunt, partim transposuerunt, quod ipsa metri ratio ostendit: σχέτλια γὰρ ἐμέγῳ τὸν μακρῶν ἀλάταν πόνων. Sic veteres codd. et Aldus. Ista ἐμέγε τὸν invenusta sunt et sensui inutilia: ἐμὲ loco non suo posuerunt, quod esse debuit initio ultimi versus huius strophae, ubi dederunt ἀλλ' ἀμενηνὸν, iambicum senarium a trochaeo incipientes. B.

Non recte abfuerit pronomen, sed ὀρθοτονουμένῳ opus non est, neque id recipi versus permittit antistrophicus. vid. etiam ad 861.

861. Legitur v. ἀλλ' ἀμενηνὸν ἄνδρα μὴ λεύσσειν, ὅπου. Sed τοῦ ἄνδρα neque apud veterem Scholiasten, neque apud ipsum Triclinium, patrem illum mendaciorum, vestigium est, comparet tamen vox, ut in omnibus poëtae exemplaribus, ita etiam in Scholiis minoribus et iis, quae, Ienensi ἀπογράφῳ adscripta, publicavit Purgold. Nempe ignotiora sibi metra in notiora passim librarii mutarunt, addendo, resecando, corrigendo denique. Iam senarius iambicus notissimus hominibus versus, talemque hunc efficere, addendo τῷ ἄνδρα, studuerunt. Quam metri formam itidem in antistrophico expressurus, bonus vir Triclinius de suo addidit Ἀχιλλέως. Ἄνδρα igitur tollendum, et ἤ reponendum pro vulgato μὴ, sententia iubente. Ἀμενηνὸν, imbecillum, senem: nam ex senibus constat chorus.

862. πάραυλος. πλησίον. Eodem sensu vox est in Oed. Col. 761. ἀλλ' ὡς πάραυλον οἰκίσῃς. Perperam Eustathius hanc vocem ab αὐλὸς deducit p. 1157. βοὴ πάραυλος, ἡ ἐξισευμένη αὐλῷ ἢ κα-

τὰ θρηνῳδίαν, ἢ διὰ τὸ τρανές. Est enim ab αὐλὴ, ut supra 775. ὕπαυλος, et 594. ξύναυλος, quod glossa recte exponit σύνοικος. B.

866. συγκεκραμένην. συμμεμιγμένην, Scholia minora. vid. M. ad Antig. 1281.

871. ἰώ μοι μοι. Semel tantum Aldina μοι habet, et in antistrophico versu ὦ μοι ἀναλγήτων. Mox v. 878. ἰώ μοι ἐμᾶς ἄτας. Ista ad metri normam exigi debuerunt. B.

Semel tantum ponendum est μοι. Versus est dactylic. pentameter, quem verbo νόστων finiens pro glyconio puro male habuisse videtur B.: nam is in molossum exit nunquam. Legendum quoque hic et in antistropha ὦ pro ἰώ. Et illic quidem ὦ habetur apud Scholiasten.

877. v. περιπετὴς, sed recte M.: Exstat vox Eurip. Androm. 984, ubi apparet, περιπετεῖς valere περιπεσούσας. Et sic Hesychius: περιπετεῖς — περιπεσόντες. Hic ergo legendum puto περιπετοῦς, i. e. περιπεσόντος: τὸ ἔγχος κατηγορεῖ αὐτοῦ ὡς περιπεσόντος.

880. πάντα, πάντως, παντελῶς.

882. Hesych. δυστράπελος, δυσμετάθετος, i. e. aegrè a proposito dimovendus. — Idem: Δυσώνυμος, κακώνυμος, χαλεπός. M.

Legitur v. ὁ δυσώνυμος, sed ὁ abest a Barocc. 2. et MS. Porsoni, memorato ad Eurip. Orest. 1297.

878. αἱμάχθης sine augmento, quod in melicis negligitur. In E. ἡμάχθης. B. αἱμάχθης praebent Bodleiani, Laudian. et Ald.

886. ὅστις καὶ φίλος. Maior forte videretur esse vis sententiae, si legeretur ὅστις κ' οὐ φίλος, siquidem infra dicitur Aiax καὶ παρ' ἐχθροῖς ἄξιος θρήνων τυχεῖν. B. Recte M. haec interpretatur: qui saltem amicus fuerit. Liberitius quippe talia inimicum, quam amicum, fuisse adspecturum.

887. Φυσῶντ' ἄνω. Id est ἀναφυσῶντα, ἀναπέμποντα πρὸς ῥῖνας, ἔκ τε φοινίας πληγῆς τὸ μέλαν αἷμα ἀπὸ τῆς οἰκείας σφαγῆς. Corrupta haec esse decernit Parisinus editor, faceto hoc argumento usus, quia *procumbente Aiace in gladium non exiluit sursum sanguis per plagam, sed per os et nares debuit erumpere.* Proinde coniicit legendum esse πρὸς ῥινὸς ἔκ τε φωνίας πηγῆς, ex

naribus et fonte vocali, id est, si diis placet, *ex ore*. Eugepae! Galenum renuncio non emam:

Nam ad sapientiam huius nimius nugator fuit.

Lepidum coniectorem Tragicus ipse redarguit Teucri verbis in fine dramatis, θερμαὶ σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος. B.

889. τίς σε βαστάσει. Membr. et quidam alii codd. βαστάσῃ, adposita observatione quam inter minora scholia retulimus. Melior est Aldi lectio βαστάσει. B.

890. ὡς ἀκμαῖος, εἰ βαίη, μόλοι. Foedam hic mendam, quae libros omnes insedit, imprudens reliqui. Desideratur particula ἄν, quae salva structurae lege abesse non potest. Exempla centum et plus e Tragicis excitari possent, ubi in bimembri phrasi εἰ cum optativo construitur, sequente aut praecedente in altero membro verbo optativi modi cum particula ἄν. *Quam tempestivus veniret!* ὡς ἂν ἀκμαῖος μέλοι. Excidit ἄν librarii imperita circa metrum solicitudine. Prima in ἀκμαῖος corripitur, ut quaevis vocalis natura brevis ante tenuem et liquidam. Supra v. 790. ἀκμὴ priorem corripit, ut et Oed. T. 1462.

ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς.

Euripides Phoen. 1265.

μάντεις δὲ μῆλ' ἔσφαζον, ἐμπύρους τ' ἀκμάς.

Eadem prosodia vox haec passim occurrit. B. Sane ἄν abesse vix potest. sed Brunckii coniectura versus deturpatur. α et ει, ν et ι, saepe confusa.

894. ποτὲ χρόνῳ στερεόφρων. Sic bene Triclinius. In veteribus codd. ut in Aldina, ἔμελλες τάλας, ἔμελλες χρόνῳ στερεόφρων, structura haud invenusta, sed quam metri ratio non admittit. B. Male Triclinius: nam ποτὲ non comparet in libris scriptis. Facile dochmaïcos adgnoscere poterat B.

902. Vocem Ἀχιλλέως in omnibus veteribus libris omissam Triclinius e coniectura satis probabili reposuit. B. Vide nos ad strophicum. Infra 1198 et 1296 Ἀχιλλείων ὅπλων legerat interpolator.

904. πρὸς ἥπαρ. vid. ad Trach. 982. Bodleiani et Barocciani ἥδε pro οἵδα, sed nihil mutandum. Simili τῶν η et ει sono, ex legibus quidem iotacismi, decepti sunt librarii, ut p.; velut Antonini Liberalis Metamorph. cap. 10. primo dederunt ἀπέθυσαν

pro ἀπέβησαν, 12. circa finem ἀμελῆσαι pro ἠμέλησε, 28. primo ἠΦίει pro ἧπυε. Legam quoque hymni Homerici in Venerem 150. πρίν σοι Φιλότητι μιγῆναι pro vulgato πρὶν σῇ Φ. μ., ne frequentiores sint in hoc versu ε et η literae.

907. ἀποβλαΦθεῖσαν — Φίλου. Etiam βλάπτω sine praepositione genitivum adsciscit. Tyrtaeus eleg. 1, 40:

Βλάπτειν οὔτ' αἰδοῦς οὔτε δίκης ἐθέλει.

Theognis 223. νόου βεβλαμμένος ἐσθλοῦ. vide et Oppian. Halieut. 2. 441. M.

912. v. ἀναλγήτων, minus bene.

913. v. Ἀτρειδᾶν τῷδ' ἄχει. Sed verbis τῷδ' ἄχει non immerito offendebatur M., dubitans, quo referri possent, quoniam nimis longo intervallo absit ἀναλγήτων. Nec congruunt sequentia: Ἀλλ' ἀτείργοι θεὸς, hac servata lectione, qua chorus ostenderet, de caede Aiacis se minime dubitare. Legendum igitur ὧδ' ἔχειν, intellecto ὡς, quod p. omittitur in hac forma. conf. 184.

916. ἄγαν δ' ὑπερβριθὲς τόδ' ἄχθος ἤνυσαν. Sic omnino legendum, nec aliter a poëtae manu esse potuit. In membr. ἄγαν δ' ὑπερβριθὲς ἄχθος ἤνυσαν. Alii e veteribus habent, ut Aldus, ἄγαν γ' ὑπερβριθὲς ἄχθος ἤνυσαν: reliqui post ἄγαν neutram particulam adgnoscunt. In omnibus mancus est versus omissione pronominis demonstrativi τόδ'. Qui legitur in Turnebi editione et eius traducibus versus Turnebum auctorem non habet, cui eum adscribit Parisinus Professor; sed ab ipso Triclinio cusus fuit et est longe pessimus, quippe qui fractis incedat pedibus. Ultima in ἄγαν semper longa est: vide quae notavimus ad Comici Nubes 199. et 1120. Proinde imperitiae arguuntur quicumque senarium istum Sophocleum esse propugnant:

καὶ μὴν ἄγαν ὑπερβριθὲς ἄχθος ἤνυσαν. B.

Nimis haec confidenter: nam quaero, unde factum sit, ut omitteretur τόδε, quod nec vicinis vocibus simile est, et oculos librarii fugere vix poterat. Nempe hic ut p. in coniecturis Brunckii, ceterum et eruditis et acutis, probabilitatem illam desidero, qua destituta ipsa corruunt eiusmodi commenta. Verisimile est, ἄν, quod sententiae convenit, absorptum fuisse a sequente ἄχθος, cumque plerique codd. et Ald. praebeant γε, hoc

post ὑπερβριθὲς collocato versum restitueris. Sic Babrii vel potius Diaconi fabula 10 legendum: Φύλλων — τῶν ἀπ' ἀμπέλων pro τῶν ἐμπέλων. Erratur etiam contrario modo, velut Anton. Liberalis Metamorph. cap. 38., ubi cum vulgo mendose legatur, οὗ ὑπὸ τῆς γυναικὸς πρὸς ἀφροδίσιον ἔργον, istud ὑπὸ ex antecedente litera, forte duplicata, natum esse existimandum, itaque delendum est, πρὸς autem fuit, nisi fallor, προδοὺς, ut neglexisse mulieris amorem dicatur Peleus. S. enim p. sonat προδιδόναι, velut Aristoph. Lys. 780, Equ. 241. Id quoque nimium, quod vulgatum versum a Triclinio fabricatum esse ait B., cum sic ille inveniatur in scriptis, velut duobus Baroccianis apud Iohnsonum.

919. κελαινώπαν θυμὸν, atram bilem, furiosum dolorem Aiacis. Ἐφυβρίζει θυμὸν, i. e. ὑβρίζει ἐπὶ θυμόν. vid. ad 222.

920. Πολύτλας ἀνήρ. Ulysses, qui iam in oppugnatione Troiae audacem, πολύτλαντα, se praebuerat: sic enim vocem illam interpreter potius quam laboriosum, vel aerumnosum. Veterum heroës audacia magis conspicui quam patientia. Cf. 368—370. Neque igitur malae ἀκριβείας accusandus Sophocles, quod Musgravio in mentem venit, quasi h. l. de periculosis Ulyssis post Troiam captam navigationibus cogitasset. Articulum ὁ ante πολύτλας recte delet Porson ad Eurip. Orest. 1297: nam eleganter abest.

923. ξύν τε διπλοῖ βασιλῆϊ. Sic emendate scriptum in D. Perperam in ceteris veteribus, ut in Aldina, βασιλῆες. B.

925. Hic versus et qui sequuntur XII. sunt omnes Tecmessae, cui, nulla interposita alia persona, continuantur in membr. et in D. In aliis veteribus codd. ut in Aldina versui 933. praefixa est Chori persona, quem Triclinius sermonem ordiri facit a versu 935. B. Cum membr. et D. facit codex Ien.

928. Plautus Captivis I. 2.

Tum denique homines nostra intellegimus bona,
quom quae in potestate habuimus, ea amisimus.
ego, postquam gnatus tuus potitu 'st hostium,
expertus quanti fuerit, nunc desidero.

τἀγαθὸν χεροῖν. In meo emendatum a secunda manu τἀγάθ' ἐν χεροῖν, quod vulgatae lectioni praeferendum non est. B.

Horatius I. Od. 3. 24. 31:

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quaerimus invidi.

930. τικρὸς τέθνηκεν, ἢ καίνοις γλυκύς. Subaudi μᾶλλον. Sic Homer. Iliad. ά, 117:

Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι; ἢ ἀπολέσθαι.

Vid. et λ', 319. M. Conf. Bos de Ellips. v. μᾶλλον, et infra 1316.

933. πῶς δῆτα. Sic membr. D. E. In aliis, ut in Aldina, τί δῆτα. B.

Legitur v.:

Πῶς δῆτα τοῦδ' ἐπεγγελῷεν ἂν κάτα;

Sed pingue quid sonat ἐπεγγελᾶν κατὰ τινὸς, et inusitata est haec forma. Cf. 953. Porro non dubitat Tecmessa, an inimici rideant; vide 925. 935; sed an recte rideant, id eam addubitare consentaneum est, cum neque invitus occiderit Aiax, neque ipsorum vel opera vel fructu. Scripsi igitur:

Πῶς δῆτα τῷδ' ἐπεγγελῷεν ἂν καλά;

Καλὰ, καλῶς, ut p. valent adiectiva, etiam pluralia, velut 695. habuimus ἐξ ἀέλπτων, et hoc ipso loco, versu 935, habemus ἐν κενοῖς pro κενῶς.

935. Ἐν κενοῖς pro κενῶς, inaniter. Magis ex more esset ἐν κενῷ, ut ἐν καλῷ Eurip. Heraclid. 974, ἐν εὐσεβεῖ Helen. 1297, ἐν δέοντι Hippolyt. 936. Verum cf. 695. M. Vide etiam ad 710 et 933. Ad hanc faciem scripsi 1060 ἐν ἀλόγοις, i. e. ἀλόγως, pro insulso ἐν λόγοις.

937. λιπὼν ἀνίας καὶ γόους. Quam prosodiae peritus fuerit Triclinius, cum ex superiore nota ad v. 916. tum ex hoc versu existimare licet. Fulcro versum indigere ratus scripsit ἀνίας τε καὶ γόους. Atqui nomen ἀνία apud Tragicos mediam semper, ni fallor, producit. Sic supra 258 verbum ἀνιᾷν, et mox v. 958. Vide infra 969. 1102. B.

940. ἐπίσκοπον μέλος ἄτης, carmen, quod pertinet ad hanc calamitatem. cf. Aeschyl. Eum. 840.

942. ἡμπόληκας. Scholion inedituum: ἐμπολῶ, τὸ ἀπὸ πραγματείας κερδαίνω. ἐμπολὴ, ἡ λεγομένη πρᾶσις. ἀπὸ ταύτης τῆς ἐμπολῆς καὶ τὸ ἡμπόληκας νῦν, ἀντὶ τοῦ ἐκέρδανας. ὁρκεῖ γὰρ ὁ Αἴας κερδάναι, τὸ οἰκεῖον θέλημα πληρώσας. B.

Nancisci passim valet ἁμτολᾶν, nec per se mortem significare potest, ut bene observat M. Is igitur in hac coniectura acquievit, ut, μ' inserto post ἡμτόλησας, sic verteret: An prodidisti me? Quod sane accipiendum esset, nisi κρατεῖ quoque infra affectum Teucri esse videretur. Pro quo si legas κροτεῖ, sponte se praebet altera emendatio, qua ὧν pro ὡς reposuimus. Possis tamen et retinere κρατεῖ, sed vide, quid fortius sit, utrum; An nactus es, quae fama fert? an: Nactusne es, quae fama crepat? Cf. 137, 147, 185. Utrum horum eligas, certe reponendum ὧν pro ὡς.

943. ὄλωλεν ὦνήρ. Perperam vulgo ἀνήρ. Sic etiam correctum v. 991. B.

946. Hesych. περισπερχής. περιώδυνος. Eustathius ad Il. Δ. p. 442. Εστι δὲ ἀσπερχές, τὸ πολυσπούδαστον, ὃ περισπερχὲς λέγει ὁ Σοφοκλῆς, κατ' ἐπίτασιν καὶ αὐτός. ἁπλοῦν δὲ αὐτοῦ ῥητὸν, οὐ τὸ σπερχὲς, ἀλλὰ τὸ σπερχνὸν, ὅμοιον ὂν τῷ τερπνὸν καὶ στεγνόν. Inde nomen substantivum ἡ πολυσπέρχεια, et nomen proprium Πολυσπέρχων. B. Oppian. Halieut. 5. 145: περισπερχὴς ὀδύνῃσιν. M.

952. Pessime legitur: τοῖς θανοῦσί τοι Φιλοῦσι etc. quasi moris fuisset apud Graecos, mortuis promiscue omnibus illudere. Audi Ulyssem 1308. Et fac fuisse, ut non fuit, quid differunt θανοῦσι et κειμένοις? Scribo confidenter: τοῖς δεινοῖσί τοι Φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾶν. Sane δεινὸς fuit Aiax. cf. 962. S. p. literae ductusque literarum similes permutantur, velut hymni Homerici in Mercurium 125. legitur ὡς ἔτι νῦν τάμετ' ἄσσα πολυχρόνιοι πεφύασι, pro eo, quod reponendum censeo: (— πέτρῃ,) οὓς εἰ μὴ δάμεν αἶσα, π. π.; quas (pelles) nisi vis fati domuerit, i. e. nisi perierint, valde annosae sint, necesse est, utpote tanto exinde tempore elapso. quod genus facetiae ab ingenio et poësi antiquioris aevi minime abhorret. Simili lapsu Antonini Liberalis Metamorphoseon capite 4. exaratum reperio συνελθόντες ἀφελέσθαι pro συνῆλθον ὡς ἀφελέσθαι: et 7. princip. ἠρώησεν pro ἤρασεν: item 13. circa finem: Ἀσπαλὶς Ἀμειλήτη, quod nihili, pro Ἀσπαλὶς Ἀμέλλητος (Ἀμέλλητος, non Cunctans, quoniam cunctata non erat puella mortem sibi inferre potius quam dedecus admittere), et 17. versus finem: διὰ τὸ δράκοντα πολλάκις· πάνακτα δὲ, corruptissime, pro διὰ τὸ δράκοντας

πάλιν αἰκίσαι παραστάτην, 28. vero primo ἠφίει pro ἀφίει, et 29. extremo: πρὸ Ἡρακλέους ἑορτῇ Γαλινθιάδι πρώτῃ, quae vix, et ne vix quidem, expedias, cum verosimiliter legendum sit: πρὸ Ἡ. ἑορτῆς Γαλινθιάδι Πραστῇ, Perfectrici, quoniam eius ope parturierat Alcmene. Simili vitio eiusdem scriptoris haud contemnendi cap. 31. princ. habes ἔτοικον pro ἐκτοπόν, advenitium, peregrinum, quod sententia requirit, et 35. princ. αὐτοὺς τῆς πατρίδος pro αὐτοῦ τοὺς παῖδας: nam Munckeri coniectura, legentis αὐτοῦ παῖδας, vel simile quid, pro αὐτοὺς, duriuscula est; et ibidem paulo post: Ἄλλος δὲ καὶ οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι καὶ σὺν αὐτοῖς pro Ἄλλ. δὲ καὶ κασίγνητοι, sublatis, tanquam interpretamento, verbis οἱ ἄλλοι Ἡρακλεῖδαι. A quibus exemplis non multum abludunt alia quaedam duo, quae apud illum mythographum animadvertere mihi visus sum, alterum capite ultimo fere medio, ubi vulgo legitur καὶ προσυπέσχετο pro καὶ Πράκρις ὑπέσχετο, et eiusdem capitis circa finem εἰς ἄσσον τῷ κυνὶ pro εἰς ἔρος σὺν τῷ κυνὶ, ut ἔρ- absorptum fuerit ab ος, et hoc quidem cum praepositione coaluerit: nam quaecunque ad locum hunc sanandum profert eruditissimus Verheyk, duriuscula mihi videntur. Hoc fere modo peccatum est etiam Batrachomyomachiae 210. et 284., quorum versuum priore δὴ male, ni fallor, exaratum est, pro δ' αὖ, posteriore, qui etiam caesura caret, δειμαλέον pro eo, quod reponendum puto (κραυνὸν) δὴ, μαλερὸν Διὸς ὅπλον. Versu carminis 210. verba sic ordinanda: Ἀρτ. Πολ. δ' αὖ κ. γ. τ. Sed de deverticulo in viam.

958. ὁδός Ϙ' ὁδῶν πασῶν. Sic membr. D. E. T. In C. meo, et in Aldina ἁπασῶν, reclamante metro. Invenusti sunt huius versus numeri, in quo nulla caesura est. Emendationis, quam olim feceram, haud me poenitet:

ὁδῶν Ϙ' ἁπασῶν ὁδὸς ἀνιάσασα δή.

Turnebus nescio unde edidit:

ὁδός τ' ἀνιάσασα δὴ πασῶν ὁδῶν. B.

Neutrum horum commentorum probo. Servanda est lectio Ὁδός Ϙ' ὁδῶν πασῶν ἀν. δή, quae et in codd. Bodl. et Barocc. 1. invenitur: nam res duras duro versu exprimere poëtae solent; vid. ad 395; neque est quicquam praeter duritiem, quod in hoc quidem reprehendas.

964. ἆ 'γὼ κλύων δείλαιος. Sic membr. D. E. In aliis, ut in Aldina, δύστηνος. gl. ἄθλιος. B. Δείλαιος habet etiam Barocc. 1.

968. Scribere poterat ὦ δυςθέατον ἕμμα καὶ τέλμη πικρά. Quia vero admirandi particula ὦ cum genitivo etiam construitur, utramque syntaxin adhibuit. Vide Eustathium p. 409. l. ultima. Sed genitivi τέλμης πικρᾶς etiam ab ὅμμα pendere possunt, quod mihi verius videtur. B.

Repetendum ὦ ab initio versus: nisi malis, omitti interiectionem, ut apud Theocritum Syracus. 75. χρηστοῦ κ' οἰκτίρμονος ἀνδρός; Cuius ellipseos complura exempla praebet Koenius ad Gregorium de Dialecto Attica, sect. 70. M. Posterior Brunckii ratio praeferenda est.

969. Ut in v. 957. imperita Triclinii audacia τε inferserat, ita in hoc ex eiusdem recensione legitur ὅσας ἀνίας γέ μοι. Sic in codice scriptum est. At hic Turnebus parum sibi constans particulam omisit. B.

970. τοῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατόν. Suidas in τοῖ legit μολεῖν μέ. B.

972. ὁ σὸς πατήρ. Sic est apud Suidam loco modo laudato. At in εὐπρόσωπος, ubi hic versus etiam profertur, omissus est, ut in Tragici exemplaribus, articulus ὁ, qui salvo metro abesse non potest. Utroque in loco Suidas legit ἐμός τ' ἴσως, quod praeferunt codices aliquot, qui in fine sequentis versus pro varia lectione habent ἅμα. Vide Toupium ad Suidam I. 160. et III. 94. Viro doctissimo fraudi fuit Kusteri editio. Mediolanensem inspexisset, alteram suam coniecturam, quam praetulimus, confirmatam auctoritate Suidae vidisset. Ceterum quod illi magis adridebat, ἦ που μὲ Τελαμὼν, σὸς πατήρ, haud deterius est, immo numerosiorem concinnat versum. B.

Ἐμός τ' ἴσως et sequente versu ἴλεως θ' ἅμα, varia lectione non adscripta, exhibet MS. Ien., sed ἐμός θ' ἅμα, quod apud Aldum et in ceteris scriptis legitur molioris notae, retinendum puto cum B.

973. v. εὐπρόσωπος ἴλεώς τ' ἴσως, sed asseveranti ἦ που non convenit dubitans ἴσως, et nihil differunt εὐπρόσωπος et ἴλεως. Lego: ἐν λεῴς τόσοις, in tanto populo, tanto militum et nautarum Salaminiorum numero: nam invidiam augebat, Teucro mul-

tisque aliis salvis fortissimum et Telamoni exoptatissimum, Aiacem, desiderari. Ἐν λεῳῖς, modeste, utpote non dux eorum, sicut Aiax, sed commilito. cf. 1064.

975. ᾑδιον pro ἡδύ. vid. ad 160.

977. ἐκ δορὸς — πολεμίου, ex bello infesto, i. e. ex hoste infesta, ex captiva bellica, ut p. res pro persona ponitur. vid. ad Antig. 747. Mater Teucri fuit Hesione, Laomedontis, Troianorum regis, filia. Ceterum sufficeret δορὸς absque πολεμίου, sed garrulitatem senis exprimit Teucer, ut etiam sequentibus ὀειλία — καὶ κακανδρία.

982. πρὸς οὐδὲν εἰς ἔριν. Subaud. ὂν in οὐδέν. Rebus, quae minime ad contentionem spectare videantur, irasci dicitur Telamon.

983. ἀπωστὸς, expulsus ex paterna domo.

986. πολλοὶ μὲν ἐχθροὶ, παῦρα δ' ὠφελήσιμα. Sic omnino legendum. Scripti libri habent παῦρα δ' ὠφελήσιμοι: Aldus vero παῦροι δ' ὠφελήσιμοι. Hoc metri lex plane respuit: illud paene absurdum sensum efficit: πολλοὶ μὲν ἐχθροὶ, κατὰ δὲ τὰ ὀλίγα ὠφελήσιμοι. Sic qui hostes essent, iidem, licet parum, iuvarent tamen; quod a sententia alienum est. Quam hic nemo non intelligit esse debere oppositionem, nulla erit, si παῦρα adverbialiter vel elliptice accipiatur, ut in Sosiphanis versu quem citavi supra:

ὦ δυστυχεῖς μὲν πολλὰ, παῦρα δ' ὄλβιοι
βροτοί.

Cui simile est istud in Euripidis Medea,

ὀλίγ' ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες.

In istis oppositio est, non inter personas, sed inter personarum earumdem status diversos. Hic vero oppositio esse debet non inter eiusdem rei diversos modos, sed inter res ipsas: *multi mihi sunt inimici: panca autem adiumenta, quibus confisus, audeam resistere.* B.

992. τὴν τύχην. Articulum hic abesse non patitur linguae indoles: in impressis male omissus est: at eum exhibent codices omnes, etiam is, qui Triclinii recensionem habet, unde eum Turnebus revocare poterat. θεῶν, ut millies, monosyllabon est. B.

993. Ἐδωρήθη sensu passivo, quod rarissimum. Activum

tamen huius verbi habet Pindarus Olymp. 6. epod. 4. Hesiod. Op. et D. 82. M.

994. πρισθείς. Huius locutionis quasi periphrasis est, quod habet Seneca Troad. 559: Vinclis manus secantibus praestricta. Χειρὸς πριομένης eodem fere sensu Oppian. Halieut. 3, 314. Cf. etiam 2, 377. 575. 3, 608. 5, 186. M.

995. ἐγνάπτετ'. Sic Aldus et praestantiores codd. etiam Triclinianus. In E. ἐγνάμπτετ'. In Augustano ἐκνάπτετ', ut legitur apud Suidam in ἄντυγες. Postrema haec forma praeferenda videri possit, si vera est Grammaticorum observatio, quam protuli ad Comici Plutum 166. ἐκνάπτετ' etiam hic legisse videtur Eustathius, qui verbum κνάπτω e Sophocle citat p. 150. B.

Ad locum Aristophanis haec inter alia profert B., quae huc transscribentur:

Harpocration: Γναφεύς. τοῦτο οἱ παλαιοὶ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ κ ἔλεγον· κοινὸν δὲ τὸ διὰ τοῦ γ. κνάφος δέ ἐστιν ἀκανθῶδές τι, ᾧ ξύουσι τὰ ἱμάτια. τοῦτο οἱ νεώτεροι διὰ τοῦ γ λέγουσι παρὰ τὴν γνάψιν. Vetus Attica dialectus est ea, qua utuntur Tragici. [Utuntur autem, ut in hac quoque parte ab usu communis vitae segregentur, quem Comicos expetere consentaneum est. Editor.] Veteres Attici non solebant ῥῥ pro ρσ proferre; non dicebant ἄῤῥην pro ἄρσην: non solebant ττ pro σσ proferre; non dicebant θάλαττα pro θάλασσα: non mutabant ν in λ; non dicebant πλεύμων pro πνεύμων. Illud quidem alicubi in Euripidem intulisse memini, deceptus auctoritate Aldi: sed ut Discipulus est prioris posterior dies, temere id a me factum fuisse nunc agnosco, quod pluribus ad Sophoclem exsequar. Ob unicam hanc rationem, quod γναφεύς, γναφεύειν recentioris emollitaeque sint dialecti, haec forma apud Comicum reponenda, ut et ubique apud eum legitur ἄῤῥην, θάλαττα, πλεύμων, quae recentioris sunt Atticismi, non vero ἄρσην, θάλασσα, πνεύμων, quae sunt dialecti veteris, Tragicisque usitata. Ubicunque Grammatici τοὺς νεωτέρους Ἀττικοὺς memorant, Aristophanem fere respiciunt. —

999. κἀκεῖνον Αἰδης. Recte glossa verbum extrinsecus adsumendum supplet, ἔτλεξε, κατεσκεύασε. Nam ἐχάλκευσα, quod *gladio* aptum, *balteo* seorsum applicari non potest. B.

1003. Evenus apud Stobaeum serm. 80. — λόγος ὡς ὁ παλαιὸς,

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστιν, ἐμοὶ δὲ τάδε.

Unde liquet, proverbium esse, quod hic expressit Sophocles. M. Scholiastes quoque ad h. l.: γέγονε δὲ τοῦτο καὶ παροιμιακόν.

1006. v. — καὶ τάχ' ἂν κακοῖς

Γελῶν, ἃ δὴ κακοῦργος ἐ. ἀ.

in quibus nec caput nec pes apparet. Me si audias, Menelaus multa inventurus dicitur, quae irrideat; quae sententia convenit loco. Participium pro infinitivo usurpatum, sicut p.: idem enim hoc est ac si scriptum esset: καὶ ἀνὴρ κακοῦργος ἐξίκοιτ' ἂν τάχα, ὡς γελᾶν ἅδην κακοῖς: vir improbus facile eo perveniat, ut malis affatim irridendis satietur. Recte Galenus ad Hippocratis aphorism. 7, 68., ex interpretatione Plantii: "Ubi obscuritas adest, licet, prout cuique visum fuerit, scribere, nulla adversus eos, qui lectionem mutant, lege lata: nec propter obscuritatem solum, sed etiam quia falsa sit oratio, propterea addere aliquid alterius inventis, aut adimere, aut scriptionem mutare coguntur."

1008. ἄνδρα — στρατοῦ. vid. ad 410.

1013. ἀνάλωσας. Sic Augustanus et meus recte. In reliquis, ut in impressis, ἀνήλωσας. Thomas Mag. ἀνάλωσα καὶ ἀνάλωκα, Ἀττικοί· τὸ δὲ μετὰ αὐξήσεως ταῦτα λέγειν, οἷον ἀνήλωσα καὶ ἀνήλωκα, κοινόν. Vide Valckenarium ad Phoenissas p. 222. et quae notavimus ad Comici Plutum 380. B.

1014. δοκοῦντά γ'. Sic scriptum in C. T. quod aliorum librorum lectioni praestat δοκοῦντα δ' — B.

1017. v. Ἄξειν, quasi de re futura sermo esset. Recte Ald. et Baroec. 2. ἄγειν, ut est etiam 1061.

1020. v. ὡς ἕλοι δορί, ut ferro nos occideret. sed hoc dictum versu praecedente. sequor igitur Scholiasten, qui recte monet, talia iactasse furiosum. vid. 42 — 48. quae exaudiisse speculatorem, de quo versu 29., verisimile erat. Atqui hoc verum et quasi proprium insaniae erat signum, ut apte commemorarit Tragicus.

1022. v. μὲν ἄν. sed duplex ἄν, etsi interdum usurpari videtur, non placet.

1023. αἰσχίστῳ. Sic membr. et tres alii codd. e probatioribus cum Aldo. Triclinius praetulit ἐχθίστῳ. B.

ἐστρατήγεις. Nihil vulgatius hac temporum variatione. Sic in seq. v. ἔξεστι pro ἐξῆν, et 1260. ἴσχει pro ἔσχε. B.

1072. κόλαζ' ἐκείνους. Sic libri omnes. Gl. κολάζων ἐκείνους λέγε τὰ σεμνὰ ἔπη. Ex alia glossa δίδασκε τοὺς ἀρχομένους ὑπὸ σοῦ, ἢ τοὺς σεμνοὺς λόγους, non sequitur, a nonnullis lectitatum olim fuisse ἐκεῖνα, quod tamen vulgato non esset deterius, et Toupio reponendum omnino videtur in Epistola de Syracusiis Theocriti p. 338. B.

Τὰ σέμν' ἔπη, superba oratione. Vid. de his accusativis ad 42.

1074. στόμα, sermonem, ut infra 1184, Oed. Col. 957. M.

1076. οἱ πόνου πολλοῦ πλέῳ. plures dicit, unum intelligit, Menelaum, cuius studium recuperandae uxoris ardentissimum vituperari solet apud fabularum scriptores. cf. 1204.

1077. ἐνώμοτος. Sic membr. D. E. sic etiam in C. ex correctione, seu pro varia lectione. In aliis, ut in impressis, ἐπώμοτος. B.

1080. ψόφου. vid. Bos v. ἕνεκα. M.

1081. Οὐκ ἂν στραφείην. cf. Oedip. Tyr. 709. M.

ἕς τ' ἂν ᾖς οἵοσπερ εἶ. Mendose in libris omnibus ὡς ἂν ᾖς. Numquam Graeci scriptores ὡς adhibuerunt pro ἕως. Nihil aliud ὡς ἂν significare potest, quam *ut*. Hoc satis adstruxi ad Eurip. Phoen. 89. ἕς τε, ἕς τ' ἂν frequentant poëtae pro μέχρις οὗ, ἕως ἂν, ut in hac ipsa fabula 995. 1148. In Apollonii Rhodii Argonauticis II. 252. ἕς τ' ἂν ὁμόσσῃς. et IV. 1581. ἕς τ' ἂν ἄνω τείνῃσι. salvo metro scribi poterat ὡς ἂν ὁμόσσῃς, ὡς ἂν ἄνω τείνῃσι, sed pessum dato sensu. Nec magis per linguae indolem ὡς ἂν pro ἕς τ' ἂν scribere possis in hoc Euripidis loco ex Alcestide v. 343.

οἶσω δὲ πένθος οὐκ ἐτήσιον τόδε·
ἀλλ' ἕς τ' ἂν αἰὼν οὗμὸς ἀντέχῃ, γύναι. B.

vid. etiam ad Oed. Col. 1326.

1082. Ad chori partes hunc versum et sequentem pertinere manifestum est, quorum prior vulgo Menelao tribuitur, alter Teucro. B. Sic Heath.

1084. In contemtu habitos τοξότας intelligas etiam ex disputatione Lyci Eurip. Hercul. fur. 158. M.

1085. βάναυσον, sellulariam. Carpitur Menelaus tanquam deses, bellique inexpertus, qui mulieribus tantum det operam.

1088. ὡς δεινὸν τρέφει. Sic libri veteres. glossa μέγαν, quod Triclinius in textum intulit, ὡς μέγαν τρέφει. B. τρέφει, ἔχει. vid. ad Oed. Tyr. 369. Γλῶσσα θυμὸν τρέφουσα si quem offendit, is conferat Philoct. 320.

1097. προὔστη positum pro ἔστη, potestate τοῦ εἶναι, qua p. invenitur ἑστάναι. Sic πρὸ ad sensum abundat saepius in προτιθέναι, προκεῖσθαι aliisque verbis, quae videsis in indice. B. absque auctoritate vertit: obstitit.

1098. μισοῦντ' ἐμίσουν. Sic liquido in C. absque varietate, et in D. pro varia lectione vulgatae ἐμίσει superscripta. B. Ἐμίσουν etiam codd. Bodl. Bar. Ien. Legitur autem v. ἠπίστησα, quod recte frigidum iudicans Purgoldus reposuit ἐπίστασα. quem sequor.

1099. κλέπτης — ψηφοποιός. Periphrastice pro ψηφοκλέπτης, praestigiator, de quo genere hominum vid. Casaubon. ad Athenaeum lib. 1. c. 15. Vel potius significatur hic homo, qui praestigiatorum artes ad rem iudiciariam transfert, calculos ab altera parte clanculum demens, alteri clanculum adiiciens. M.

1100. οὐκ ἐμοί. Sic quatuor codd. In aliis, ut in impressis, κοὐκ ἐμοί. B.

1102. τινὶ indefinite cum ironia. Sic apud Comicum in Ranis 552. κακοῦ ἥκει τινί. et paullo post δώσει τις δίκην. Hic rursus Triclinius particulam γε insersit post ἀνίαν, quam vocem pro anapaesto habebat. B.

1105. σὺ δ' ἀντακούσει τοῦτον, ὡς τεθάψεται. Sic libri omnes, nisi quod obliterata Attica forma ἀντακούσῃ exhibent. Vereor ne nimis ingeniosus fuerit Valckenarius meus, cuius arguta quidem est coniectura prolata ad Euripidis Phoen. p. 555.

σὺ δ' ἀντάκου' ἓν τοῦτό γ', ὡς τεθάψεται.

Equidem facile patior poëtam hic fuisse negligentem: nec medium ἀντακούσεμαι magis damno, quam ὠνομάζετο in prioris Oedipi v. 999. Multa sunt verba, quorum futurum medium Atticis prae activo placuit. Simplex ἀκούσομαι pro ἀκούσω usitatissimum est; quidni item composito ἀντακούσομαι usi fuissent? B.

1107. ναύτας. Sic libri omnes veteres. Triclinius inepte ναύταις per ellipsin praepositionis σύν. B.

1109. κρυβείς. Mendose in Aldina et compluribus codd. κρυφείς, quod e glossa κρυφθείς ortum. At seq. v. ναυτίλῳ in sola Aldina operarum forte peccatum est. B.

ὑφ' εἵματος κρυβείς. Summae hoc, non formidinis aut moestitiae, sed plane ἀπογνώσεως, indicium, ut satis norunt, qui Graecos scriptores triverunt. M. Sic Priamus, Hectore occiso desperans, describitur Iliad. 24, 162.:

— — ὁ δ' ἐν μέσσοισι γεραιὸς
Ἐντυτὰς ἐν χλαίνῃ κεκαλυμμένος· ἀμφὶ δὲ πολλὴ
Κόπρος ἔην κεφαλῇ τε καὶ αὐχένι τοῖο γέροντος,
Τὴν ῥα κυλινδόμενος καταμήσατο χερσὶν ἑῇσι.

1110. πατεῖν παρεῖχε. Plato Theaeteto p. 139. C. παρέξομεν, ὡς ναυτιῶντες, πατεῖν τε καὶ χρῆσθαι ὅ, τι ἂν βούλωνται. M.

1118. ἄνθρωπε. Sic membr. et tres alii codd. In reliquis, ut in Aldina, ὦ 'νθρωπε. B.

1120. Eustathius p. 1364. ὄλβος, ἡ εὐδαιμονία, ἢ ἡ φρόνησις. — ἄνολβος δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ ὁ ἀπαίδευτος ἐν τῷ· ἄνολβον ἄνδρ' ἀνουθέτει παρών. B.

Cave verbum grammatico credas. Ἄνολβος quidem audit Menelaus, quoniam ἀπαίδευτον se praebuerat, sed ideo neque ἀπαίδευτος idem est τῷ ἄνολβος, nec φρόνησιν quis ὄλβον proprie dixerit. Ἄνολβος h. l. idem sonat atque alibi ἄθλιος, μέλεος, aliaque huius commatis verba, de quibus monui ad Elect. 424.

1128. ναχύνας, intransitive, ut Aeschyli Pers. 665. Choëph. 637, Eurip. Rhes. 639. M.

1129. ἰδεῖν providera. Theocrit. Syracus. 2.: ὄρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτῇ. M. Fas sit, obiter monere, in isto Theocriti carmine, qui leguntur Dorica dialecto conscripti, versus 87 et 88. rectius Ἀττικῶς efferri: siquidem non decuit, Δωρίζοντα aliis exprobrare τὸ Δωρίζειν, neque sic ipsum peccantem hospitem non carpsissent feminae. Et ita quidem recte illae quaerunt: Μᾶ πόθεν ὤνθρωπος; si communi dialecto usus erat homo; minus recte quaerunt, si Dorica.

1135. Supplex patris sepulturam orare iubetur Eurysaces, ma-

nuque, ad magis commovendos Graecorum animos, Tecmessae, Teucri suosque abscissos tenere cincinnos, luctus de peremto signa.

1139. Ἱκτήριον θησαυρόν. I. e. copiam, abundantiam, copiam ἱκετηρίων. M. Improprie s. dicuntur cincinni, quos pro κλάδοις ἱκεσίοις tenet puer, ramis non suppetentibus, sicut Orestes apud Eurip. Orest. 383.

Ἱκέτης ἀφύλλου στόματος ἐξάπτων λιτάς.

1139 — 1143. Exemplum dirarum.

1143. Ὅτως περ τόνδ' ἐγὼ τέμνω πλόκον. Plerumque diris actio aliqua adiungebatur, cuius similitudinem rei devotae imprecabantur. Vide Theocrit. idyll. 2, Virgil. eclog. 8, Callimach. hymn. in Cererem. M.

1153. δορυσσόντων. gl. πολεμικῶν. μετοχὴ ἀντὶ ὀνόματος. μόχθων, καμάτων. ἄταν, βλάβην. Verbum est δορύσσω, futurum δορύσω, cuius participium frustra solicitant viri docti in Eurip. Heracl. 777.

πόρευσον ἄλλα τὸν οὐ δικαίως
τᾷδ' ἐπάγοντα δορύσοντα
στρατὸν Ἀργοθεν.

Ad verbum δορύσοντα reddas *hasta pugnaturum*. B. Legitur v. Δορυσσόντων μόχθων ἄταν ἐπάγων, pingui oratione (nam μόχθος poëtis p. audit ἄτη) metroque durissimo. Τὸν μόχθον adscriptum fuit τῷ ἄταν.

1154. ἀνὰ τὰν εὐρώδη. gl. κατὰ τὴν σεσηπημένην, ἔνθα ἐχρωμίσαμεν. λέγεται δὲ ἀντὶ τοῦ σήπουσαν. B.

Merito Iohnsonum offendit vox εὐρώδη, minime ex analogiae regulis formata, nec metro satis conveniens. Scholiastes ab εὐρώς, squalor, sordes, deduxisse videtur; quam etymologiam si sequaris, εὐρώδης Τροία erit sordida, squalida Troia. At non ita Troiam nobis depingunt veteres. Eurip. Troad. 1001. τὴν Φρυγῶν πόλιν Χρυσῷ ῥέουσαν. Paris Ovidianus ad Helenam 185:

Ah, quoties dices: Quam pauper Achaia nostra est!
Una domus quaevis urbis habebit opes.

An igitur legendum:

Ἀντ', ἂν εὐρυεδῆ Τροίαν?

Ἄντα, ex adverso. εὐρυεδοῦς χθονὸς est in fragmento Simonidis,

saepe veteribus citato, nominatimque a Platone in Protagora, p. 240. B. Εὐρυοδῆ, si de terminatione constaret, non improbarem, cum Homerus habeat εὐρυοδείης Iliad. τ', 635. M.

Scholiastes vetus: εὐρώδη, σκοτεινὴν καὶ ἀερώδη τοῖς Ἕλλησιν. ἢ σεσηπυῖαν, ἐνθα ἐχρονίσαμεν. Scholia minora: —, τὴν σήπουσαν ἡμᾶς Τροίαν. Neutra explicatio probari potest, accipiendumque omnino Musgravii commentum εὐρυεδῆ, quo recepto, deletoque articulo, apparet metrum. Legitur autem v. Ἀνὰ τὰν εὐρώδη Τροίαν. Sic p. similes literarum ductus confunduntur, velut hymni in Mercurium 524. γόνον legitur pro γόνου: neminem enim sibi cariorem fore Διὸς γόνου, i. e. Mercurio, significat Apollo, et hymni in Venerem 69. exaratum ΣΤΑΘΜΟΙΟ pro ΣΤΑΘΜΟΙCI.

1156. αἰθέρα δῦναι. Insigne exemplum verbi substantivis duobus, sed alteri minus proprie, connexi, a reliquis quoque huiusmodi locis non parum differens, quippe cum hic substantivum, cuius potestas cum verbo pugnat, ipsi tamen proximum locum occupet. De altero genere nonnulla dedimus ad El. 420. cf. αἰθέρος βάθος Eurip. Med. 1308. M.

1158. v. ἀνὴρ, frequente vitio. Metrum poscit ὦνήρ.

1159. v. Ἔδειξ' ὅπλων Ἕλλασι κοινὸν ἄρην vel ἄρη. Haec duplici laborant vitio, interpolatione et corruptione. Corruptum est ἄρη: nam noxam vel perniciem nemo dixit ἄρην, ut Musgravio placet, et bellum si interpreteris, frigebit ὅπλων. Reposuimus igitur ἀρὰν, damnum, perniciem, ut ἀρὰ πολύστονος Eurip. Orest. 997, dicitur agnus ille pestifer, quem Thyestae gregibus immisit Mercurius, filii Myrtili ulturus caedem. Et s. p. vox sonat, quae non semel cum ἄρης, ἄδης et similibus permutata est. Iam interpolatum esse Ἕλλασι, sententia clamat. Quid enim? Graecisne solis armorum usus innotuit? non Troianis? non mortalibus in genere? Saltem dedisset, quisquis ille fuit, βροτοῖς vel ξυνητοῖς: sed hoc scilicet corruptis Δορυσσόντων μόχθων non respondebat. Tibullus in simili causa:

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?
Quam ferus et vere ferreus ille fuit!
Tunc caedes hominum generi, tunc proelia nata:

Tunc brevior diræ mortis aperta via est.

Expuncto igitur verbo Ἕλλασι, metrum quoque apparebit strophici.

1160. ἰὼ πόνοι. gl. διὰ μέσου τοῦτο. B. Metrum flagitat ὦ pro ἰώ. Errat glossator.

1163. τέρψιν ὁμιλεῖν. gl. ὥςτε διατρίβειν. Eadem structuræ ratione, eodemque sensu ac paullo infra ἰαύειν, quod etiam διατρίβειν significat. B.

Vid. de hac forma ad 42, et 1166.

1166. Male s. interpungitur et legitur: τέρψιν ἰαύειν ἐρώτων· ἐρώτων δ' ἀπέταυσεν. Ἰαύειν τέρψιν, voluptatem dormire, i. e. cum voluptate vel suaviter dormire, dicitur, ut quarto abhinc versu ὁμιλεῖν τέρψιν κυλίκων, i. e. ὁμιλεῖν (ἄλλοις) σὺν τέρψει κυλίκων, aliaque eiusmodi, de quibus vide ad 42. Sola somni voluptas securi neque interrupti hic laudatur, si proba lectio, Veneris autem gaudia sequente versu, quæ repetito verbo ἐρώτων ut maxime desiderabilia celebrat poëta ἐρωτικός. Non diffiteor autem, τέρψιν eodem commate bis positum non placere, ut fortasse corrupta existimanda sint verba οὔτ' ἐννυχίαν τέρψιν ἰαύειν, reponendumque οὔτ' ἐννύχιον Θύρσον ἰάκχειν, neque nocturnum celebrare thyrsum, vel quiddam simile. Suadet illud commemoratio tibiæ, et amborum, quæ celebrari solent in canticis Bacchicis. vid. Eurip. Bacch. 160, 379, 400 — 416, nec satis apte fistulis et amoribus intervenit nocturnus — somnus.

1168. ἀμέριμνος, i. e. πολυμέριμνος. vid. de huiusmodi compositis ad Trach. 106.

1169. Similis querela præconis apud Aeschylum Agam. 525 sqq. Nec abludit Ulyssis narratio Odyss. Ξ', 475. Valer. Flacc. 1, 552.

— ad Troiam flentes hiberna Mycenas. M.

1172. λυγρᾶς μνήματα Τροίας. Vulgo λυγρὰς ad κόμας relatum: quod Triclinius tuetur advocata hypallage, cuius exemplum est in Antig. 955. sed mendosum et plane ineptum mihi videtur. Gl. ἀντὶ τοῦ εἰς μνημόσυνον τῆς Τροίας, ἤγουν ἵνα μνήμην ἔχω τῆς Τροίας. B.

1174. ἀνεῖται, devovetur, consecratur. vid. Eurip. Phoeniss. 975, Philostrat. Icon. lib. 1. in Amphiarao. M.

1180. ὅπως προσείποιμ' ἄν. Mendose vulgo, προσείποιμεν. Scriptum primo fuerat ab incauto librario προσάποιμι, quod in meo remansit, absque ἄν: unde, ut hiatum tolleret, corrector fecit προσείπειμεν. B. Pridem correxit Iohns.

Ἱερὰς, Minervae sacras.

Mos erat nautis, in conspectum terrae, quo tendebant, venientibus, nomine eam salutare. Virgil. Aen. 3, 524:

Italiam laeto socii clamore salutant.

Statius Theb. 4, 808:

— salutatus cum Leucada pandit Apollo.

Auctor est Pausanias in Atticis p. 67., iam inde a Sunio in conspectum venire navigantibus Minervae Poliados galeam. Quamobrem et inde etiam salutari solitam fuisse, nemo dubitet. M.

1186. ἀνοιμωκτί. Sic in C. in Angust. et meo, ut apud Eustathium etiam legitur p. 723. Sic ἀστακτὶ ultimam producit in Oed. Col. 1600. ἀστενακτὶ in Comici Concion. 464. B.

1189. ὑψὴλ' ἀκόμπεις. Quidam codd. ἀφρόνεις, reclamante metro. Inde ortum, quod in aliis et in Aldina est, ἐφώνεις. Hoc habet D. in contextu, et supra γρ. ἀκόμπεις. gl. ἐμεγαλορρημόνεις. Hesychius itidem κομπεῖ, μεγαλορρήμονεῖ, ψοφεῖ. Nostram lectionem adgnoscit Comici scholiastes ad Acharn. 638. B.

— κἀπ' ἄκρων ὠδοιπόρεις. Festive hinc Aristophanes in Acharn. 638. — ἐκ ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε. Ubi hunc locum citat Scholiastes. Liban. vol. 1. p. 336.: Ἐπ' ἄκρων πορεύονται δακτύλων. Vid. et 806, D. M.

1195. Ποίου κέκραγας ἀνδρός. Subaud. περί. M.

1196. ποῦ βάντος, ἢ ποῦ στάντος; In meo cod. ποῖ βάντος, ἢ ποῦ στάντος. Quod sane melius esse videtur. Glossa ad βάντος, πορευθέντος. Cum verbis motus adhibetur ποῖ, non ποῦ. Supra 970. ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατόν; Ista, ut ὅποι et ὅπου, a librariis saepissime commutata. Vide ad Oed. Col. 23. B.

Phrynichus pag. 14: ποῖ ἅπει. ποῦ δὲ ἅπει, ἁμάρτημα.

1200. *εἰ πανταχοῦ φανούμεθ'*. Sic bene membr. aliique codd. cum Aldo. In quibusdam *φανοίμεθ'*. In T. *φανοίμεθ'*, et v. seq. *ἀρκέσοι*, ne modi varientur scilicet. Immo in C. *βάλοιτε*: quae omnia sunt librariorum ludibria. B.

1201. *ἀρκέσει*. gl. *ἀρκετὸν ἔσται*. B.

1203. *κακοῖς βαλεῖτε*. Non admodum dissimile est Philostrati *κέμπῳ βαλὰν* Icon. lib. 1. in Amphiarao. Noster Trachin. 919. *αἰτίᾳ βάλοι*. Libanius vol. 1. p. 811. *βάλλουσι σκώμμασι*. Id. p. 303. *θορύβοις βαλλόμενος*. Id. p. 307. *μήκεσι — λόγων βέβλημαι*. vid. et p. 308, C. Id. vol. 2. p. 395. *τοῦ Ῥωμαίων — δήμου βοαῖς αὐτὸν ἀσελγεστέραις βεβληκότος*. vid. et p. 556, D. M.

1208. *εἰς τὸ πρόσθεν ἄξομεν*. gl. *προτιμήσομεν*. B.

1209. *πλατεῖς* ad Aiacem referendum, qui revera procerus et grandis. M.

1212. *μέγας δὲ πλευρὰς βοεῖς*. In T. ut apud Stobaeum Floril. Grotii p. 15. *πλευρά*. In D. et in meo *πλευρὰν*, quod ob iucundiorem sonum praeferri poterat. B. *πλευρὰν* plures MSS., teste Porsono, Eurip. 1, 51., in quibus duo Bodleiani apud M., et editt. duae Florentinae, quod Tayloro Lect. Lysiac. placet, ob versum alioqui *πολύσιγμον*. Sed vix recte adhibetur numerus singularis. quare corruptum puto *πλευρὰν*, reponendumque *πλευρῶν*, intellecto *ἕνεκα*, ut *μέγας πλευρῶν* rariore, sed eleganti, loquendi forma idem significet, quod *μέγας πλευραῖς*, *πλευρὰς*, *πλευρὰ*, quorum haec duo postrema interpretandi gratia adscripta esse existimamus. De genitivis loco dativorum usurpatis vid. supra ad 349. A et Ω literae p. inter se permutantur. Sequente versu vitio calami *ὀρθὸς* exaratum est in libris, sicut p. finales *ν* et *ς* literae commutantur.

1223. *σωφρονεῖν*. gl. *εἰρηνεύειν, καὶ μὴ κατ' ἀλλήλων μαίνεσθαι*. B. Legitur autem v. *σωφρονεῖν*, minus bene. *νοῦς* adhibitum pro *θυμὸς*, ut Antig. 758 et p., neque aliud est *νοῦς σωφρονῶν* quam *σωφροσύνη*, quam utrique apprecatur chorus.

1227. *οὐδ' ἐπὶ σμικρῶν λόγων*. Sic Aldus et veteres codd. recte. Triclinius inepte aliam lectionem secutus est, nisi ipse eam excogitavit, *οὐδ' ἐπὶ σμικρῶν πόνων*. Ignoravit scilicet,

mina ἔπος, λόγος saepe nihil aliud significare quam *rem* in genere, quod observavimus ad Oed. Col. 422. Sic Comicus in Concion. 760.

οὐ γὰρ τὸν ἐμὸν ἴδρῶτα καὶ Φειδωλίαν
οὐδὲν πρὸς ἔπος οὕτως ἀνιήτως ἐκβαλῶ.

pro nulla re, nulla de caussa. Supra v. 462. ubi Aiax ait,

οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτὸν,

non plus haec verba minusve valent, ac si comico sermone dixisset οὐκ ἂν ἐρεβίνθου πριαίμην, *vilissimo pretio non emerem.* Ita hic οὐδ' ἐπὶ σμικρῶν λόγων valet *ne minimum quidem.* Legitur vulgo initio huius versus εἰ σοῖ γ' ὅδ' ἀνήρ, quod mendosum esse alibi declaravimus. In D. superscripta est glossa, ὅδε ὁ ἀνὴρ, quod sane mirum videri debet: nam voces ὅδ' ἀνὴρ neque illa, nec quavis alia explicatione indigebant. Verum refertur ista glossa ad veterem scripturam, quam restituimus, ὅδ' ἀνήρ. B.

1229. τὴν σὴν προτείνων ψυχήν. Ex Homerico Il. I. 322.

αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν.

1231. κἀνόητ'. Membr. et E. κἀνόητ'. In D. litura deleta litera ν, et glossa superscripta μωρὰ καὶ ἀνόητα. In T. κἀνόητ' est a prima manu; postmodo ν superne additum fuit, cum glossa μωρὰ καὶ ἀνωφελῆ. Bona est utraque lectio; sed nostra, quam tuentur alii probati libri et Aldus, genuina videtur. ὦ πολλὰ λέξας καὶ ἀνόητα ἔπη, eodem sensu dictum, ac apud Comicum ὦ πόλλ' ἀναλώσας ἔπη, quod hic alibi dicit μάτην ἀναλίσκειν. Altera lectio ex glossa orta est, quae ἀνόητα explicat per μωρὰ καὶ ἀνόητα. B. Saepius haec confusa. vid. ad 737.

1233. Legitur v. οὔτε pro ἐντὸς, quod dedimus ex duobus scriptis, altero Bodleiano, altero Barocciano 1. Sed praeterquam quod, retenta ista lectione, vix expedias ἑρκέων (nam pro dativo duriuscule hic acciperetur), minus quoque elegans erit locus, si statim ab initio Aiacem indicarit Teucer, cum recepto ἐντὸς, incerti suspendantur auditorum animi, quis fuerit ille ἑλῴων μοῦνος, in quo τις subaudiendum, donec versu 1239. gravissime quaeritur:

Τίς ταῦτ' ἀπεῖρξεν; οὐχ ὅδ' ἦν ὁ δρῶν τάδε;

Probo igitur ἐντὸς cum M.

1236. v. ναυτικοῖς ἑδωλίοις, sed tunc alterutrum horum, νεῶν vel ναυτικοῖς, abundat, et locupletior etiam exsistit sententia, si non fori tantum nautici, sed transtra quoque, conflagrasse dicantur, quae descriptio totarum navium.

1237. v. ἐς δὲ ναυτικὰ σκάφη, quod per se ferendum esset, cum similia ναὸς σκάφος, νεῶν σκάφη, ναύτορος πλάτη, ναύτιλος πλάτη poëtis frequententur, nisi et ambiguum videri posset, Graecorumne an Troianorum naves intelligerentur, et antecedente versu legeretur ναυτικοῖς, ut eadem vox intra duorum versiculorum spatium bis illata taedium lectori creatura sit. Utrique incommodo medentes reposuimus ἐναντία σκάφη.

1240. Revera hoc non dixerat Agamemnon, sed rem auget Teucer, more iratorum. cf. 1192: nam itidem Teucer non deieraverat, 1196, 1200 — 1204, 1221, 22.

1241. v. ἔνδικα legitur prp ἢ δίχα, quod rescribendum esse, praeclare vidit M. Ceterum reponi Ἄμ' ὑμῖν pro ἄρ' ὑμῖν, necesse non est, cum p. subaudiatur praepositio.

1242. Χῇ' αὖθις. Καὶ αὖθις οὐ μνημονεύεις (cf. 1232.), ὅτε αὐτὸς μόνος ὁ Αἴας ἦλθεν ἐναντίος μόνου τοῦ Ἕκτορος, κληρωθείς; Schol. Ien.

1245. ὑγρᾶς ἀρούρας βῶλον. Alludit ad Cresphontis dolum, quo, quum ducerentur sortes de Peloponnesi divisione inter Herculis posteros, Messeniam, quam cupiebat, obtinuit. Rem narrat Apollodorus Bibliothecae L. II. cap. 8. Eustathius p. 361. τρόποι δὲ ἀναχρονισμοῦ εὐμέθοδοι καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἔνθα τε κλήρου μέμνηται, ὃς εὐλίφου κυνῆς ἔπεσε πρῶτος ἅλμα κουφίειν, ὡς μὴ βῶλος ὑγρᾶς ἀρούρης ὤν, κατὰ τὴν περισργίαν τοῦ ὑστερογενοῦς Αἴαντος Κρεσφόντου. καὶ ἐν τῷ Τραχινίων δὲ προοιμίῳ, ἔνθα ἡ παλαιὰ Δηϊάνειρα γνωμικῷ λόγῳ χρᾶται τοῦ ὑστέρου τῷ χρόνῳ Σόλωνος. ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ (434.) οὐκ ἄν ποτε δίκην ὧδ' ἐψήφισαν. ψηφίζειν γὰρ οὕπω εἴδησαν ἥρωες, ἀλλὰ μεταχρόνιον τὸ τῶν ψήφων εὕρημα. Quod sequitur ἅλμα κουφίειν ex Homerico adumbratum ἐκ δ' ἔσορε κλῆρος κυνέης. B.

Scholiastes: Οὐδὲν πανουργήσας περὶ τὸν κλῆρον, ἀλλ' εὐξάμενος λαχεῖν αὐτόν. Τοῦτο δὲ ἱστορεῖται περὶ Κρεσφόντου καὶ τῶν Ἀριστοδήμου παίδων, ὅτι πανούργως ὁ Κρεσφόντης βῶλον ὑγρὰν εἰς τὴν ὑδρίαν (verba quae hic sequuntur in vulgatis, τοῦ ὕδα-

τος, sententiae non conveniunt) ἔβαλε, κληρουμένων περὶ Μεσσήνης.

Non male interpres fabulae Gallus, in Théatre des Grecs, par le P. Brumoy, nouvelle edition, Paris, 1735, vol. 2, p. 466: Les boules étoient communément faites de terre séchée au soleil, et chacun de ceux, qui tiroient au sort, y mettoit sa marque. Ceux qui vouloient que leur boule ne sortit point, pouvoient, en y laissant un peu d'humidité, l'attacher au fond du casque. Homère, en parlant de ce combat, n'est point entré dans ces détails.

1246. ἅλμα κουφίειν. Sic νεβρὸς πήδημα κουφίζουσα Eurip. Electr. 866. M.

1249. τοῖ βλέπων. Sic Aldus et codd. veteres bene. Triclinius τοῦ βλέπων. Vide supra ad 1196. B.

1255. ὁ Φιτεύας πατήρ. Sic liquido scriptum in D. T. et ex emendatione in E. Mendose in ceteris Φιτεύας. Fallitur Heathius, et qui eum sequitur, Parisinus editor ad Antig. 636., quum Φιτεύας hic, et illic Φιτεύει reponendum esse statuit. Graece non Φιτεύειν, sed Φιτεύειν dicitur. Ceterum ista scholiastes intelligit de Aërope patre, non de Atreo, tametsi is ab aliis perhibetur uxorem suam, postquam eam a fratre Thyeste corruptam sensit, in mare praecipitari iussisse. Vide Euripidis scholiastam ad Oresten 812. B. Subaudi αὐτὴν in Φιτεύας: potior enim nostri Scholiastae auctoritas. Ceterum ex linguae regulis non Aërope in mare dicitur proiecta esse, sed adulter, secus ac v. locum interpretantur, delendumque est comma post πατήρ.

1256. ἑλλοῖς in membr. aliisque codd. aliquot notatum spiritu tenui, ut recte excudi fecit Turnebus. B. Διαφθορὰν sensu passivo accipiendum esse, monet M. Mendose libri ἔφθειρεν.

1260. ἴσχει. gl. ἔσχε, quod in contextum transtulit codicis mei librarius. B.

1262. Ἀλκμήνης γένος. Triclinius τέκος. B.

1267. βαλεῖτέ που. Postremae voculae superscripta glossa in codd. ποτικέν. Mallem legi που. B.

1268. ἡμᾶς τρεῖς. Nugas agit vetus enarrator, qui tres hos esse ait Teucrum et geminos Atridas, quia comminantis

non misericordiam moventis sermo est. Sed et metu atrocioris sceleris, nempe si mulieri et puero violentas inferret manus, et minis, quas postmodo diserte profert, Agamemnonem a proposito deterret Teucer. B. Recte haec cepit Schol. Ien.

1269. τοῦδ' ὑπερπονουμένῳ. gl. ὑπὲρ τοῦδε ἀγωνιζομένῳ. Vide supra ad v. 225. B.

1270. τῆς σῆς ὑπὲρ γυναικός. Hoc minus bene in versione reddidi. Vertere debebam, *quam tua pro coniuge, aut tui etiam fratris inquam.* Sic sensus bene expositus est in minoribus scholiis. Haesitatio autem illa, et simulata ignoratio, utrius uxor caussa sit belli, irati et contemnentis est. Deductum hoc observat Eustathius p. 754. ex Achillis oratione ad Graecorum legatos, Il. I. 327.

ὡς καὶ ἐγὼν πολλὰς μὲν ἀϋπνους νύκτας ἴαυον,
ἤματα δ' αἱματόεντα διέπρησσον πολεμίζων,
ἀνδράσι μαρνάμενος, ὀάρων ἕνεκα σφετεράων.

Eustathii observationis partem protulit Clarkius. B.

1271. v. τοῦ σοῦ δ' ὁμαίμονος λέγω, sed nec τε convenit, neque haec aliter accipi possent, quam ut pro ipso Menelao dimicare detrectaret Teucer, quod, propter mentionem factam Clytaemnestrae, ferri nequit. Quin nec pro Agamemnonis muliere, nec pro Helena, se libenter pugnare, affirmat ille, ut recte mentem loci declarant minora scholia. quam restitues legendo λέχους pro λέγω.

1273. βουλήσει ποτέ. Comminandi formula, qua usus etiam Comicus Nub. 1129.

ὥςτ' ἴσως βουλήσεται,
κἂν ἐν Αἰγύπτῳ τυχεῖν ὧν μᾶλλον, ἢ κρῖναι κακῶς.

Seq. v. pro ἤ 'ν, quod valet ἢ ἐν, perperam in Aldina excusum ἤ γ' —. B.

1288. ξυνηρετμεῖν. Sic Aldus et codd. omnes veteres. Turnebus ineptissime pravam lectionem sincerae praetulit, ξυνηρεμεῖν, quam unica Triclinii recensio exhibet, cum mentione tamen alterius: nam supra scriptum est γρ. ξυνηρετμεῖν. Illud autem vel ex oscitantia librarii est, vel ex imperiti hominis circa metrum cura. Penultima in hoc verbo corripitur ante

tenuem et liquidam, ut in ὄκνος, ἀκμὴ, πότμος et similibus. Aeschylus Persis 374.

ἐτροποῦτο κώπην σκαλμὸν ἀμφ' εὐήρετμον. B.

1292. μὴ τλῇς. gl. μὴ ὑπομείνῃς. B.

1293. ἡ βία. Violentia Teucri, cum cadaver retineret fratris, avibus canibusque proiiciendum.

1298. οὔκουν ἀτιμάσαιμ' ἄν. Sic bene membr. et Aldus. In reliquis veteribus οὐκ ἄν ἀτιμάσαιμ' ἄν, labante metro, cui fulciendo Triclinius γε inseruit. Eamdem particulam in tertio adhinc versu omiserunt plerique librarii, quam tuentur praeter Aldum membr. et D. E. B.

1299. ἓν — ἄριστον. Eleganter εἷς ita coniungitur cum superlativis, ut in πολυθρυλλήτῳ illo:

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Latini hoc quoque imitati sunt, quod fugit Vechnerum in hellenolexia.

1304. βλάπτειν τὸν ἐσθλόν. Sic libri omnes. Mallem in generali sententia βλάπτειν τιν' ἐσθλόν. — οὐδ' ἐὰν μισῶν κυρῇς pro κυρῇ τις. Vide ad Trach. 2. B. Fortior est vulgata.

1309. εὐσεβεῖν. τουτέστι δικαιοπραγεῖν, ὡς πᾶσιν ἀρέσκειν. Eustath. p. 1514. Quum Atheniensibus libertatis studiosissimis odio esset regnum, quavis oblata occasione Tragici poëtae eiusmodi inculcabant sententias, quibus regiam potestatem obtrectarent. B.

De particula τοι in gnomis et post articulum usitata monui supra ad 260.

1312. v. Παῦσαι· κρατεῖς τοι. Marklandum, inquit M., offendit vox παῦσαι, ut parum decora. Neque enim Ulyssem debuisse imperatorem suum et regum regem, Agamemnonem, in ordinem cogere, et eo modo alloqui. Quamobrem emendat, neque, ut puto, inelegantèr: Πάσαις κρατεῖς τοι — omnibus suffragiis vincis, quando ab amicis vinceris. Append. notarum in Supplic. Eurip. p. 249. Omnino tamen malim: Πλεύσει κράτιστον, optime navigabis.

Sic ille. Sed lusca est ipsa illa sententia, Agamemnonem vincere videri, ubi ab amicis victus sit. Neque ita verecundus est Ulysses. vide 1281, 1282, 1294, 1320. Nempe viri

docti rursus, ut saepissime, lapsi sunt in voce φίλων, a φίλα derivanda, non a φίλοι, de quo errore dixi ad 321. Ceterum de corruptione τοῦ παῖσαι consentio, reponoque, ipsa sententia duce: Πᾶς σὺ κρατεῖς τοι.

1314. ἀνὴρ ὃδ' ἐχθρός. Perperam vulgo ὃδ' ἐχθρὸς ἀνήρ. B.

1316. Ἐχθρᾶς. subaud. μᾶλλον. vid. supra ad 930.

1317. ἔμπληκτοι βροτοῖς. Sic membr. D. et meus, ut et veteres criticos legisse perspicuum est. In aliis, ut in impressis, βροτῶν. Proprie ἔμπληκτος est μαινόμενος, μανιώδης, et per consequens εὐμετάβλητος. glossa: τοιοίδε φῶτες, ἤγουν οἱ νῦν μὲν φίλοι, ἔπειτα δὲ ἐχθροὶ, ὥςπερ οἱ παραπλῆγες. Hac significatione, nempe τοῦ παραπλῆγος, occurrit istud nomen apud Euripidem in loco, quem depravatum citat Heathius, quique sic ex Musgravii sententia legendus, Troadum v. 1211.

Θνητῶν δὲ μωρὸς, ὅστις, εὖ πράσσειν δοκῶν,
βέβαια χαίρει· ταῖς τροπαῖς γὰρ αἱ τύχαι,
ἔμπληκτος ὡς ἄνθρωπος, ἄλλοτ' ἄλλοσε
πηδῶσι, κοὐδεὶς ὠὐτὸς εὐτυχεῖ ποτέ. B.

1321. τῇδε θἠμέρᾳ, id est τῇδε τῇ ἡμέρᾳ. Perperam hic et aliis in locis, ut supra 735. 757. in Turnebi editione et eius traducibus excusum τῇδέ θ' ἡμέρᾳ, quasi si plene esset τῇδέ τε ἡμέρᾳ. B.

1325. ὁμοῖα, *consimilia. Ut quisque operam dat, ut factis suis par referatur gratia!* B.

At haec sententia aut nulla, aut certe frigidissima, est, ut sane praestet, locum de φιλαυτίᾳ hominum interpretari, quae p. carpitur. Sua causa potius quam Aiacis agere Ulysses videtur Agamemnoni. Similiter Euripides Med. 85:

Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν ἄρτι γιγνώσκει τόδε,
Ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ;

Adverbialiter igitur positum ὁμοῖα.

1327. v. abest γε, quod recte addidit Porsonus ad Eurip. Phoen. 1366., cum in utraque Iuntina et MS. Trin. legatur Σὸν γὰρ ἆρα. Facile enim γε et compendium τοῦ γὰρ inter se permutabantur.

1328. παντᾳχῇ. Sic D. Augustanus et meus. Perperam in aliis, ut in Aldina, παντᾳχοῦ. Vide notam ad Comici Lysistr.

1230. παγταχῆ iam lectum fuerat in utraque Iuntina. B.

1330. v. τῇςδε, male.

1342. ἔχθιστος. gl. ἥγουν μάλιστα μεμισημένος. B.

1351. v. ἀναξίως, minus bene.

1352. σπέρμα Λαέρτου. Sic Aldus et codd. veteres. In Triclinii recensione Λαρτίου. B.

1353. Ne id scilicet Aiaci acerbum foret. Eurydice apud Statium Theb. 6, 181:

— prohibete nefas; auferte supremis
Invisam exsequiis.

vid. et Eurip. Hercul. fur. 1364. M.

1355. ξύμπρασσε. Perperam vulgo ξύμπραττε. B.

1362. κάπετος, ὁ ἐσκαμμένος λάκκος, παρὰ τὸ σκάπτειν, ἐλλείψει τοῦ σ. Vide Eustathium p. 1019. 1376. B.

1365. ἐπίκαιρον — λουτρῶν. Intell. ἕνεκα. Sed vid. ad 349. Thucydides, monente M., lib. 3, cap. 92: τοῦ πολέμου καλῶς — ἐδόκει ἡ πόλις καθίστασθαι, pulchre ad bellum situm esse videbatur; et paulo post: τῆς τε ἐπὶ Θράκης παρόδου χρησίμως ἕξειν.

1366. τὸν ὑπασπίδιον κόσμον, indumenta, quae in proeliis gestare consuevérat. cf. 562. M.

1374. v. divisim πάντ' ἀγαθῷ. Frequentat eiusmodi composita noster tragicus.

1375. Aldus et veteres codd. habent κοὐδενί τῳ λῴονι θνητῶν, syllaba ad integritatem versus deficiente. Prava est Triclinii lectio καὶ οὐδενί — Ante diphthongum καὶ elidi debet. Proinde retinenda antiqua lectio, vel legendum κοὐδενί τῳ λῴονι τῶν θνητῶν. B.

Recte sagacissimus vir, M.: Uterque, inquit, versus graviter corruptus est. Legendum:

Κἄπ' οὐδενί τῳ λῴονι θνητῶν
Αἴαντος ὀτλεῖν τόδε, φωνῶν.

Dicensque insimul, nunquam se ob mortalem Aisce meliorem hanc operam navasse. Ὀτλήσεμεν habet Apollon. Rhod. 3, 768. ἔνδικον ὀτλήσοντες ἀεὶ πόνον epigramm. in Anthol. p. 460.

Quem sequor, nisi quod φωνῶ retinendum est: nam aptius ex sua persona hoc dicit Teucer, ad excitandos milites. Prae-

sens ὀτλεῖν positum loco praeteriti, ut p. vid. ad Trach. 70.

Versus, qui ex Aiacis persona in nescio cuius poëtae tragoedia recitabantur, profert Clemens Alex. Strom. II. p. 462. quos, etsi doctis quibusdam viris et Sophoclem auctorem habere, et ad eius Aiacem pertinere visi fuerint, Grotius prudenter incertorum tragicorum inter fragmenta retulit p. 461.

Πῆμα δ' οὐκ ἐλευθέρου
ψυχὴν ἔδακνεν ἀνδρὸς, ὡς ἀτιμία.
οὕτως πέπονθα, καί μ᾽ συμφορᾶς ἀεὶ
βαθεῖα κηλὶς ἐκ βυθῶν ἀναστρέφει,
λύσσης πικροῖς κέντροισιν ἠρεθισμένον.

Nihil infamia
gravius perurit pectus ingenuum viri:
ea me calamitas terret, et penitus fibris
adacta miserum versat ex imo lues,
stimulisque mentem durus exagitat furor. B.

Legitur v. fragmenti huius versu primo πῆμα δ' οὐδὲν ἐλευθέρου, inopportunam versus regionem occupante anapaesto, tertio vero συμφορεῦσ' ἀεὶ, inepte. Priore loco antiquus nescio quis lector cum hyperbatum non caperet, ne servus intelligeretur, scripsit οὐδέν. Κηλῖδα συμφορᾶς habes etiam Oed. Tyr. 814.

ANNOTATIONES IN PHILOCTETAM.

ARGUMENTUM metricum non exstat in veteribus codd. nec in Aldina. Primus id edidit Turnebus e codice ad Triclinii recensionem scripto, in quo perperam v. 1. legitur ἐν Χρύσῃ Ἀθηνᾶς. Χρύσῃ ipsius Minervae cognomen erat, cuius meminit Scholiastes ad Oed. T. 186. et sic hoc ipso in dramate appellatur v. 192. et 1289. Erat etiam Χρύσῃ insula prope Lemnum, in quâ ad cognominis Minervae aram a serpente ictus fuit Philocteta. Ista dilucidavit Alex. Politus in erudita ad Eustathium nota p. 707. editionis Florentinae, et post eum Valckenarius Diatribes Euripideae Cap. XI. V. 2. mendose in codice scriptum fuit μόνοις. Immo solus Philoctetes aram noverat, quam in Chryse insula Minervae dedicaverat olim Iason. Cod. ἤδῃ exhibet v. seq. cuius vice Turnebus suo more edidit ἤδει. oportuit ἤδη. V. 4. νάυάτῃ, quod prorsus barbarum est, retineri non debuit: peius in codice ναυ- ἀτην στόλον. Vide quae notavimus ad Aeschyli Persas 373. B.

Ναυβάτης, non ναυάτης, ubique scribendum esse, primus dilucide docuit Hemsterhusius ad Pollucem 7, 29. De insula Chryse cf. etiam Αἰχμαλωτίδων fragmentum 7.

V. 2. Appianus in Mithridat. p. 143: Περὶ Λῆμνον, ἐν ἐρήμῳ νήτῳ καταλαβὼν, ἔνθα δείκνυται βωμὸς Φιλοκτήτου, καὶ χάλκεος ὄφις, καὶ τόξα, — μίμνυμα τῆς ἐκείνου πάθης.

ἀστειπτος, οὐδ' οἰκουμένη, non calcata, nedum ut habitetur. S. ἄβατος; οὐδ' οἰκητὸς Oed. Col. 39. Tenendum porro, non universam insulam penitus incolis vacuam fuisse, quam utique Argonautarum progenies habitabat, sed duntaxat tractum hunc litoralem, ἀκτὴν χθονὸς, ut vocat. M. cf. 217.

12. ἀκμή. gl. καιρός. Sic in Ai. 790. οὐχ ἕδρας ἀκμή. B.

14. τῷ. gl. ᾧ τινι τῷ σοφίσματι. Vide notam ad Oed. Col. 1224. B.

19. δι' ἀμφιτρῄτος. Mendose in Aldina ἀμφιτρῆρος. B.

21. σῶν. Sic editiones Aldi et Turnebi, ut et codd. omnes. gl. ἤγουν εἰ σώζεται. In Henr. Stephani editione legitur ζῶν, quod consultone an operarum errore invectum fuerit, nescio. Verum scio mendosissimum esse, siquidem sic senarius in spondeum desinit: nam vocalis ante ζ corripi non potest. B.

22. εἴτ' ἔχει. gl. κατοικεῖ. recte. πρὸς ἃ ἐλθὼν σῖγα, σήμαινέ μοι εἴτε κατοικεῖ — Sic Latinis *habera* valet *habitare*, qua significatione Plauto frequentatur, ut Bacchid. I. 2. *Quis istic habet?* et in Aululariae prologo. B.

24. ὡς κλύῃς. Sic recte in B. Soloece alii et impressi κλύοις. B.

25. κοινὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν ἴῃ. Sic legisse scholiastam perspicuum est, siquidem diversae lectionis meminit εἴη, quae manifesto vitiosa est. Nam praeterquam quod diphthongus ει semper producitur, optativus modus hic contra structurae legem adhiberetur. Requiritur verbum subiunctivi modi, qualia sunt κλύῃς et φράζω. In scholio mendam Romanae editionis imprudens reliqui. Lege διανύοιτο. B.

26. οὐ μακρὰν λέγεις. Sic codd. omnes. gl. οὐ μακρᾶς διδαχῆς δεόμενον, ἤγουν μακρῶν πόνων. B.

οὐ μακράν. Nisi Sophoclis mos esset, insolentissima quaeque sectari, legerem οὐ μακρόν. M. Μακρὸν tentaverat Johnsonus, quanquam ipse coniecturae suae non multum tribuens.

Nec sane quicquam mutandum est, sed intelligendum ὂν in μακρὰν, nam οὐ μακρὸν leve nec molestum indicaret opus, οὐ μακρὰν (ὂν) sonat tale, quod statim suscipere licet; quae sententia requiritur. Et s. cepit B.

29. στίβου γ' οὐδείς. Sic T. In duobus aliis, ut in Aldina, στίβου τ' — B.

32. οἰκοποιὸς — τις τροφὴ, domestica aliqua vita, i. e. domesticae vitae aliquod vestigium. Sic τροφὴ sonat El. 1142. Et huic explicationi convenit, quod respondet adolescens. De supellectili tum demum recte Ulysses quaerit, cum antrum ingressus est Neoptolemus, qui nunc in ipso speluncae limine stare cogitandus est. Simili breviloquentia 61: ἅλωσιν pro μηχανὴν ἁλώσεως dictum. B., nescio quo prolubio, deserta librorum omnium scriptura, dedit οὐκ.

33. στειπτή. Scholiastes στιπτὴ, habet, ut v. 2. ἄστιπτος. Eadem scriptura est in B. et apud Suidam. At Eustathius p. 778. στειπτὴ ex hoc loco citat, ut scriptum est in membr. B.

35. αὐτόξυλον. Vide Andromedae fragm. VI. Φλαυρούργου. Sic codd. veteres et Suidas. In Aldina mendose Φλαυλούργου, ut etiam a prima manu scriptum in T. sed ex λ factum fuit ρ. Turnebus edidit Φαυλεύργου. In seq. v. scripti et impressi libri habent τεχνήματ' ἀνδρός. Pluralis numerus doctos viros merito offendit; sed locum emendare dum conarentur, malum peiori malo sanaverunt. Quippe levius istud τεχνήματα feram, quam τέχνημά τ', sive pro τε, sive pro τοι accipienda veniat particula, qua nullus hic usus est. Nec magis admittenda Toupii coniectura, Cur. Nov. in Suidam p. 70. τέχνημα τἀνδρός. Nam τοῦ ἀνδρὸς definite post indefinitum τινὸς plane insicetum est. Librarii malam manum quivis hic facile poterat adgnoscere. Imperitus homo metro consulere voluit, quod laborare credidit. Scripserat Tragicus Φλαυρούργου τινὸς ἀνδρὸς τέχνημα. Illo, ne spondeus esset in secunda senarii sede, ordinem invertit, et vitando hiatu scripsit τεχνήματ' ἀνδρός. Prima in τέχνη corripitur, ut quaevis vocalis natura brevis ante asperatam et liquidam. Vide Ai. 1085. Oed. T. 352. et sic passim. B.

Nihil novandum esse, pulcre vidit Porson ad Eurip. Orest.

1051: nam similiter Antigonam dici νυμφεῖα Antig. 561, unam victimam προσφάγματα Eurip. Hec. 269, clypeum gestamina Ovid. Met. 15, 165. Plura eiusmodi exempla ibi profert vir doctissimus, quibus adde Ἀνδραίμονος γένεθλα de Andromacha fragmento Phrygum Aeschyli a me reperto in codice Euripidis satis bonae frugis Guelferbytano. Γένεθλα enim, non γένεθλον, quod liber exhibet, legendum esse, metri ratio demonstrat.

36. De πυρείοις vid. Wesseling. ad Diod. Sic. 5, 67. — Plato p. 641, C.: τριβοῦντες, ὥσπερ ἐκ πυρείων, ἐκλάμψαι ποιήσαιμεν τὴν δικαιοσύνην. M.

37. θησαύρισμα. gl. ἀπόθετον κτῆμα. B.

39. v. πλέα. reduxi formam Atticam.

40. ὦνὴρ κατοικεῖ. Perperam vulgo ἀνήρ. B.

42. προβαίη, adscendat, ut saepius. „Conspiciuntur in scena radices montis, in quibus spelunca est Philoctetae, ut patet ex iis, quae praecedunt. Ipse absens altius adscendisse debuit, ubi obiectis rupibus latet.“ G. Hermann. apud Erfurdtium; ceteroqui bene, nisi descendisse etiam poterat aegrotus. Locus itaque sic accipiendus: sane haec ipsa est Philoctetae habitatio: qui enim fieri possit, ut altiorem aliquam sibi elegerit vir pede infirmissimus?

43. ἀλλ' ἢ 'πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν. Philoctetae alimentum praebebant aves et ferae, quas sagittis configebat. Atqui aves et ferae statis horis ad certa loca se conferre solent. Recte scholiastes ἐπὶ φορβῆς ὁδόν. At glossator, qui id minus intelligebat, exposuit ἐπὶ ζήτησιν φορβῆς. Hoc ipsum Ulysses dicere debuisse videtur Toupio, qui Emendat. in Suidam III. 336. reponit ἢ 'πὶ φορβῆς μαστύν. Nimis audacter. Huius formae verbalia frequentant Ionici poëtae, qualia sunt ἐδητύς, ὀρχηστύς, θελκτύς, πωρητύς, et alia, sed Atticis fere inusitata sunt. B.

Sane retinendum est νόστος, neque laxe declarandum mihi videtur ὁδός, sed proprie, cum iter quodvis significat: siquidem quae cuivis alii brevis via fuisset, Philoctetae iter fuit claudo.

47. λαβεῖν. Perperam in membr. et in Aldina μολεῖν, unde Parisinus editor sinceram lectionem erulsse credit.

ἕλοιτό γ', ἢ τοὺς πάντας Ἀργείους, μ' ὀλεῖν.'

Sed istud ὀλεῖν e barbariei specu arcessitum, non e puris graecae linguae fontibus. ὀλέω, ὀλεῖν sunt prorsus inusitata, nec uspiam, nisi apud Grammaticos, ubi de formatione temporum agunt, reperiuntur. μᾶλλον αἱρεῖσθαι est προκρίνειν, *malle*. B. Male vulgatae ἕλοιτό μ'.

53. M. malebat οἷς ὑπ. π., verecunda periphrasi Ulyssis.

55. ἐκκλέψεις. Sic emendate in B. Soloece vulgo ἐκκλέψῃς. ὅπως hic valet *quomodo*, ut infra 78. et pendet a suppresso verbo φροντίζειν, φράζεσθαι, vel simili. Immo, ni me fallit coniectura, verbum librariorum errore, potius quam poëtae iudicio, hic desideratur. Quid enim sibi vult post ἐκκλέψεις λέγοισι participium λέγων?

τὴν Φιλοκτήτου σε δεῖ
ψυχὴν ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις σκοπεῖν.

Glossa in codd. ἐκκλέψῃς, ἀπατήσῃς. Ratio autem Philoctetam fallendi haec erat, ut simularet Neoptolemus se Atridis infensum esse. Huc pertinet scholion, quod in Editione Romana alio translatum fuit: οἱ γὰρ ἐξ ἑνὸς ἠδικημένοι, φιλοῦσιν ἀλλήλους. B.

Merito participio λέγων offendebatur B. Et sententiae quidem conveniret id, quod proponit, remedium, σκοπεῖν, sed literarum nimia discrepantia refellitur. Scribendum haud dubie — ὅπως λόχοισιν ἐκκλέψεις λόγων, ut insidiosis eum verbis fallas, nec nisi leviter extremo versu distinguendum est: nam constructio verborum sic procedit: Δεῖ σε λέγειν, Ἀχιλλέως παῖς, ἔταν σ' ἐρωτᾷ, τίς τε καὶ πόθεν πάρει, ὅπως ἐκκλέψεις λόχοισι λόγων τὴν Φιλοκτήτου ψυχήν. Non recte quoque τὸ ὅπως intellectum esse Gallo eruditissimo, cum nihil omnino ad integritatem desideretur orationis, iam facile apparet. Et probandum erat, in σε δεῖ intelligi solere ὁρᾶν vel quiddam simile.

58. πλεῖς ὡ πρὸς εἶκον. Abundat particula ὡς, quae eleganter iungitur praepositionibus ἐπὶ et πρὸς motum significantibus. Familiare hoc Arriano in Alex. M. Expeditione. Comicus in Equitum fine:

κἀκεῖνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην. B.

60. οἳ σ' ἐν λιταῖς στείλαντες. Abundat praepositio ἐν, ut Oed. T. 802. Antig. 944. 984. στείλαντες, simplex pro compo-

sito μεταστείλαντες — ἐξ οἴκων. Sic veteres codd. et Aldus, quod et Turnebus retinuit. In T. minus bene ἐξ οἰκόυ, quod ex Henr. Stephani editione in posteriores manavit. B.

στείλαντες. Sic ἔστειλα usurpatur Antig. 163, ἐστειλάμην Oedip. Tyrann. 429. Similiter Antig. 159. πάμψας positum esse pro μεταπέμψας vel μεταπεμψάμενος, bene monet etiam Laurent. Sahl in editione Nostri, quae 1802 prodiit Hafniae, Brunckianum quidem textum repetens, cum selectis Brunckii pauculisque Sahlii annotationibus. Ita quoque 67. βαλεῖς valet προσβαλεῖς.

61. μόνην ἔχοντες. Sic Aldus et veteres codd. Triclinius δὲ infersit. B.

63. ἐλθόντι δοῦναι. Id est ὥςτε ἐλθόντι σοι δοῦναι. B.

64. λέγων. Pendet hic nominativus a λέγειν in v. 57. structura ad significatum, non ad verba adcommodata. Quippe istud λέγειν imperativus est infinitivi forma, unde pendet etiam πλεῖς, suppressa particula ὅτι, nisi mavis e communi repetere λέγε δὲ ὅτι πλεῖς πρὸς οἶκον. Proinde difficultas, ad quam offendit Vir doctus, quamque tollit legendo λέγ' οὖν, nulla est. Is est Fridericus Gedike, Gymnasii Rector Berolini, qui seorsum fabulam hanc edidit luculento commentario illustratam in tironum usum. Nullum est Tragici nostri drama, quod enarratorem tam peritum nactum fuerit. B.

Rursus fallitur B. vid. ad 57. Πλεῖς vividae orationis est, pro λέξεις, σε πλεῖν, quales loquendi formae in omnibus linguis inveniuntur, nec πλεῖς ad λέγειν referendum est, sed naturaliter regit λέγων, verbis ἐκλιπὼν — παρέδοσαν per parenthesin interpositis.

65. ἔσχατ' ἐσχάτων. Comparat M. κακὰ κακῶν Oedip. Col. 1204.

69. σοι. cf. 114. Legitur autem v. πέρσαι σοι τὰ etc., quod κακόφωνον.

72. οὔτ' ἔνορκος οὐδενὶ, nemini iureiurando obstrictus: ne Philoctetae forte incredibile videatur, eum exercitu relicto domum redire. M.

73. οὔτ' ἐξ ἀνάγκης, neque vi coactus. Tali enim homini non magis liberum fuisset expeditionem deserere, quam fuerat

antea detrectare.

οὔτε τοῦ πρώτου στόλου, neque in prima classe. Hi enim omnes Philoctetae ob' ipsum derelictum invisi esse debebant. M.

79. v. καὶ Φύσει σε, ut saepissime turbavit iotacismus. Erfurdt παῖ pro καὶ dedit, alii alia sunt commenti. Φύσει redundare censebat Erfurdt, sicut Eurip. Bacch. 894.

84. δός μοι σαυτόν. Terentius Adelphis: *'Da te hodie mihi.* B.

86. Hos versus sic convertit Florens Christianus:

Ego vero, Ulysseu, dicta quae non audiam
animo lubenti, facere semper oderim.

Eadem sententia Georg. Ratallerus ad hunc modum:

Quae facta, Ulysse, audire animus horret, eadem
patrare morte acerbius duco.

Haud sane exspectabam aliquem exstiturum, qui has interpretationes falsi argueret, aliumque Graecis sensum inesse contenderet. Nuperus Parisinus editor nos docet, ea sic verti debere: *Ea moliri odi, quorum famam factorum aegre ferrem.* plurimisque exemplis adstruit, quod vel pueris notum, κακῶς κλύειν significare *male audire*, id est *vituperari*. Est hoc quidem certissimum: sed tam certum est illam significationem verbi κλύειν non magis hic locum habere, quam apud Comicum in Concion. 91. ἀκροᾶσθαι de fama accipi posse. Ibi mulier reprehensa, quod lanam in concionem ferret, ait: τί γὰρ ἂν χεῖρον ἀκροώμην ἄρα ξαίνουσα; *Quippini? num minus audiam rhetorum conciones, si lanam carpam?* Quid hoc, quaeso, ad famam? B.

89. ἐμέ. Expectasses encliticum; sed sic p. hae formae pronominum inter se commutantur. Et quo vetustiores sunt scriptores, eo sunt in hoc genere negligentiores. quos imitantur seriores antiquitatis studiosi. Mitto Homerum. Hymni in Apoll. Pyth. 321. habes ἔρχεσθαί θ' ἅμ' ἐμοί: et hymni in Cererem 218: ὅσσα τ' ἐμοί περ. cf. indicem.

91. ἐξ ἑνὸς ποδὸς, i. e. ἑνὶ ποδί, quomodo p. usurpari ἐξ, monitum est ad El. 700. Ceterum hoc non proprie accipiendum est, quasi uno tantum pede uti diceretur Philoctetes, sed πούς personam περιφράζει, ut χείρ, ὄμμα, σπλάγχνα, quod praeci-

pnis hisce maximeque utilibus corporis membris fieri consentaneum est. Sic Eurip. Hec. 977. ed. Beck.:

Τί χρῆμ' ἐπέμψω τὸν ἐμὸν ἐκ δόμων πόδα;

τὸν ἐμὸν πόδα, i. e. ἐμέ. Idem Helen. 1571:

— — ταύρειος ὃς ποῦς
Οὐκ ἤθελ' ὀρθὸς σανίδα προσβῆναι κάτα,
Ἀλλ' ἐξεβρυχᾶτ' —

Ταύρειος ποῦς, i. e. ταῦρος, siquidem ποῦς, proprie intellectus, mugire non poterat. Similiter idem Orest. 1622. dixit ἐνόπλῳ ποδὶ pro ἐνοπλοι. Intellecto igitur ὧν verba ἐξ ἑνὸς ποδὸς nihil aliud significant quam unum, singulum, cui opponitur ἡμᾶς τοσουσδε.

99. ἡγουμένην, regentem, gubernantem. cf. Eurip. Suppl. 228. M.

100. τί ἄλλο πλὴν confundit imperite Parisinus editor cum interrogationis formula Platoni frequentata ἄλλο τι ἤ. Legat auctorem Doctrinae Particularum, qui formulas istas enucleate distinxit, et simul fideiussorem quaerat, quo auctore credamus, graecum esse imperativum ἄνωγες. Ab ἀνώγημι novi ἀνώγησι, ἀνωχθι. Verum ἄνωγες nusquam vidi. B.

102. ἐν δόλῳ. Abundat praepositio ἐν, ut supra 60. B.

103. οὐ μὴ πίθηται. *Non persuadebitur.* Aoristus 2. subiunctivi cum particulis οὐ μή eamdem vim habet quam futurum indicativi. Euripides Herc. Fur. 720.

ὧν οὐ πάρεστιν, οὐδὲ μὴ μέλῃ ποτέ.

Nec adest, nec aderit unquam. Comicus in Lys. 563.

κοὐ μή ποτ' ἄλλη σοῦ κύων τῶν ὀρχεων λάβηται.

Fallitur Berolinensis editor, qui ista a suppresso verbo φοβέσμαι pendere ait. Diversa sunt μὴ οὐ et οὐ μή. B.

106. Θρασὺ, audendum, quod suscipere audeas, τλητόν τι. Rarior vocis usus; quanquam s. et alia adiectiva activa vel neutra passive usurpantur; quam figuram in verbis proprie dictis amat Noster. Schol.: οὐκοῦν οὐδὲ προσελθεῖν ἐκείνῳ εὐθαρσές ἐστι καὶ ἀσφαλές; In προσμίξαι intell. τινὰ, quo respicit λαβόντα in sequentibus.

108. τὰ ψευδῆ λέγειν. Sic libri omnes. Verum Parisino editori adsentior, et legendum puto τὸ ψευδῆ λέγειν. Saepe in ar-

ticulo, qui ex indole linguae infinitivo adiungitur, lapsi sunt librarii, articulum mutato numero nomini tribuentes. In Anacreontis carm. XI. ediderat Stephanus τὰ τερπνὰ παίζειν, ubi sermonis puritas flagitat τὸ τερπνὰ παίζειν, quae est etiam tersissimi poëtae manus. B.

111. ἐς κέρδος. In B. T. πρὸς κέρδος. B.

114. ὁ πέρσων γ'. In B. T. particula γε omissa. B.

116. In Aldina θηρατέα γίγνοιτ' ἄν. Sic etiam in membr. scriptum, additis prosodiae signis, quibus indicatur utrumque α longum esse. Nempe librarius θηρατέα ad Τροίαν referebat. In B. θηρατέα γένοιτ' ἄν. Recte in T. θηρατέ' οὖν. B.

118. τὸ δρᾶν. Abundat τὸ, ut p. vid. ad El. 990.

119. κεκλῆσο. Optativus praeteriti passivi. Formam hanc saepe obliterarunt librarii. In Euripidis Heraclidis, ubi perperam editum κεκτώμεθα, legendum:

μάτην γὰρ ἦβην ὧδέ γ' ἂν κεκτήμεθα.

Vide quae notavimus ad Comici Lysistr. 235. 253. Mendose hic Aldus edidit κέκλησ' ἅμα, ut in membr. scriptum est: in duobus aliis κεκλήσ' — Turnebo debetur emendata lectio. B. Rarissime hoc tempus inveniri, monet M. Ceterum v. legitur αὐτὸς, frigidiuscule. Reponendum ὠὐτὸς, i. e. ὁ αὐτὸς, idem.

126. δοκῆτέ τι. Sic bene distinctae voces in B. In ceteris perperam δοκῆτ' ἔτι. B. Illud etiam Canterus dedit. Τοῦ χρόνου, pro χρόνῳ vel κατὰ χρόνον. vid. ad Oed. Col. 376.

127. κατασχολάζειν. gl. βραδύνειν. B.

128. ναυκλήρου τρόπον. Ald. et veteres codd. τρόποις. B.

129. ἄγνοια in casu recto. Sic scriptum in duobus veteribus codd. In T. ἀγθοία, ut in impressis. B.

130. ποικίλως αὐδωμένου. σοφιζομένου, δολίως διαλεγομένου. B.

134. Νίκη. Scholion: οὕτως ἡ πολιοῦχος Ἀθηνᾶ Νίκη καλεῖται ἐν Ἀττικῇ. Euripides Ione 1550.

μὰ τὴν παρασπίζουσαν ἅρμασίν ποτε
Νίκην Ἀθηνᾶν Ζηνὶ γηγενεῖς ἔτι —

Victoriae nomine cultae Minervae templum erat in arce: idcirco mulieres, quae arcem occupaverant, in Comici Lysistr. 317. eius

implorant opem: δέσποινα Νίκη ξυγγενοῦ, Vide Meursii Att. Lect. I. 26. B.

v. Ἀθηνᾶ: sed bene monet Porsonus ad Eurip. Orest. 26, praeeunte Valckenario ad Phoeniss. 11, Atticos dicere Ἀθάνα, δαρὸς, ἑκατι, κυναγὸς, παδαγὸς, λοχαγὸς, ξεναγὸς, ὀπαδὸς, per α, non per η, nec tamen Ἀθαναία pro Ἀθηναία usurpare; et hoc quidem in loco Ἀθάνα praebere Eustathium ad Il. ι, 758, 44 Rom. 661, 21. Bas.

135. Aldus et veteres codd. τί χρὴ, τί χρὴ, δέσποτά, μ' ἐν ξένᾳ ξένου — contra metri rationem. B.

Certum est, με loco migrasse suo; ceterum ἐν ex -α verbi δέσποτα natum puto, scribendumque ξένῳ pro ξένᾳ: siquidem inepte τῷ ξένου adderetur ἐν ξένᾳ (γῇ), quod per se intelligitur: nam domi hospites haud novi. α et ω literae p. permutatae inter se deprehenduntur.

139. καὶ γνώμα. Sic bene Aldus et veteres codd, scilicet ἑτέρας γνώμας προὔχει. Sic in glossa expositum erat, unde librarius codicis B. vocem in textum intulit καὶ γνώμα γνώμας, metro reclamante. Harum quae reiicienda erat, retinuit Triclinius, cuius lectio est καὶ γνώμας. B.

140. Διὸς σκῆπτρον. In Aldina σκῆπτον. Scripserat forte poëta σκᾶπτον. B. Et s. edidere Wakef. et Erf., quos sequor.

141. σὲ δ', ὦ τέκνον, τόδ' ἐλήλυθε. Sic veteres codices et Aldus: id est εἰς σέ. Triclinius mutavit sine caussa. Dimeter est antispasticus. Pro ditrochaeo in antistrophico est choriambus; paeona habet uterque in secunda sede. B.

144. τόπον ἐσχατιαῖς. In T. ἐσχατιᾶς, quod ad sensum perinde est. Sed nulla erat caussa, cur Triclinius veterem lectionem mutaret. ἴσως γὰρ προεῖδεν ἐθέλεις τὸν ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τόπον, καθ' ὃν τινα κεῖται. B.

145. ὄντινα κεῖται, i. e. καθ' ὄντινα κεῖται. Vid. ad Aiac. 30.

150. In fine huius versus Aldus et veteres codd. duas voculas addunt, e prava glossa in textum illatas, τὸ σόν, quas tam metrum quam sententia respuit. Fefellit haec lectio scholiastam cuius falsa est expositio, τὰ σὰ νεύματα φυλάττειν. Immo ad ὅμμα subauditur ἐμόν. B.

156. μή με λάθῃ πελάσας ποθέν. Quod in omnibus libri

legitur προςπεσὼν, mendosum est, ut ex comparatione strophici versus liquet, et ex confusione glossae cum genuina lectione ortum: ad πελάσας adscripta fuerat glossa προςπελάσας et e v. 46. προςπεσών. Voces postmodo permutatae fuerunt a librariis. B. Temere novavit B. Προςπεσὼν tantum post Μὴ ponendum erat. Vidit etiam Erfurdt.

161. ἅπεστιν. Sic emendate in B. In ceteris claudicat versus omissione ν paragogici. B.

163. Numeris perite instituendis effecit tragicus, ut claudicantem adspicere nobis videamur Philoctetem, cum alacribus anapaestis, a quibus incipit versus, exprimantur vis et impetus, quibus progredi, et velocius quidem, tendit miser, dactylorum autem, qui sequuntur, opposito numero quasi pingatur impediens morbi imbecillitas.

166. σμυγερὸν σμυγερῶς. Mendose vulgo legitur στυγερὸν στυγερῶς. In scholiis malum malo cumulatum, quum adverbium per ἐπιμόνως exponatur. Scriptum oportuit σμυγερῶς, ἐπιτόνως. Hesych. σμυγερὸν, ἐπίπονον, οἰκτρὸν, μοχθηρόν. σμυγερῶς, ἐπιτόνως. Eustathius p. 1463. ἔστι δὲ σμυγερῶς, τὸ ἐπιτόνως, ὀδυνηρῶς, καὶ ὡς εἰπεῖν, καυστικῶς. ἀπὸ τοῦ σμύχω τὸ καίω, ὅθεν τὸ σμύξαι πυρὶ νῆας. (Ιλ. I. 649.) τοῦ δὲ σμύχω δεύτερος ἀόριστος ἔσμυγον, ὅθεν τὸ σμυγερόν. Nihil verius hac emendatione. B. Vocem σμυγερὸς cothurno indignam haud immerito censet Erfurdt. vulgatam itaque active interpretari satis habeo, ut infensus, non feris avibusque, sed Graecis et toti humano generi dicatur Philoctetes, ut qui illorum negligentia ad vitae rationem tam incertam molestamque redactus esset.

171. μηδὲ ξύντροφον. Sic ad metri rationem scribi debuit. Perperam Aldus et veteres codd. σύντροφον. Sinistra Triclinii emendatio est μηδ' αὖ σύντροφον. B.

174. ἀλύει. gl. ἀλγεῖ, ἀπορεῖ. B.

ἐπὶ παντὶ χρείας. Pro ἐπὶ πάσῃ χρείᾳ. Cf. Ai. 505. Antig. 1185. M.

175. ἑσταμένῳ, i. e. ὄντι. vid. ad Ai. 198.

176. v. Ὦ παλάμαι θνητῶν. Sed statim sequente βροτῶν displicet θνητῶν. Deinde non tam de industria in genere agitur h. l., quam de modis et machinis evitandae mortis: πῶς ποτε, πῶς

ἀντέχει; Accedit metri ratio: nam in antistropha quidem, ubi deleveris pessimum τοῦ ἀνήκεστα glossema βαρεῖα, quod βαρέα fuit, reposueris cum Musgravio ἀθυροστομία pro ἀθυρόστομος, et hic quoque anapaestum melius convenire quam spondeum, facile intelliges. Lego igitur:

Ὦ παλάμαι θανάτων!

O mortis remedia, quot estis! Θάνατος et θνητὸς etiam alibi confusa.

181. ἥκων. Sic bene apud Suidam legitur in λασίοις. Tragici exemplaria habent οἶκων. In B. οἳ κουδενὸς, librarii errore, qui compendio scriptum ἥκων dispexisse non videtur. ἥκειν pro εἶναι eleganter adhibetur. οὗτος τῶν εὐγενῶν οὐδενὸς ὕστερος ὢν ἴσως. Sic in Oed. Tyr. 1489, Oed. Col. 1145, Ai. 617, ἥκειν nihil aliud valet quam εἶναι. Pro ἔχειν usurpari solet in eleganti formula εὖ ἥκειν τινὸς, in qua tamen istud verbum non nemini suspectum fuit. Vide notas ad Luciani imagines T. II. pag. 469. B. Vid. etiam ad Oed. Col. 1517.

185. στικτ. ἢ λασ. μ. θ. i. e. cum avibus vel feris, ut ingeniose interpretatur Stanleius ad Aeschyl. Sept. 783. Pictae aves multis memorantur. M. Profert Stanl. Virgiliana haec ex Georgicorum 3:

Omne adeo genus in terris, hominumque ferarumque,
Et genus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres.

et Aen. 4.

Cum tacet omnis ager, pecudes, pictaeque volucres.

Neque ad rem pertinet, quod monet V., feras omnes nunc στικτοὺς nunc λασίους dici; quanquam et ipsi queque ingeniosa videtur illa oppositio.

186. v. — ἔχων· βαρεῖα δ' ἀθυρόστομος Ἀχώ. Glossema βαρεῖα vel potius βαρέα, de quo dixi ad strophicum, absorpsit articulum Α sequentem, qui versui necessarius est. Poscit hic etiam sibi ἀθυροστομίη, quod ex ultimo epigrammate Anthologiae commode suggessit M.

187. Vulgo legitur πικρᾶς οἰμωγᾶς ὑπόκειται, quod quid sibi velit, nemo declaravit umquam. Quippe vetus enarrator, quid sententia flagitet, exponit quidem; verum is verborum et inextricabilis structurae nullam rationem reddit. Genitivi πικρᾶς οἰ-

μωγᾶς a nomine τηλεφανὴς non pendent: verbum requirunt, a quo regantur: id esse non potest ὑπόκειται. Iam diu est quum emendavi ὑπακούει. Comicus in Nub.

εὐφημεῖν χρὴ τὸν πρεσβύτην καὶ τῆς εὐχῆς ὑπακούειν.

ubi simpliciter valet *audire*: saepe usurpatur etiam pro respondere. *Echo sola tristes eiulatus audit.* B.

In eandem vocem coniectura incidit M., qui similes hosce locos profert: Odyss. ὀ, 283: ἐνδοθεν αἰὲν ὑπακοῦσαι: Theocrit. Hyla 59: τρὶς δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν: Plutarch. de oraculorum defectu pag. 419, C.: τὸ δὲ τρίτον ὑπακοῦσαι τῷ καλοῦντι. Et sane hoc reponere cuiusvis erat, verbum quippe tritissimum nec facile commutandum. Reconditum quid sonat ὑπόκειται, quod haud male in hunc modum interpretatur Wakefield: Quisquis alteri subiacet, quiescit, ec, qui opprimit, quiescente; excitatur autem et libere movetur altero surgente. Et ad hanc notionem accommodari videtur figurata Sophoclis locutio: quoties scilicet cientur Philoctetae gemitus, una cietur Echo. Sic ille. Brevius dicas, Echo ὑποκεῖσθαι querelae Philoctetae, quia quasi ex ea suspensa est, quia pendet ex ore miseri, neque unquam libera est et sui iuris, sed continuis eius gemitibus, quibus ipsi respondendum est, semper exercetur. Quae explicatio neque longe repetita mihi videtur, neque indigna tragico.

191. καὶ τὰ παθήματα κεῖνα. Minus bene vulgo παθήματ' ἐκεῖνα. Vide notam ad Ai. 227. B.

192. Χρύσης. Minervae. vid. ad Argumenti versum 1.

194. Luxatum huius versus metrum in membr. ut in Aldina: οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ θεῶν τοῦ μελέτῃ. B. Porsonus in Addend. ad Eurip. Hec. p. 82. ὡς reponendo defungi se posse arbitratur: sed alios novi Sophocleos numeros.

195. ἐπὶ Τροίᾳ. Triclinius, ἐπὶ Τροίαν. B. τοῦμὴ. subaud. ἕνεκα. M

196. θεῶν. Expectaveris θεοῖς: sed vide ad Aiac. 849.

198. δαμῆναι. pl. πορθηθῆναι. B.

199. εὔστομα, εὐστόμως. De voce εὔστομα vidd. inttpp. ad Herodot. 2, 171. M.

200. v. τειρομένου, versu imperfecto. του additur a Porsono l. l., qui frequentem pronominis illius omissionem pluribus exemplis comprobat. sed idem significat φωτὸς, quomodo et p.

adhibetur ἀνὴρ pro τις, et κακόφωνον istud τειρομένου του. Legitimum sonum digitis callemus *et aure*.

202. ἑτύμα. Perperam in membr. et in Aldina ἑτοίμα. B.

203. στίβου. Subaudiatur ἐπί. Triclinius contra veterum librorum fidem dedit στίβον, quod quidem bonum est, et intelligendum per ellipsin praepositionis κατὰ, ut in Aiac. 30. πηδῶντα πεδία. — κατ' ἀνάγκαν. gl. βιαίως, μετὰ στεναγμοῦ. B. Ambiguitatis vitandae gratia στίβον praetuli, neque in talibus multum valet codicum auctoritas.

206. διάσημα ϑροεῖ γάρ. Remansit hoc me imprudente ex vulgaribus editionibus. Ordinem vocum invertit Triclinius, qua de caussa nescio. Legendum, ut in Aldina est et veteribus codd. διάσημα γὰρ ϑροεῖ. Versus asynartetus est ex anapaesto et antispasto. Pro diiambo in antistrophico versu ditrochaeus est. B.

Versus 203 — 206. recte digessit G. Hermann. Quorum ultimus v. sic habet:

Διάσημα γὰρ ϑροεῖ,

in quibus antispasti nullum vestigium, quare neque antistrophicum trochaeus intrare potest. Sed vide ad 214.

208. In Tragici exemplaribus sic legitur hic versus:

ὡς οὐκ ἔξεδρος, ἀλλ' ἔντοπος ἀνήρ.

Manifestum est lectionis vitium, quod metri ratio ostendit: quippe versus esse debet dimeter anapaesticus, qualem quidem eum concinnavi pro ἔντοπος substituendo ἐγγύς. Sed usquequaque falsa est haec emendatio. Fefellit me opinio confusas hic fuisse lectionem et glossam. Sane si ἐγγὺς in textu lectum olim fuisset, nulli magistro venisset in mentem, adverbium hoc declarare per nomen ἔντοπος: verum hoc bene declaratur per hanc glossam ἐγγύς ἐστι τοῦ τόπου τούτου. Tum venusta oppositio est nominum ἔξεδρος et ἔντοπος. Denique indefinitum ἀνὴρ indoli linguae repugnat. Vera lectio est, quam me piget serius deprehendisse:

οὐκ ἔξεδρὰς, ἀλλ' ἔντοπος ὢνήρ.

Particula ὥς initio versus a mala manu est: absque ea versum hunc citat scholiastes Comici ad Aves 276. B.

210. ποιμὴν ἀγροβότας. Minime praetulerim scripturam co-

dicis B. ἀγροβάτας. In Euripidis Cyclope v. 54. nomen ἀγροβότας ab eruditis viris frustra solicitatur, eadem analogia formatum, qua οἰοβότας in Ai. 598. et eiusdem significationis compositum ἀγρονόμος. B.

212. τηλωτόν. Hesych. μακρόθεν φαινόμενον. Sensuum vocabula commutantur, et quae visus propria sunt, aliis eleganter tribuuntur. Sic supra 199 προὐφάνη κτύπος. Perperam in membran. et in Aldina τηλωτάν. B.

213. Ἄξενον ὅρμον. Importuosa describitur ubique Lemnos insula. Iliad. ω, 753. habes Λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν, quibus conferri hymnum in Apollinem iubet V.

214. Legitur v. προβοᾷ γάρ τι δεινὸν, quod defensum ivit B., quasi strophicus versus pro antispastico haberi posset, quod non est. Facile inter se permutabantur AIΔINON et TIΔEINON.

218. Veterum codd. et Aldi lectionem sequimur. Triclinius hic rursum nulla de caussa verborum ordinem pervertit: ποίας πάτρας ἂν ἢ γένους ὑμᾶς ποτε. B.

219. ἑλλάδος. gl. ἑλληνικῆς. Ex Aiace Locro citatur ἑλλὰς ἀνὴρ, quomodo ὕβρις ἀνὴρ dixit Hesiodus. Nomina primitiva, propria seu appellativa, adiectivorum instar cuiusvis generis iunguntur substantivis; cuius schematis exempla passim occurrunt. Mox 252. ἑλλὰς γῆ. B.

223. Male vulgatae distinguunt post δύστηνον. Δύστηνον μόνον valet δυστηνότατον. vid. index v. μόνος. alia res est infra 463.

224. κακούμενον. Libri omnes καλούμενον mendose. Has voces iam male commutatas vidimus in Oed. Col. 241. B. Sic etiam M. Legitur autem v. κἀφίλον καλ., quorum verborum posterius certe depravatum esse, nemo dubitat. Κακούμενον quoque minus aptum, nec satis elegans mihi videtur G. Hermanni apud Erfurdtium emendatio κἀλώμενον. κεκλεμμένον quam facile in καλούμενον degenerare potuerit, periti sciunt.

225. προσήκετε. Triclinius, nescio quo prolubio, προσήκατε. B.

230. v. Ὦ φ. φώνημα. φεῦ τὸ καὶ λαβεῖν Πρόσφθεγμα. Sed nec τὸ nec καὶ vim suam obtinet, quod vel ex Brunckii versione colligas hac: O carissima vox! vah! vah! quam iuvat vel accepisse talis viri alloquium etc. Ὡς subaud. in καταλαβεῖν. Si-

milis locus est in Oberone, Wielandii poëmate nobilissimo, cum, Hyone primum conspecto, exclamat Scherasmin:

O süsser Ton vom Ufer der Garonne!

233. τίς ἀνέμων ὁ φίλτατος. Perperam in B. T. τίς δ' ἀνέμων — ut legit etiam Eustathius, qui hanc versus clausulam citat p. 1717. Frigeret hìc connectiva particula. B. Metro quoque adversaretur.

237. οἶσθα δὴ τὸ πᾶν. Sic in membr. Vulgo οἶσθ' ἤδη — B.

239. Lycomedes Scyri rex fuit, Neoptolemique avus. res nota.

247. οὐδ' οὔνομ'. Mendose Aldus ὄνομ'. B. Οὔνομα ab usu tragicorum in iambicis alienum esse, sensit Erfurdt, inculcans ille quidem ἄρ' post ὄνομ'.

254. σῖγ' ἔχοντες. Id est σιγῶντες. Adverbium est σῖγα, et dicitur ἔχειν σῖγα, ut ἔχειν ἄτρεμα, ἔχειν ἡσύχως. B.

255. τέθηλε. In malam partem usurpatur θάλλειν, sicut ἀνθεῖν, de quo vid. ad Trach. 972.

256. v. satis inficete Ὦ τέκνον, ὦ παῖ πατρὸς etc. s. p. erratur, velut infra 1148.

259. Observa articulum in extremo versu, quod rarissimum.

260. Κεφαλλήνων ἄναξ. Ulysses. Cf. 770. Κεφαλλῆνα pariter vocat Aristides tom. 2. pag. 405. M. Ithacae et Cephalleniae insularum rex Ulysses, ut notum est.

261. v. — ἔρημον, ἀγρίᾳ Νόσῳ καταφθίνοντα. At tertio abhinc versu habemus ἀγρίῳ χαράγματι. Nempe sunt, qui hanc simplicitatem nescio quam veterum existiment, exosculenturque; sed nobis ea potius videtur infantia, qua minime illi laborabant. ΟΥΡΙΩι reliquisse hoc loco poëtam non nemo arbitratur, quod in similes ductus ΑΓΡΙΩι facillime transierit: passim enim confunduntur in scriptis α, οι, ου, atque οὖρος, οὔριος, οὐρίζειν et similia in malam partem usurpari, arguunt, quae protuli ad Ai. 196, Tragicorum loca. Praefero tamen equidem ὠχρίᾳ, quod propius abest a vulgata.

262. τῆς ἀνδροφθόρου. Perperam libri omnes τῆσδ' — B.

264. ξὺν ᾗ. gl. τῇ νόσῳ. B. προτιθέναι dicimur res vel per-

sonas, quas a nobis amovemus, vel ablegamus. Idem usus praepositionis obtinet in προπέμπειν similibusque pluribus. Non aliud igitur hic προτιθέναι indicat quam supra 5. ἐκτιθέναι.

266. Χρύσης. vid. ad Argumenti.

272. ἀνάστασιν — στῆναι. vid. de huiusmodi formis ad Ai. 42.

275. v. ἃς ἔχων ἐναυστόλουν, inepte, quasi dux classis fuisset Philoctetes. Scribendum αἷς (intellecto σὺν vel ἐν) ἐκὰν ἐναυστόλουν. Non vi adductum, tanquam stipendiarium militem, se profectum esse (nam coactum exponi et deseri, ubicunque videretur Graecis, nihil vetasset), sed liberum, οὔτ' ἐνορκον οὐδενὶ, οὔτ' ἐξ ἀνάγκης, ut ἑκὼν describitur 72., navigasse se ait miser, qualem sic destitui turpe erat. Acerbissimum hoc infra 995 sqq. recolit Philoctetes.

277. νόσου. Sic Aldus. Perperam in veteribus codd. νόσον. Haud melius in Trichnii recensione νόσῳ. ξυλλαμβάνειν et ξυλλαμβάνεσθαι cum genitivo rei construuntur. Comicus Vespis 735.

νῦν δ' αὖ παρών τις ἐμφανὴς σοι τῶν θεῶν
ξυλλαμβάνει τοῦ πράγματος.

Pace 437.

χὠστις προθύμως ξυλλάβῃ τῶν σκοινίων.

Lysistrata 313.

τίς ξυλλάβοιτ' ἂν τοῖν ξύλοιν τῶν ἐν Σάμῳ στρατηγῶν; B.

279. πλὴν ἀνιᾶσθαι. Imitatur Horatius sat.

invenietque
Nil sibi legatum, praeter plorare, suisque. M.

281. διὰ χρόνου. *aliquantisper*, dum scilicet suffecerunt alimenta, quae ei relicta fuerant, B.

282. βαιᾷ. Membr. et Aldus perperam βαιῇ. B.

284. Ἐξεύρισκε. Bene V.; Hinc iudicanda sunt quae scripsit Cl. Dawes Misc. crit. 258, verbum εὑρίσκομαι in nanciscendi sensu, εὑρίσκω autem non nisi in inveniendi reperiri. Sic Epicharmus apud Polluc. 9, 80.

Ἀλλ' ὅμως καλοί τε πῖοί τ' ἄρνες εὑρήσουσί μοι
Δέκα νόμως.

nanciscentur mihi decem numos. cf. Trach. 275. Eurip. Phoen. 398. Pindar. Olymp. 7, ep. 5. Pyth. 2. antistr. 3. Isthm. 8. 7.

285. Πρὸς δὲ τῷδ', praeter hoc, praeter columbas. v. πρ. δὲ τοῖσδ', minus bene. cf. 288.

286. αὐτὸς AN τάλας εἰλυόμην — ἐξέλκων πόδα πρὸς τοῦτ' AN — ταῦτ' AN ἐμηχανώμην — πρὸ AN οὐ παρῆν. Nihil utique notius usu particulae ἄν coniecturali cum indicativo in narrationibus, qua significatur non tam res facta, quam quae fieri potuit, aut fieri solet: ideo exprimitur per *fere*, *fortassean*, aut per verbum *soleo*. Ex unico Aristophane centena exempla excitari possint. Viros doctos quandoque fefellit hic particulae usus, ut Reiskium, qui ad haec Lysiae verba p. 272, ἠγανάκτουν ἄν, *indignari solebam*, ἄν *sibi delendum videri* ait, *quia non dicit orator se indignaturum fuisse, sed indignari consuevisse*. Atqui haec ipsa est ratio, cur ἄν addidit. Sic Chorus senum in Comici Vespis 268: ἀλλὰ πρῶτος ἡμῶν ἡγεῖτ' ἄν ᾄδων Φρυνίχου. *Sed primus nostrum praeire solebat*. Magnifice hic se effert nuperus Parisinus editor, tamquam si ipse primus hunc graecae linguae idiotismum observasset, incompertum vel ipsi Valckenario, virorum quotquot fuerunt graece doctorum doctissimo. Verum exemplorum partim idoneorum, partim secus, quae congessit plaustra, non obstabunt quin in Euripidis Phoenissis 412. longe melius dicat Polynices:

ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ εἶχον αὖ.

Aliquando habebam in diem, aliquando rursus non habebam: quam εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν: *aliquando nihil habere solebam*. εἶτ' αὖ frequentant Attici poëtae: et ἄν coniecturale, ea potestate quam definivi, rarius adhibetur in negativa propositione. Quod ἄν legatur in Philemonis versu ex Milite, inde argumentum petendum non erat; nam est ex Grotii interpolatione. Apud Athenaeum legitur:

ἀλλ' οἷος ἦν ζῶν, κ' ὀπτὸς ὢν τοιοῦτος ἦν.

Quod sane praestat, nisi verius sit, ut Bentleio visum, κ' ὀπτὸς αὖ τοιοῦτος ἦν. B.

Recte observat Porson ad Eurip. Phoen. 412, nihil interesse ad usum hunc particulae, sive aias sive neges, et ne ἄν quidem illud apud Euripidem esse sollicitandum: nam sensum loci esse itidem: Aliquando victum habere solebam, ali-

quando non habere. Duplex ἄν neque inusitatum, neque inelegans.

287. v. δύστηνος. Correxit Canter. Vulgata lectio σὶλνόμην minus Attica est.

289. καί του πάγου χυθέντος. *Et si forte superfusae essent terris pruinae, ut hieme fieri solet.* Pessime Brumoeus vertit: *Je rampois de même pour chercher de l'eau, et quand il falloit couper le bois qui m'étoit nécessaire, surtout dans les rigueurs de l'hiver, où l'isle est inondée.* Mediocriter graece doctus erat ingeniosus ille Iesuita. Nec melior est gallici scriptoris, qui nuper Philoctetam e Sophocleo expressum docuit, versio:

Des glaçons, dont l'hiver blanchissait ce rivage,
j'exprimais avec peine un douloureux breuvage.

Sicque sententiam suam de huius loci interpretatione exponit: *J'ai rapporté ces mots* καί του πάγου χυθέντος, *au vers précédent;* εἴ τ' ἔδει τι καὶ ποτὸν λαβεῖν, *et s'il fallait chercher quelque boisson*, et quidem glacie fusa, *que je ne trouvais que dans la glace fondue, et de même dans l'hiver ramasser du boi*, etc. *J'ai traduit* οἷα *par* de même, pariter, *comme fait le Scholiaste latin qui a suivi le même sens.* Quis ille sit latinus Scholiasta, ignoro. Video Camerarium ista bene accepisse, nimirum Philoctetam dicere, *lignum sibi parandum fuisse adversus gelu, ut maxime hieme esse soleat:* meritoque illi damnatam fuisse nescio cuius alius interpretationem, qui πάγον pro *rupe* accepisse videtur. Ex gallici illius scriptoris verbis liquet, aliud esse graecas contaminare fabulas, aliud eas interpretari. B.

293. ἄφαντον, quod intus in silice latebat. Synesius epist. 138. σπινθῆρα κεκρυμμένον καὶ ἀγαπῶντα λανθάνειν vocat. M. Legitur v. ὃ καὶ σώζει μ' ἀεί, inepte. Suidas v. ἄφαντον φῶς praebet σώζοι, unde nostram lectionem concinnavit Gernhardus in Animadverss. ad hanc fabulam, seorsim editis.

294. v. Οἰκουμένη, et habitata quidem sane fuit spelunca Philoctetae, sed quid hoc ad rem? Legendum οἰκουμένων — πάντα, i. e. πάντα οἰκούμενα, omnia, quaecunque domi gubernare consuevimus, res omnes ad victum pertinentes.

295. v. πλὴν τὸ μὴ νοσεῖν ἐμὲ, satis absurde: nam etsi de se cogitat Philoctetes, non potest tamen sententiam, quae

universe de quacunque domo intelligenda est, sic proferre, ut simul de sola sua domo intelligatur. Qui haec monuit, Erfurdt, coniecturam G. Hermanni, νοσ. τινα dedit, propositam ad Viger. p. 726., quae etiam Gernhardo placuit.

299. Ἐξεμπολήσει — ξενώσεται. Intell. τις, ut Oedip. T. 599, El. 1273, Ai. 188, et p.

312. αὐτοῖς, quia praecessit οἷς, Cantero suspectum fuit, qui illius vice αὖτις legendum esse credidit. Sed falsus est. Callimachus in Epigram.

ἄκρητος καὶ ἔρως μ' ἠνάγκασεν, ὧν ὁ μὲν αὐτῶν
εἵλκεν, ὁ δ' οὐκ εἶα σώφρονα θυμὸν ἔχειν.

Itidem Menander in Epigr. in Themistoclem et Epicurum:

χαῖρε, Νεοκλείδα δίδυμον γένος· ὧν ὁ μὲν ὑμῶν
πατρίδα δουλοσύνας ῥύσατ', ὁ δ' ἀφροσύνας. B.

Fallitur B., dum corruptis corrupto auctoritatem conciliare studet: nam Callimachi loco legendum puto αὐτὸν (ἐμαυτὸν) pro αὐτῶν, Menandri: ὧν ὁ μὲν ἡμῖν πατρίδα etc., neque unquam sine emphasi componuntur ὅς et αὐτὸς, quod sensit Canterus. Bene itaque Wakefield αὖτως pro αὐτοῖς rescribendum existimavit. Optat Philoctetes, αὖτως, ita ut ipsum, puniri olim Atridas et Ulyssem, plane ut supra 271 de pannis et parva cibi copia dixit: οἳ αὐτοῖς τύχοι. cf. etiam 770—774.

315. Οἶδα. Scire se dicit, quae opinari tantum poterat: sed sic sunt adolescentes.

316. συντυχὼν κακῶν ἀνδρῶν. Frustra Toupius Emendationum in Suidam Tomo I. p. 134. lectionem hanc vitiosam esse pronuntiat et sic refingendam, συντυχὼν κακοῖν ἀνδροῖν Ατρειδαῖν, τῇ τ' Οδυσσέως βίᾳ. Nihil mutandum esse ostendi in nota ad Euripidis Or. 1291. Verbum compositum cum casu construitur, quem simplex regit, vel vacante, vel aliorsum pertinente praepositione. Cum scholio, quod ad hunc locum primus vulgavi, confer minora scholia ad El. 268, et Triclinium ad Ai. 476. B.

Ostendit ad Orestae locum B., verba προσμιγνύναι, ἐπαρκεῖν, προσκύρειν, et similia interdum quartum adsciscere casum pro tertio. Atqui nunc id non agitur. Magis ad rem videntur pertinere genitivi pro dativo positi exempla, quae profert ad

Ai. 349. M., verum tamen ea partim prorsus aliena sunt, partim a verbis petita, quorum praepositiones pluribus adstruuntur casibus, ut variare, quamvis inusitato, licuerit poëtis, praesertim Sophocli. Iam quod Scholiastae attinet, horum veterrimus ad praesentem locum haec annotat: Ὡς εἶσ' ἀληθεῖς. οἱ σοὶ λόγοι δηλονότι. Κακῶν ἀνδρῶν. περὶ τῶν Ἀτρειδῶν καὶ τοῦ Ὀδυσσέως. Quarum interpretationum altera futilis est, et vix nomine suo digna, altera falsa, siquidem non magis dicitur συντυγχάνειν περὶ τινὸς ἀνδρὸς, quam συντυγχάνειν τινὲς ἀνδρός. Minoribus, quae vocat B., scholiis ad Electrae 268. quid hic debeatur, nescio. quae quidem sic se habent: Τέτηκα, διαῤῥέομαι, Φθείρομαι. Κατικωκύω, ἀντὶ τοῦ κωκύω, θρηνῶ, δακρύω. δακρύω τὸν τεθνηκότα· ἐπιδακρύω δὲ τῷ τεθνηκότι. nam neque hoc loco aliquid utcunque effici potest, nisi, accusativum usurpari interdum pro dativo; quod nunc quidem probandum non erat. At ecce tibi bonum virum, Triclinium, ad Ai. 467., verbose, pro suo more, haec nos docentem: Τὸ ξυνῆλθον ἀπορίαν τινὰ ἔχει, διὰ τὸ δοκεῖν πρὸς αἰτιατικὴν συντάσσεσθαι. τὸ δ' οὐκ ἔστι τοιοῦτον, ἀλλ', ὥςπερ Φαμὲν, συνῆλθον τὴν σὴν οἰκίαν, ἀντὶ τοῦ, σὺν σοὶ τὸν οἶκον ὦδευσα· ἔννοιαν γὰρ κοινωνίας ἡ Σὺν παρίστησιν, εἰ καὶ μὴ τὸ τὴν κοινωνίαν ποιεῖν δείκνυσι πρόσωπον· οὕτω δὴ κἀνταῦθα Ξυνῆλθον τὸ σὸν λέχος, ἤτοι μετὰ σοῦ τὴν σὴν κοίτην ἔβην, καὶ κοινωνόν με ταύτης πεποίησαι, ἢ τὸ Κατὰ πρὸς τὸ Λέχος ἔξωθον λάμβανε οὕτω· συνῆλθόν σοι κατὰ τὸ σὸν λέχος, ἤτοι ἐν σοὶ κατέστην οὐ δοῦλος, ἀλλὰ γυνὴ εἶναί σοι. Sic ille, vere quidem, sed non magis probans, συντυγχάνειν assumere genitivum, quam par illud fratrum, imo ne id agens quidem, ut qui ξυνῆλθον absolute positum recte putet, subaudito nomine; ad quod exemplum si cui hunc locum interpretari fuerit animus, aut hoc efficiet: ξυντυχὼν Ἀτρείδαις καὶ Ὀδυσσεῖ Ἀτρειδῶν καὶ Ὀδυσσέως βίας, quod absurdum est, aut hoc, secundum B.: τυχὼν βίας Ἀτρειδῶν καὶ Ὀδυσσέως σὺν σοί: quod durissimum et inusitatum. Vides, lector candide, quam infirmis auctoritatibus Toupium refutatum iverit Brunckius, locumque depravatum esse, cum Anglo illo doctissimo, quicum facit etiam M., nisi omnia me fallant, confiteberis. Cuius tamen emendatio minus placet: siquidem secundum eam

nihil aliud dicit Neoptolemus, quam convixisse se cum Atridis et Ulysse: quo non erat opus ad resciendum Philoctetae calamitates, toti Graecorum exercitui notissimas. Et fac, eum hoc dixisse, unde tum conicit Philoctetes, ipsum quoque Neoptolemum habere, de quo Atridas criminetur, irascaturque? nam quod κακοὺς eos dixit invenis (si tamen dixit, de quo vehementer dubito), solâ Philoctetae commotus narratione facere id potuit. Vim Neoptolemo illatam hoc loco commemorandam esse, facile apparet, reponoque igitur κ. Ἀ. Ἀ. ταῖς τ' Ὀ. βίαις, i. e. ταῖς βίαις κ. ἀ. Ἀ. Ὀδυσσέως τε. Transpositae voces non semel librarios vexarunt atque editores.

320. Libri omnes nostri hunc versum sic scriptum exhibent:

Συμφ̃ γένοιτο χεῖρα πλησθῶσαι ποτέ.

Ex hac verborum structura qui bonum sensum elicere conabitur, meras nugas aget. Inepta est Heathii versio: *Irae utinam contingat, ut manum aliquando tandem satiem.* Expressum vellem id, quo manum suam non *satiare*, sed *implere* cupiat Neoptolemus. Nam *manum implere* absolute, nihil est. Idcirco Valckenarii coniecturam in Commentario ad Euripidis Phoen. p. 284. minus probo:

εἰ μοι γένοιτο χεῖρα πλησθῶσαί ποτε.

Peior est adhuc Toupii interpretatio: *Utinam satis irasci liceat!* Quid quaeso obstabat, quin ad satietatem irasceretur? Haud sane video, quid huic versui sit cum exemplis ab erudito Britanno excitatis ad Suidam III. 130. Nulla alia est ratio eum interpretandi quam per hypallagen, quam viam inierunt interpretes praestantissimi. Florens Christianus:

Utinam hanc manu olim tester iracundiam!

Georgius Ratallerus:

O mihi utinam, quae mente verso, manu exsequi liceat!

Camerarius: *Utinam concedatur mihi re ipsa et manibus explere iram meam!* Est hic profecto verus sensus; nec aliter ex vi sententiae et affectu personae verti poterat. Verum aliud graeca verba sonant, et hypallage, quam commenti sunt, nimis esset absona. Parmutationem hanc nemo sanus poëtae tribuat,

verum librarii seu Grammatici errori aut libidini. Scripserat Sophocles:

θυμὸν γένοιτο χειρὶ πληρῶσαί ποτε.

χειρὶ dativus est instrumenti. πληρῶσαι θυμὸν, *animi cupiditatem*, sive ultionis, sive cuiusvis alius rei, *explere*, elegans locutio est, quam exemplis erudite illustrat Valckenarius ad Eurip. Hippol. 1327.:

Κύπρις γὰρ ἤθελ' ὥστε γίγνεσθαι τάδε,
πληροῦσα θυμόν.

Noster in Oed. Col. 778.:

πλήρη δ' ἔχοντι θυμὸν ὧν χρῄζεις.

Sic de videndi cupiditate Euripides in Androm. 1084. ὄμματ' ἐξεπίμπλαμεν. Nihil verius hac emendatione, quam proposueramus olim ad Aeschyli Persas 94. quamque lubenter vidimus viri eruditissimi Frid. Gedike calculo comprobari. B.

Hic quoque sinceram lectionem temere sollicitasse mihi videtur B. Fugit virum, de literis Graecis meritissimum, periphrasi inservire verba ὄμμα, ὄνομα, ποῦς, χείρ, et similia, de quibus dixi ad Oed. Col. 770. Quod ne de personis tantum, quas vocant, valere existimemus, faciunt loca ibi laudata Trach. 348, Oed. Tyr. 519. Χειρὶ igitur θυμοῦ non magis ego offendor quam ὄμματι φήμης, προσώπῳ τόλμης, θυμῷ γλώσσης Aiacis 1088. Verte: O si contingat iracundiae meae, manum, i. e. se ipsam, ut expleat, vel: ut expleatur. Ita Tecmessa Ai. 474:

— θεοῖς γὰρ ὧδ' ἔδοξέ που,
Καὶ σῇ μάλιστα χειρί.

Χειρὶ σῇ ἔδοξε, i. e. σοὶ ἔδοξε, nam manui proprie nihil nec placet, nec displicet.

323. τίνος χόλον κατ' αὐτῶν ΕΓΚΑΛΩΝ ἐλήλυθας; Praegnans est phrasis pro ἕνεκα τίνος τὸν χόλον ὧδε μέγαν κατ' αὐτῶν ἔχων, αὐτοῖς ἐγκαλῶν ἐλήλυθας. Nam χόλον ἐγκαλεῖν vix videtur graece dici posse. Virum longe omnium qui nunc sunt doctissimum offendit haec locutio, cui vitium librarii errore subesse ratus, reponendum censet ΕΓΧΑΛΩΝ. *Quamnam ob caussam irae in eos tam vehementi frena laxans venisti?* Sic Virgilius Aen. XII. *irarumque omnis effundit habenas.* Tam-

etsi nemo est, cuius auctoritas plus apud me valeat, quam praestantissimi illius viri, haud facile animum inducere queo, ἐγχαλῶν a poëtae manu esse. Parum me movet, quod compositi ἐγχαλᾶν haud innotuerit exemplum: satis id tuetur analogiae ratio. Verum ubi χαλᾶν τὴν ὀργὴν, vel χαλᾶν τῆς ὀργῆς occurrunt, ut apud Comicum Vesp. 727. Av. 383. sensu plane contrario locutiones illae adhibentur, pro *mollire*, *remittere iram:* proinde non video, quî ἐγχαλᾶν χόλον significare possit *iram intendere*, seu *irae habenas immittere*. Pro γὰρ Heathius scribendum censet γ' ἄρ', frustra. In interrogationibus γὰρ connectivum est et valet *igitur*. Exempla vide in Indice in Aristophanem. B.

Durissima haec quoque Brunckii explicatio. Fatendum, haec si scripsisset Sophocles, nihil aliud intellecturos fuisse auditores, quam ut nescio cuius vehementem iram coram Atridis et Ulysse accusare diceretur Neoptolemus; quod absurdum est. Nec me legere memini ἐγκαλεῖν κατὰ τινὸς ἀνθρώπου, et quin sic locutos arbitremur, obstat dativum requirens ἐν praepositio. Sentio igitur cum viro docto, ἐγκαλῶν corruptum esse, reponoque ἐκχολῶν, quod, more Sophocleo, passive interpretatus, verteris: valde irascens, ut in quibusdam compositis significare praepositionem ἐκ, docet eruditissimus Valck. diatrib. p. 197, A. Ceterum ἐκχολῶν χόλον dictum, ut μάχεσθαι μάχην, similiaque pleraque, de quibus monui ad Ai. 42. Ἐλήλυθας non proprie accipiendum, sed tanquam periphrasis τοῦ εἶναι, ut ἐκχολῶν ἐλήλυθας nihil aliud significet, quam ἐξεχόλωσας. vid. ad Oed. Col. 1317. Certe adventus Neoptolemi nihil ad rem. Similis videtur, non est, infra versus 397.

329. ᾗ. Sic bene Locella ad Xenoph. Ephes. p. 135. Mortuum esse Achillem, iam dictum erat, neque igitur tueri se potest vulgatum εἰ.

334. ἐλέγχω. gl. ἐξακριβώσομαι. B.

338. Αὖθις πάλιν. Notus pleonasmus Atticorum. vid. Bentlei. ad Aristoph. Nub. 743, et Vechner. hellenolex.

339. v. ποικιλοστόλῳ, quod locum non habet, etiamsi cum M. interpreteris, satis quidem pro arbitrio, mixtis ex utraque gente nautis. Aptum est, et facile depravari potuit, ποικιλοστό-

μῳ, ut intelligatur navis, variegatum rostrum habens, more veterum. Bene vertit B.: picta nave.

340. Δῖος Ὀδυσσεύς. Homeri est imitatio, a quo et ipso laudum epitheta quasi propria fortibus viris atque principibus, apponuntur etiam sermonibus inimicorum. Camerar.

343. v. πατὴρ ἐμὸς, τά II. ἄ. ἤ μ' ἑλ. male: nam ἐμὲ, non με, requirit sensus, nec probanda Erfurdtii scriptura ἤ 'μ' ἑλεῖν. cf. 365.

345. μ' ἐπέσχον. Mendose in membr. et in Aldina μ' ἔπασχον. B.

347. ἄθαπτον, *ante quam imponeretur rogo.* Mutila sunt scholia. Sane noluit enarrator ἄθαπτον exponere per ζῶντα: sed illius vocis interpretationi subiecerat ista verba, quorum primum tantum remansit: ζῶντα γὰρ αὐτὸν οὐκ εἶδον. B.

357. v. πρὸς φίλους, male: nam qui sciebat Neoptolemus, amicos sibi illos esse? Scribendum uno ductu προςφιλῶς. Primum amice, ut decuit, Atridas compellavit adolescens; mox iniuriam passus, ira excanduit. Ἐλθὼν absolute positum; Ἀτρείδας regitur ab ἀπῄτουν.

359. τλημονέστατον λόγον. Recte in El. 424 τλημονεστάτη γυνὴ exponitur τολμηροτάτη, ἀναιδεστάτη. Eadem hic obtinet significatio. In scholio pro ἀποδυρόμενος scriptus liber habet ἀπολοφυρόμενος. B.

363. Pessime vulgatae: Κἀγὼ δακρύσας, εὐθὺς etc. Iam non flendum erat Neoptolemo, sed fortiter dicendum et agendum. quod facit.

365. ὦ σχέτλι', ἦ τολμήσατε. Ineptissima est Heathii coniectura, ὦ σχέτλιοι, ἦ — Scilicet quia diphthongus οι elidi non potest. At vero non eliditur, quippe qui hic nulla est. σχέτλι' plene est σχέτλιε. Quia verbum adest plurale τολμήσατε, non idcirco vocativus esse debet pluralis numeri. Adloqui potuit Neoptolemus Graecorum proceres apud Agamemnonem congregatos, et summum ducem vocativo compellare. Matrem et Achillem adloquitur Iphigenia apud Euripidem, et unicam matrem compellat: μῆτερ, εἰςακούσατε τῶν ἐμῶν λόγων. Infra 459. ἤδη, τέκνον, στέλλεσθε; Ridiculum esset rem notissimam

multis exemplis adstruere. Vide quae notavimus ad Comici Ranas 1479. B.

Praestat, σχέτλι' accipere pro σχέτλια, intellecto ἔργα, quod p. omittitur. vid. Bos v. ἔργόν.

367. In veteribus codd. ut in impressis, scriptum πλησίων γὰρ ὢν κύρει, accentu indicante verbum esse temporis imperfecti, quod ne dubium esset, ex Triclinii praecepto scriptum in T. ὢν 'κύρει, tamquam si ε in consonante elidi posset. Sane res ipsa manifesto tempus imperfectum postulat: verum Attici poëtae rarissimè augmentum omittunt, nec erat hic licentiae locus. Auctor observationis, quam in minoribus scholiis protuli, ut commentum suum his verbis melius accommodaret, scripsit ὢν κυρεῖ. Depravata fuit a librariis genuina lectio, quam restitui: πλησίον γὰρ ἦν κυρῶν. Sic infra 534.

ἐκέλευσ' ἐμοί σε τοῦ κυρῶν εἶης φράσαι.

Verbum κυρῶ frequentius cum participio construitur, quod librario fraudi fuit. Sic verbum τυγχάνω cum participio construi solet: tamen in Oed. Col. 1449. eius participium verbo iunctum occurrit: ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην, pro ἥνπερ ἔτυχον ὑποσχόμενος. B. Saepissime praesentia usurpantur pro praeteritis. vid. ad Trach. 70, et V. ad h. l.

373. δύσοργος. gl. μάχιμος, ὀργίλος. — ὀκχθεὶς, λυπηθείς. B.

376. καὶ ταῦτα, scilicet τὰ ὅπλα ἔχων οὐ μήποτε ἐκπλεύσεις ἐς τὴν Σκῦρον. Soloece vulgo legitur ἐκπλεύσῃς. B. Vide canonem Dawesii Miscell. crit. p. 222.

379. τητώμενος. gl. ἐστερημένος. B.

381. κοὐκ αἰτιῶμαι καῖνον. In B. scriptum minus bene αἰτιῶμ' ἐκεῖνον. B.

387. Γᾶ. Dea Cybele seu Rhea, quae non minus in Lydia quam in Phrygia colebatur. Auctor de dea Syria cap. 15.: Πυργοφορέει, οἰκείην Ῥέην Δυδοὶ πσιέουσι. Vid. et Tragopodagr. v. 35. M.

Μᾶτερ αὐτοῦ Διός. Alibi μήτηρ θεῶν, ὀρεία μήτηρ, ὀρεία μάτηρ θεῶν, ut Eurip. Helen. 1317, vel μήτηρ simpliciter vocatur Cybele. vid. M. ad Eurip. l. l. et ad Bacch. 131.

389. Παικτωλόν. vid. ad 387.

390. ἐπηξώμαν. Sic Aldus et veteres codd. Triclinius stolida prolubio dedit ἐξηυδώμαν. B. Metro etiam hoc fraudem facit.

394. Lenius curreret versus, si reponeremus Λαέρτίου, sed lenitate nihil opus in re odiosa.

396. Σύμβολον σαφές. Graecis σύμβολον valet tessera, qua amicos peregre euntes ξένοις commendare solebant. cf. Eurip. Med. 618. ibique Scholiasten. Hic Philoctetes iniuriam, quam ab Atridis perpessus erat, symboli vicem praestare ait. Aristides Leuctrica 1. tom. 1. p. 416: ἱκανόν ἐστι πρὸς αὐτὴν, ὥςπερ ἄλλό τι σύμβολον, αὐτὸ τὸ σχῆμα τῆς ἀτυχίας. M.

401. ἀφ' ἧς. Sic ἀπὸ παντὸς λόγου Oed. Col. 737. M.

407. v. ἀλλ' ἦ. Saepe sic turbatum. vidd. inttpp. ad Eurip. Heracl. 773 et Ion. 162.

410. οὐδ' οὐμπόλητος Σισύφου Λαερτίῳ. Id est οὐδὲ ὁ Σισύφου υἱὸς ἐμπόλητος Λαερτίῳ. Quia scilicet ex furtivo Sisyphi compressu gravidam Anticleam duxerat Laertes. Perperam vulgo legitur Λαερτίου, cui lectioni nostra in membr. superscripta. Fallitur Scholiastes, quum ait Λαέρτιος possessivum esse pro primitivo. Duplex forma est huius nominis, utraque primitiva. Eustathius ad Homerum p. 13. διφορεῖται γὰρ τοῦτο. καὶ οὐ μόνον Λαέρτης λέγεται, ἀλλὰ καὶ Λαέρτιος, ὡς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς. Hanc formam adhibitam videmus solum, ubi alteram metri lex non admittit. Spreta veterum librorum auctoritate, Triclinius differentiam illam susque deque habuit. Supra v. 362. Λαέρτίου dedit, ubi nos ex antiquitatis fide:

ἄλλος κρατύνει νῦν, ὁ Λαέρτου γένος.

Eamdem interpolationem ab eo factam fuisse in Ai. 1352. observavimus. B.

De Sisypho et Anticlea paulo aliter Scholiastes vetus ad Ai. 188: Λέγεται γὰρ ἡ Ἀντίκλεια ἀποστελλομένη ἀπὸ Ἀρκαδίας (ubi regnabat pater eius Autolycus, Mercurii filius) ἐπὶ Ἰθάκην πρὸς Λαέρτην ἐπὶ γάμου, κατὰ τὴν ὁδὸν Σισύφῳ συνελθεῖν, ἐξ οὗ ἦν φύσει ὁ Ὀδυσσεύς. Ὁ δὲ Σίσυφος Κορίνθου βασιλεὺς, πανοῦργος ἀνὴρ, περὶ οὗ φησιν Ὅμηρος (Il. ζ', 153.) ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν· ὅστις ὑπὸ τοὺς ὄνυχας καὶ τὰς ὁπλὰς τῶν ζώων ἑαυτοῦ μονογράμματον ἔγραψε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Αὐτόλυκος δὲ κα-

ἐκεῖνο καιρῷ (Odyss. τ', 395.) ἐκέκαστο κλεπτοσύνῃ θ' ὅρκῳ τε (legendum censeo: κλ. τ' ὅγκῳ τε, et dignitate), καὶ αὐτὰ τὰ κλεπτόμενα παρ' αὐτοῦ τὴν μορφὴν ἤλλασσε. Κλέψας οὖν καὶ Σισύφου θρέμματα καὶ μεταβαλὼν, ὅμως (v. ὁμοίως) οὐκ ἔλαθε τὸν Σίσυφον· ἐτέγνω γὰρ αὐτὰ διὰ τῶν μονογραμμάτων. Ἐπὶ τούτοις δὲ ἐξευμενιζόμενος τὸν Σίσυφον, ἐξένισεν αὐτὸν, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἀντίκλειαν συγκατέκλινεν αὐτῷ, καὶ ἔγκυον ἐξ αὐτοῦ γενομένην τὴν παῖδα συνῴκισε Λαέρτῃ, δι' ὃ Σισύφου ὁ Ὀδυσσεύς. Τὸν δὲ Ὀδυσσέα Σισύφου συνήθως φησὶ Σοφοκλῆς καὶ ἐν Συνδείπνῳ· — (vid. Fragmenta) καὶ Αἰσχύλος ἐν Ὅπλων κρίσει· (loquitur Aiax):

Ἀλλ' Ἀντικλείας ἆσσον ἦλθε Σίσυφος,
Τῆς σῆς λέγω τοι μητρὸς, ἣ σ' ἐγείνατο.

καὶ Εὐριπίδης ἐν Κύκλωπι· (102) — Φαίνεται δὲ τὸ κακόηθες αὐτοῦ καὶ διὰ τῆς γενέσεως. Vid. etiam ad 442.

414. τί δ'; ἔστιν — Quid vero? Nestor — vivitne? Comicus in Pace 700.

τί δαί; Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔστιν;

ad quem locum vide quae notavimus. B.

Tres causas affert, propter quas mortuum existimat Nestorem, quia senex fuit, quem obire consentaneum, quia strenuus, ut in pugnis sibi non pepercerit, tandem, quia ipsius amicus, quem ab Ulysse aliisque eius notae hominibus etiam interfectum esse opinari liceat.

416. βουλεύων σοφῶς. In T. σοφά. Adpositae duae diversae lectiones, σοφῶς, σαφῶς. Posteriorem, eamque pessimam, adripuit Turnebus. B.

418. ὅσπερ ἦν μόνος. Sic legit Scholiastes, mentione facta alterius lectionis, quam, iuxta impressos, tres codd. exhibent, ὅσπερ ἦν γόνος. Neutra mihi placet: huic tamen, quae nimis inepta videtur, illam praefero. Παρ' ἱστορίαν esse obiicitur. Verum alios auctores sequi potuit noster, iuxta quos e septem Nestoris filiis Antilochus ceteris superstes, et aliquamdiu unicus, demum ad Troiam mortem oppetierit. B.

Nihil verius Musgravii correctione, ὃς παρῆν. Significanter hoc dicitur: nam 5 filios domi reliquerat Noster, 2 secum in bellum abduxerat, Antilochum et Thrasymedem. Vid. Pausan.

Messen. c. 31. et Hygin. fab. 97. Μόνος pro γόνος vel casu exaratum puto, vel repositum a sciolo, ne frigeret corruptum ὅςπερ ἦν. Antilochum alii, in his Pindarus, a Memnone, alii ab ipso Hectore, occisum tradunt.

419. δὺ αὖτως. Sic tres codd. Aldus et Turnebus. Mendose in Stephani editione δὺ αὐτός. B.

Legitur v. δὺ αὖτως δεὶν' ἐλεξας, ut p. λέγειν vel εἰπεῖν loco suo deturbavit elegantiora δεικνύναι vel ἐκδεικνύναι. Hoc quidem loco Scholiastes variam lectionem commemorat, δὺ αὐτὼ δ' ἐξέδειξας, ex qua nostram feliciter concinnavit Porsonus, vir doctissimus, ad Eurip. Phoen. 540. Cantero placebat αὖτις, probante quidem M.

422. v. corrupte legitur: Ὃδ. δ' ἐστὶν αὖ κἀνταῦθ', etc. Ἐνταῦθα, in Orco. P. confunduntur ου et α.

423. αὐδᾶσθαι νεκρὸν, vocari mortuum, i. e. esse mortuum. vid. ad El. 217.

427. ἃς σοῦ πατρὸς ἦν τὰ φίλτατα. Libri omnes ὅς σοι πατρὸς — Verissimam Hemsterhusii emendationem recepi, quem vide ad Lucianum T. I. p. 147. σοι ab oscitante librario repetitum videtur e praecedente versu, et hic valde esset invenustum. Praestat σοῦ πατρὸς, ut Trach. 84.

καὶ πίπτομεν, σοῦ πατρὸς ἐξολωλότος.

et El. 1181.

τήνδε προσβλέψασ' ἐμοῦ
σφαγῖδα πατρὸς, ἔκμαθ' εἰ σαφῆ λέγω. B.

Τὰ φίλτατα p. dicuntur omnes, quos aut amamus, aut amare debemus. vid. Valck. ad Eurip. Phoen. 437.

430. Confer fragmentum Phrygum. B.

Similiter etiam Aeschylus in Europa seu Caribus, Stob. Ecl. eth. Serm. 51:

Ἀλλ' Ἄρης αἰεὶ Φιλεῖ τὰ λῷστα πάντ' ἀμᾶν στρατοῦ.

432. Φωτός. Intell. περὶ, ut p.

434. ποίου δὲ τοῦτο. In Aldina et in membr. τοίου τε τούτου. In duobus aliis ποίου γε τούτου. Mendosum utrumque. B.

436. Thersitae indolem describit Homerus:

Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἀκολάς.

ὅς ῥ' ἔπεα Φρυσὶν ἦσιν ἄκοσμά τε πολλά τε ἄδη,
μὰψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον, ἐριζέμεναι βασιλεῦσιν,
ἀλλ' ὅ τι οἱ εἰσαιτο γελοίιον Ἀργείοισιν
ἔμμεναι.

Ad quem locum sic Eustathius: Σοφοκλῆς τὸν τοιοῦτον Ὁμηρικὸν νοῦν παραφράζων, φησὶ περὶ Θερσίτου, ὅτι οὐκ ἂν εἵλετο εἰς ἅπαξ εἰπεῖν, ὅπου μηδεὶς ἐφῇ. τουτέστιν οὕτω θρασὺς ἦν, ὥστε καὶ κωλυόμενός τι λέγειν, ὡς μὴ δέον ὃν λέγεσθαι, ὁ δὲ τὸ αὐτὸ πολλάκις ἐλάλει. B.

V.: — εἰπεῖν, ὅπου Μηδεὶς ἐφῇ· sed vere Musgravius: ὅτου μηδεὶς ἐρῴη, quod nemo dici cuperet; alioquin enim, qualia loqui consueverit Thersites, nescias. Et hoc legisse videtur Scholiastes, locum sic interpretans: Ὃς οὐκ ἂν εἵλετ'. ἀντὶ τοῦ, ἃ οὐκ ἤθελός τις ἅπαξ ἀκοῦσαι, ταῦτα πολλάκις ἔλεγε. ΜΗΔΕΙΣ ΕΩΝ. (lege ἐῴη: nam ἐῶν ipso metro falsi arguebatur) γράφεται ΕΩιΗ. (leg. ἐρῴη, siquidem corruptum est ΕΩΝ, et τῷ ἐρῴη convenit interpretamentum ἤθελε.) Eustathius, serioris aevi scriptor, saepius errasse, depravatisque libris usus esse, deprehenditur.

439. ἔμελλ' — gl. ἔοικε. E proximo ὄντα repetendum εἶναι. ἔμελλεν εἶναι αὐτός. B. v. ἐπεὶ οὐδέπω κ. γ' ἀπ. correxit Wakefield. G. Hermanno ad Eurip. Hecub. p. 113. placebat οὐδέν πω.

440. περιστέλλουσιν. gl. περικαλύπτουσιν. Hesych. περιστέλλει, σκέπει, φυλάττει. Idem: ἀπαλιντριβῆ, κακεντρεχῆ. Ad quam glossam videndus interpres. B.

Legitur v. αὐτὰ, minus commode.

442. Ἀναστρέφοντες ἐξ Ἅιδου. Sisyphum in vitam reversum tradunt fabulae. Theognis:

Οὐδ', εἰ σωφροσύνην μὲν ἔχοις Ῥαδαμάνθυος αὐτοῦ,
Πλείονα δ' εἰδείης Σισύφου Αἰολίδου,
Ὅστε καὶ ἐξ ἀΐδεω πολυϊδρίῃσιν ἀνῆλθε,
Πείσας Περσεφόνην αἰμυλίοισι λόγοις.

Camerar. Vid. etiam ad 615.

444. Inepte ante nos legebatur τοῦ δ' αἰνεῖν.

445. v. Τὰ θεῖ' ἐπαινῶν, quod quid sibi velit, nescio. Certe Philoctetes nusquam laudat deos. Scripsi τὰ θεῖ' ἀπηνῆ,

eadem τοῦ ἀτηνῆ potestate, qua ἀτηνὲς legitur Aristoph. Nub. 974, ubi glossa: ἀναίσχυντον, ἀταίδευτον, quod huic loco perbene convenit. Possis tamen et immitia deorum facta interpretari. Musgravius malebat:

— ὅταν
Τὰ θεῖ', ἐπαινῶν τοὺς θεοὺς, εὕρω κακά;

Sed quis laudet eum, cuius facta reprehensione non carere existimat?

446. γένεθλον. Perperam Ald. γενέθλιον. B. Οἰταίου. Ὄρος τῆς Τραχῖνος ἡ Οἴτη. Τραχίνιος δὲ ἦν καὶ Μηλιεὺς ὁ Φιλοκτήτης. Schol.

447. τηλόθεν — εἰσορῶν, e longinquo cernens, i. e. minime cernens. cf. Oed. Tyr. 1257. M.

449. ὅπου γ' ὁ χείρων. Sic B. T. In Aldina ὅπου θ' — quod Heathio praeferendum videtur. Dicere saltem debebat, quamnam potestatem elisae particulae tribueret. Illi in membr. superscripta est glossa τοι. B. Δ', non θ', haud dubie voluit librarius Aldinus. Γε pro γὰρ accipi possit, sed melius est δὲ, quod τῷ μὲν respondet.

450. χὠ δειλὸς κρατεῖ. Perperam in omnibus libris δεινὸς. Has voces commutatas alibi iam observavimus. B.

458. εἴκῃ. διδῷ, συγχωρήσῃ. Schol.

466. ἐν παρέργῳ θαῦ με. Dicuntur ἐν παρέργῳ aliquid facere, qui obiter, in transitu, et praeter propositum aliquid faciunt. Sic apud Euripidem in El. 542.

ἦλθον γὰρ αὐτῷ πρὸς τάφον, πάρεργ' ὁδοῦ.

In pictura πάρεργα appellantur, quaecumque tabellae ornandae gratia in vacuis spatii partibus artifex addit, minus diligenti cura elaborata. Hinc ἐν παρέργῳ τιθέμενα, facilia esse censentur, quae levi opera, sine dispendio efficiuntur, quae proinde non magni facere debet is, a quo impetrantur. Helena apud Euripidem v. 933.:

τὴν δ' ἀθλίαν ἐμ', οἵσιν ἔγκειμαι κακοῖς,
ῥῦσαι, πάρεργον δοῦσα τοῦτο τῆς τύχης.

Serva me, corollarium hoc dans fortunae. Id est, *hoc addens fortunae, quae me illibatam servavit, et coniugem meum huc deduxit.* Idem in El. 63.

πάρεργ' Ορέστην καμὲ ποιεῖται δέμων.

Huius locutionis exempla permulta dabit Index Lucianeus. B.

Scholiastes: Ἐν παρέργῳ. οἷον, οὐκ ἐν τετιμένῳ μέρει τῆς νεὼς, ἀλλ', ὅτῃ βούλει. δηλοῖ δὲ ταῦτα ἐν τοῖς ἑξῆς. (474 — 76.)

473. Ἴθι cum τόλμησον coniungendum, intermediis παρεν-θέτως acceptis.

474. v. ὅτῃ, quod de rebus quiescentibus dicitur. Emendavit Wakefield.

475. ἐς πρύμναν, ὅποι — Triclinius, asyndeti venustate posthabita, inficetam copulam infersit, quam veteres libri non adgnoscunt. B. Ὅπου recte edidit Erfurdtius. Mirum, quantum in hisce minutiis turbetur.

482. Χαλκώδοντος. Rex erat Euboeae, de quo ad Eurip. Ion. 59. M. Homerus Il. 2, 541:

Χαλκωδοντιάδης, μεγαθύμων ἀρχὸς Ἀβάντων.

Vulgatum Εὐβοίας correxit M. vid. ad Trach. 1154. Protulit hunc locum Scholiasta.

484. δειράδα. Sic libri omnes. Toupius ad Suidam I. 87. quia anapaestus est in quarta sede, δειράδα contendit a poëta scriptum fuisse; quod minime credo. δειρὴ et δέρη frequentantur: at δειρὰς nusquam vidi. Heathii commentum, Τραχινίαν δειράδα τε, non magis probo. Anapaestus hìc tam ferendus est, quam in Trach. v. 285.:

τῶν μὲν παρόντων, τῶν δὲ πεπυσμένη λόγῳ.

Nam vocalem ante literas σμ corripuisse Atticos poëtas nec Toupius nec quivis alius mihi persuadebit. B.

Toupii correctionem approbarunt Gernhard, Erfurdt, Wakefield, qui Hesychio vocem δειρὰς restituit pro ignota δέρις. Trachiniarum locus est corruptus.

485. Σπερχειόν. Fluvius erat Spercheus in sinu Maliaco, iuxta Trachinem. Aeschyl. Pers. 481:

— Μηλιᾶ τε κόλπον, οὗ
Σπερχειὸς ἄρδει πεδίον εὐμενεῖ πότῳ. M.

486. παλαί' ἄν. Sic libri omnes veteres et Scholiastes. παλαιὰ Attice pro παλαιὸν, ut πότερα pro πότερον, et infinita alia. Hoc ex glossa Triclinius in textum intulit, extrito ἄν.

Subauditur εἶεν. Sic in Oed. T. 548. pro μακρός ἐστι χρόνος, dixit,

μακροὶ παλαιοί τ' ἂν μετρηθεῖεν χρόνοι. B.

487. μή μοι βεβήκοι. In B. βεβήκῃ. In T. βεβήκει. B. Verum esse coniunctivum propter δέδοικα, vi praesentis adhibitum, bene observat Erfurdt, laudato G. Hermanno ad Viger. p. 776.

488. ἔστελλεν αὐτόν. Sic libri omnes veteres. In T. αὐτὸς, altero tamen superscripto. ἔστελλον est pro μετέστελλον, et πολλὰ pro πολλάκις. B. cf. Antig. 163.

490. τὰ τῶν διακόνων. I. e. οἱ διάκονοι, vid. ad Trach. 289.

491. τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρει ποιούμενοι. Sic in membr. scriptum a prima manu, ut et apud Suidam in Διάκονος legitur. Vulgatum minus probo, τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρος. B. Ποιούμενοι dixit πρὸς τὸ σημαινόμενον: concordat enim cum verbis τὰ διακόνων. M.

499. v. μὴ διαφθαρεὶς λάθῃ, vid. Lexicon v. ΑΠΟΣΦΑΛΕΙΣ.

500. πολλῶν ἐλλεξεν. Triclinius particulam δὲ insersit absque ulla ratione. B.

502. ὅσσα. gl. ὧν. Scilicet dicitur τυγχάνειν τι, ut τυγχάνειν τινός. Vide notata ad Eurip. Med. 759. Idem Suppl. 266.

κἀκβαλεῖς χθονὸς

γραῦς οὐ τυχούσας οὐδὲν ὧν αὐτὰς ἐχρῆν. B.

504. κέρδος μετατιθέμενος. Sic legit Scholiastes, meo iudicio, recte. Vulgo μέγα τιθέμενος. In T. nostra lectio alteri superscripta: γρ. μετατιθέμενος. B. κακὸν, iniuriam, quam ipsi Neoptolemo intulisse dicebantur. Sic κακὰ 416. M.

505. ἐτιμέμονεν. Sic emendate Turnebus edidit. In Aldina est, ut in veteribus codd. ἐτεὶ μέμονεν. In T. ἐτιμέμηνεν. B.

511. τότ' οὐκ ἔθ' ὡυτός. Sic recte Aldus et ipse Turnebus, licet in Triclinii recensione sit οὐκέτ' αὐτός. Vide ad Oed. T. 544. Oed. Col. 1445. B.

514. αἰσχρὰ Attice pro αἰσχρὸν, ut supra 493. παλαιὰ pro παλαιὸν. B.

518. v. ἔκ γε. correxit Gernhard.

519. βουλόμεσθα. Sic recte in B. Vulgo βουλοίμεσθα. B.

523. Inepte v. legitur τὴν ἔσω. Scilicet intus habitatur domus, non foris. τὴν, ἥν. Similiter peccatum 561. Vulgatum προσκύσαντες, quod metro minus convenit, correxit Porson ad Eurip. Phoen. 1419.

527. πλήν γ' ἐμοῦ. Usitata in hac formula particula γε, quam a librariis male omissam reposui. B.

528. στέργειν κακά. Huius lectionis meminit Scholiastes, quae vulgatae στέργειν τάδε praeferenda. Legi potuit στέργειν ἔμως. B.

529. δύο. Sic emendate scriptum in B. Perperam in aliis δύω, quod Atticis poëtis prorsus inusitatum. Vide quae notavimus ad Comici Ranas 1405. B.

530. v. νεὼς σῆς ναυβάτης, minus eleganter, et vexat τὸ τολύσιγμα.

537. ὡς ναύκληρος. Sic libri omnes. Insignis menda editionis H. Stephani, ὁ ναύκληρος, in subsequentes manavit. B.

538. ἐς τὴν εὔβοτρυν Πεπάρηθον. Ex Peparetho insula (Cyclade) vinum vulgo mercatores coëmebant. Demosth. in Lacritum p. 935. M.

541. Abundat σῖγα, omninoque incondita est hominis oratio, ut solet esse rudium.

542. προστυχόντι τῶν ἴσων. Sic libri omnes, sensu haud perspicuo. Scholiastae interpretationem ineptam esse ostendit Heathius, qui nec ipse meliora commentus est. τῶν ἴσων, valet τῶν δικαίων. Scripsisse videtur Tragicus προστυχών τι τῶν ἴσων, quod cum Φράσαιμι iungi debet, hoc ordine verborum instituto: ἔδοξέ μοι μὴ σῖγα τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι, πρὶν Φράσαιμί σοι πρόστυχών τι τῶν ἴσων. Et hoc quidem in versione secutus sum. Sic solent in Tragoediis famuli vel plebeii homines praemium ob adlatum utile nuntium a principibus personis petere. Vide Trach. 187. Oed. T. 984. B. Vide sequentem annotat.

544. ἀμφὶ σοῦ νέα βουλεύματ' ἐστί. Verissima haec est Io. Aurati emendatio. Perperam in libris scriptum σοῦ 'νεκα, vel σ' οὕνεκα, absque ullo sensu. B.

Facilitate se commendat Aurati commentum νέα pro 'νεκα, petitum id quidem, ut opinor, e proxime sequentibus, sed

σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς
ἃς σοι πατὴρ ἐφεῖτο. B.

615. Sisyphi, qui κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν, vaferrimum commentum, quo post mortem ad superos reditum impetraret, e Pherecyde, quem laudat Homeri interpres ad Iλ. Z. 153. hic in scholiis traditur. Vetustissimae fabulae testis est Theognis v. 521. B.

En tibi fraudem Sisyphi, Scholiastae verbis. Μέλλων γὰρ τελευτᾶν (ὁ Σίσυφος), παρήγγειλε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, ἄταφον καταλιπεῖν αὐτόν· καὶ κατελθὼν εἰς Ἅιδου τῶν γε νενομισμένων μὴ τυχὼν, κατηγόρησε τῆς γυναικὸς παρὰ τῷ Αἰδωνεῖ, ἠξίου τε ἀνελθεῖν καὶ τὴν γυναῖκα τιμωρήσασθαι· ἀνελθὼν δὲ οὐκ ἔτι ὑπέστρεψεν, ἕως μετ' ἀνάγκης κατῆλθε. Vid. etiam ad 442.

620. νεὼς ἄγοντ'. supplenda praepositio ἐπὶ, quae hic suppressa est, ut supra 203. ἕρκεος στίβου, pro ἐπὶ στίβου. B. Cf. potius 638, et Bos v. ἐπί.

626. ὁρίζῃ. Sic ad linguae normam scribi debuit. Soloece in libris ὁρίζει.

627. ἦ τοι. Sic Aldus, ut perspicue in membr. scriptum est. Minus bene Turnebus ἤτοι. B.

Ἦ τοι — ἤγαγεν. Hoc est, quod nostrates dicunt: *Nach der Arbeit ist gut ruhen.*

629. πνεῦμα τοὐκ πρώρας ἀνῇ. Sic legendum esse ex certissima emendatione praestantissimorum virorum Piersoni et Valckenarii, nemo non sentit. Vide Diatr. Eurip. p. 234. Aldus edidit ἀγῇ, ut in membr. scriptum est, proclivi librarii errore. Aliorum codd. lectiones longe sunt absurdissimae, ῥᾴῃ, ἄῃ, quarum haec, quae in Triclinii recensione est, plane contrarium eius quod sententia et res ipsa postulant, praebet. πνεῦμα τὸ ἐκ πρώρας, *ventus qui a prora flat*, contrarius est. Exspectandum itaque erat, non donec *flaret*, ἄῃ, sed donec *remitteret*, ἀνῇ. Sic infra 744. B.

Πνεῦμα τοὐκ πρώρας adversum esse ventum, iam pridem viderat etiam Dorvill. ad Charit. 115., monentibus M. et Valcken. l. l.

635. χωρῶμεν, ἔνδοθεν λαβὼν — Schema σολοικοφανὲς, cuius elegantiam non gustavit, qui pro λαβὼν legendum esse coniicit λάβ' οὖν. Perinde est ac si dixisset: χώρει μεθ' ἡμῶν, ἔνδοθεν λαβὼν —. Vide Eustathium ad Homerum p. 236. B.

638. ὃ μὴ νεώς γε τῆς ἐμῆς ἔνι. Id est ὃ μὴ ἔνεστι ἐπὶ νεὼς τῆς ἐμῆς. vel ὃ μὴ ἔνεστί σοι λαβεῖν ἀπ' ἐμῆς νεώς. Minime necesse est pro ἔνι scribere ἔπι. B.

640. πραῦνειν. πραῦνεσθαι. vid. ad Oed. Col. 74.

642. εἴ μοι. Sic recte Aldus, qui in fine versus perperam edidit ἀκημελημένων. Inepta est Triclinii lectio, οἴμοι. — τόξων τῶνδ', *harum sagittarum*. τόξα, πᾶσα ἡ τοξικὴ σκευὴ λέγεται. Eustathii observatio est pluribus in locis repetita. B.

Integrum hoc sic sonaret: Ἐρῶ λαβεῖν, εἴ μοι τι etc. i. e. Ἐρῶ λαβεῖν (quod e proximis petes) ὅ τι τόξων παρερρύηκεν.

647. Osculabantur veteres, quae maiori religione colerent. Ulysses Odyss. ε, 465:

Σχοίνῳ ὑπεκλίνθη, κύσε δὲ ζείδωρον ἄρουραν.

Cicero in Verrem lib. 4, 43: Ibi est ex aere simulacrum ipsius Herculis, quo non facile quidquam dixerim me vidisse pulcrius — usque eo, iudices, ut rictum eius ac mentum paulo sit attritius, quod in precibus et gratulationibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent. Virgilius Aen. 2, 490:

Amplexaeque tenent postes, atque oscula figunt.

Tibullus Eleg. 1, 44:

Et dare sacratis oscula liminibus!

Ovidius Tristium 1, 3, 44:

Contigit extinctos ore tremente focos.

Plutarchus in Sylla p. 471, B.: Λέγεται δὲ ἔχων τι χρυσοῦν Ἀπόλλωνος ἀγαλμάτιον ἐκ Δελφῶν — τότε τοῦτο καταφιλεῖν. Lucian. de Sacrif. cap. 12: Ὁ δὲ πένης ἱλάσατο τὸν θεὸν, φιλήσας μόνον τὴν αὐτοῦ ὑσξιάν. Adde et quae narrantur in lib. Regum 1, 19, 18. M.

658. Καὶ δὴ τιταίνειν. Sic emendanda censeo vulgata Καὶ δόντι δοῦναι, quibus etiam M. offensus tentabat καὶ στόματι δοῦναι, collatis Eurip. Troad. 1184. φιλήμασίν τ' ἔδωκεν, et Bacch. 621. χείλεσιν διδοὺς ὀδόντας. Fortior nostra lectio est, siquidem, ea recepta, plus concedit Philoctetes, quam petitum erat, more benignorum et amicorum. Cf. 646, 7. Nec raro male vel dictantes vel audientes ὁ et τ literas inter se permutant, ut aeque facile τιταίνειν transierit in τι δαινειν, τί δαιναι, τι δοῦναι, ac δὴ

τι- in δοιτι vel δόντι. Nosti autem Homericum παλίντονα τόξα τιταίνειν.

661. Vulgo legitur: οὐκ ἄχθομαί σ' ἰδών τε καὶ λαβὼν Φίλον. plane inepta sententia, et manifesta duarum vocum depravatione. Nemo non vidit pro participiis verba infinitiva reponenda esse:

οὐκ ἄχθομαί σ' ἰδεῖν τε καὶ λαβεῖν Φίλον.

Iamdiu est quod sic legerat Georgius Ratallerus, qui sic vertit: *non molestum erit, si tu quoque attrectaveris.* B. Puncto, quod vocant, v. distinguitur post ἐκτησάμην, sed non placet hoc asyndeton.

667. τοῦ Διός. Articulum in veteribus codd. et in Aldina, metro reclamante, omissum, exhibet Triclinii recensio. B. Melius Erfurdt τῶν Διός.

668. κατ' ἄμπυκα. Sic libri omnes, quibus accedit Hesychii auctoritas in Ἀμπυκας. Eustathius p. 1280. ἐν δὲ ῥητορικοῖς λεξικοῖς εὑρέθη καὶ ταῦτα. ἀμπυκίσαι, ἀναδῆσαι, χαλινῶσαι, στεφανῶσαι. καὶ ἄμπυξ, χαλινὸς, συγκάθαμμα, ἐπίκρανον, καλύπτρα, διάδημα, στεφάνη — ἐκ μεταφορᾶς δέ φασι, καὶ ὁ τροχὸς, διὰ τὸ κυκλοτερὴς εἶναι. Musgravius ad Eurip. Herc. Fur. 1300. vitium in ἄμπυκα esse censet, et reponendum ἄντυγα. B.

Ἄντυξ, inquit M. ad h. l., Grammaticis est ἡ περιφέρεια τοῦ ἅρματος, non rota; solet tamen quamvis curvaturam significare. Sic sane est; sed obtemperandum censeo λεξικοῖς ῥητορικοῖς. Quod autem v. legitur inter Διὸς et κατ', verbum Ἰξίονα interpretantis esse, metrum arguit. Nec δρομάδα δέσμιον intrat versum, qui est amphibrach. tetram. catal., rei descriptae optime conveniens, sed reponendum uno ductu δρομοδέσμιον, quomodo habetur δρομοκήρυξ, ut, felici compositione, indicetur adstricti rei circumrotatio.

672. v. Ὅς οὔτ' ἔρξας τιν', οὔτε νοσφίσας, inconcinne et omnino male: nam ὁ νοσφίζων quoque ῥέζει τι, ut nemini, opinor, satisfecerit Musgravii transpositio ὃς οὔτιν' ἔρξας. Rarior vox ἀνάρχειν potestate τοῦ ἀνάρχεσθαι fucum fecit monachis; pro qua cum scribi coepisset ἔρξας, additum est τιν' ad versum sarciendum. Iam neque ducibus non obtemperasse, nec ceteros iniuria adfecisse, dicitur Philoctetes; quod aptissimum.

673. v. ἀν, claudicante metro. G. Hermanno placebat ἔν γ' ἴσοις, quod non deterius; sed ἀν et similes formas facile ferimus in melicis.

674. v. Ὤλλυθ' ὧδ' ἀναξίως, itidem inconcinne.

676. μόνος κλύων. Sic ad sententiae, linguae, metri rationem legendum; mendose in libris κλύζων. B. Cantero debetur κλύων. Μόνος offendit, cum statim subtilius Philoctetae describatur solitudo.

679. πρόξουρος, *confinis*, *accola*. ἵνα ἦν αὐτοπρόξουρος, *ubi ipse sibi erat vicinus*. Non animadvertit Berolinensis editor versum hunc esse trimetrum iambicum, omnibus suis absolutum numeris; proinde coniecturis opus non esse, quibus metrum sustentetur. Futilia sunt, si quae alia, eius commenta, πρόσβαρρος, πρόστωλος, quorum hoc ne graecum quidem est. B.

Suo quisque sensu fruatur; sed mihi quidem absurdum quid sonat αὐτὸς πρόσουρος, neque οὐκ ἔχων βάσιν seorsim positum ferri potest, quod vertitur scilicet: non habens gressum, i. e. incedendi potestatem; quomodo quis unquam locutus sit, nosse cupio. Unius literae mutatione sanatur locus, πρόσουρον, i. e. προσούριον, ἐπιτήδειον, reponendo pro πρόσουρος. Gressum sane habuit Philoctetes, sed οὐ πρόσουρον, i. e. debilem. Haesit etiam M. in πρόσουρος, tentabatque πρόσαυρος, auris expositus. Αὐτὸς, solus.

680. κακογείτων non est *malus vicinus*, sed *vicinus* seu *adfinis mali*; ut recte post Lessingium vocem hanc exponit Berolinensis editor, eadem compositionis ratione, qua κακόμαντις, κακότεχνος, ψευδοκήρυξ, et alia. B.

681. βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειν. Hic versus cum strophico non congruit examussim; nempe pes pedi non respondet, quod quidem necesse non est. At Triclinius initio versus tribrachyn esse voluit, qui voci δρομάδα opponeretur; idcirco barbaram vocem in textum intulit βεβαρυβρῶτ', cuius varietatis Turnebus non meminit. B. vid. ad 668.

683. οὐδέ γ' ὅς — Hanc scripturam versus flagitat. Vulgo οὐδ' ὅς — B. Errat B. In οὐδ' intell. τινά.

684. Ἐνθήρου ποδός. Dicitur ut ξύλα ἔμμητρα, ligna, quibus medulla inest, Theophrasto. Sic et δρυμὸς ἔνθηρος, saltus,

cui ferae insunt, Eurip. Rhes. 289. Est ergo ἔνθηρος πόῦς pes, in quo vipera latet: quod ad Aeschyli imitationem dici videtur, cuius hi sunt versus, emendatius scripti quam apud Valck. diatr. in Eurip. fragm. XI.

Οὐ γὰρ δακὼν ἀνῆκεν, ἀλλ' ἐνῴκισε
Δεινῶν γε τομέων ἔκφυσιν, ποδὸς λαβών. M.

Ἔνθηρος etiam pro θηριώδης usurpavit Aeschylus Agam. 527, et lubenter illi quidem audacissima quaeque indulgemus, quae in leniore Sophoclis ingenio minus placent. Versuum ex Philocteta Aeschyleo petitorum emendatio, a M. proposita, habet quidem quo se commendet; sed ampliandum censeo.

685. Εἴ τιν' ἐμπέσοι. Mendose in libris εἴ τις. Τιν' valet τινά, nempe φύλλα, vel τινί, nempe φύλλῳ, utrovis nomine ex praecedente ἠπίοισι φύλλοις repetendo. In seq. versu libri omnes habent, ut duobus in locis Eustathius laudat, φορβάδος ἐκ τε γᾶς ἰλεῖν, manifesta depravatione. ἐκ ex glossa irrepsit, et τε remansit ex ὥςτε, quod, structurae lege flagitante, reposuimus. Quod Turnebus dedit ἔκ γε γᾶς, nullius veteris libri fide nititur. Leviculae mendae locum hunc ita obscuraverant, ut, quo se verterent interpretes, non invenirent; de confixis avibus nescio quid somniarunt, de quibus poëta ne cogitavit quidem. B.

Nihil verius Musgravii correctione, quam recepimus. Τὸ ε dativorum singularis elidi, probandum erat. Reponendum quoque ἔκ γε pro ἔκ τε, sive ex scriptis illud arcessiverit Turnebus, sive coniectura invenerit. Facillime inter se permutantur ΓΕ et ΤΕ. Sic habetur ἔκ γ' ἐμοῦ Trach. 453, Antig. 208, ἔν γε τοῖσι σοῖς Aeschyl. Cho. 213.

687. v. Ἔρτει γὰρ ἄλλοτ' ἄλλα, vel Ἔ. ἄλλοτ' ἄλλα γάρ. Neutrum versui satisfacit, et migrans coniunctio pro interpretamento habenda est. Εἰλυόμενος secundam syllabam corripere, Nicandri Alexipharm. 18. probat M.

690. ἐξανίῃ. Aldus et veteres codd. ἐξανίῃσι. B. Legitur autem v. πόρων, ruente versu.

692. οὐκ ἄλλων. Sic codd. omnes, recte. Ordo est: οὐκ ἄλλων αἴρων τι, ἀφ' ὧν νεμόμεσθα ἀνέρες ἁλῶσται, πλὴν — Nihil sane planius, ita ut mirer Reiskii ineptissimam coniecturam, non solum magnopere probatam, verum etiam receptam Beroli-

nensi editori fuisse, οὐκ ἀγρῶν. Locus male interpunctus erat: σπόρον cum ἱερᾶς γᾶς iungendum. Praeter fruges, alia sunt multa, quibus vescuntur homines, fetus arborum, pecudum proventus, lac, caro, quibus homo claudus, aeger, solus in deserto et inculto litore omnino carere debebat. B.

Legitur v. Οὐ φορβὰν ἱερᾶς etc., verum septimo abhinc versu exstat φορβάδος, et quarto sequente, eademque sententia iterum habes φορβάν. Non adeo infans fuit Sophocles. Lego φοῖβον, purum, quod bene concordat cum ἱερᾶς. Purus ex frumento cibus opponitur immundo victui, quo uti coguntur saepe illi, qui Cerealibus carent donis. Pythagoras apud Ovidium Metam. 15, 96:

— Vetus illa aetas, cui fecimus Aurea nomen,
Foetibus arboreis, et quas humus educat, herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.

693. Αἴρων, sumens, percipiens. Sic αἴρουσι λείαν, capientibus praedam, Rhes. 326. Ἀνέρες ἁλῶσται Homerica vox est.

694. εἴ ποτε τόξων πτανῶν πτανοῖς. Versus est dimeter anapaesticus, vel, si mavis, tetrameter dactylicus. Hac sola observatione cohiberi poterat Parisinus editor a futili coniectura κτανὼν πτανούς. Ne hoc quidem postremum contra librorum fidem admittendum, suadente erudito Britanno apud Heathium. Nam dativus πτανοῖς idem est ac διὰ πτανούς. B.

698. Male B., Aldo obsecutus, dedit πέματος, qua forma abstinent Attici, quamque nec versus recipit.

699. εἴ που γνοίη. Sic ad metri rationem legendum. Vulgo ὅπου γνοίη, quod nec ipsum satis ex indole linguae est: oporteret enim ὅπου ἄν γνοίη. B.

V. λεύσσων legitur pro eo, quod dedi, λευκόν. Λευκὸν ὕδωρ, λεὐκὸν νᾶμα et similia frequentantur. Λεύσσων quam hic vim haberet, se nescire fassus est etiam M.

700. v. A. προσενώμα, intellecto ἑαυτὸν, quod inusitatum in hoc verbo. Bene Wakefield πρὸ' ἐνώμα degenerasse putat in ποτενώμα, deip, ποτ' pro Dorica forma praepositionis accepta, in προσενώμα.

701. παιδὸς ὑπαντήσας. Verbum ὑπαντᾶν cum tertio casu

iungi solet: hic autem casum simplicis adsciscit, vacante praepositione. B.

702. ἐκ κείνων. Sic codd. omnes. Mendose Aldus ἐκείνων. gl. τῶν κακῶν. B.

706, 707. Μηλιάδων Νυμφᾶν, Σπερχειοῦ τε. vid. ad 446. et 485.

708. Πᾶσιν, quod pro πᾶσι ad metricam legem reponendum monuit Heathius, est in T. et in schol. B.

V.: Πλάθει πᾶσι, θείῳ πυρί. Sed quid sibi velit πᾶσι, et cur ignis, quo combustus est Hercules, vocetur θεῖος, nemo facile dixerit. Παυσώδυνος pro παυσωάδυνος dicitur ut καμψώδυνος: quomodo et πανόλεθρος pro πανώλεθρος et similia quaedam alia usurpantur. Metro minus convenit πᾶσιν quam vulgatum πᾶσι.

713. τί ἐστιν. Ad hiatum non adtendendum, cui vitando minime inserenda particula ὅς. Nimis concitatus esse non potest mirantis sermo. τί ἐστι, τί εἶπας, τί οὖν in scena frequentabantur sine aurium offensione. Vide Marklandium ad Suppl. 109. Musgravium ad Phoen. 906. Sic rursus infra 733. B.

724. v. διέρχεται. Δύστηνος, ὦ τάλας ἐγώ. verum s. pendet δύστηνος, quod pariter sentiens Wakef. reponebat δύστηνον (κακόν), quod et ipsum quoque ferri potest, sed efficacior mihi videtur aposiopesis, intellecto νόσος.

725. βρύκομαι. Perperam in libris βρύχομαι. Hesych. βρύξαι, δακεῖν, καταπιεῖν. Ad quam glossam vide interpretem, et Valckenarium ad Ammonium in Βρύκειν p. 32. B.

726. ἀπαπταπαί. Sic scribi debuit. In membr. divisim ἀπᾶ. παπαί. In Aldina coniunctim ἀπαπαπᾶ. B.

731, 732. ὅτου — σαυτοῦ. Subaud. ἕνεκα. cf. Trach. 330. M.

733, 734. Haec v. perincommode sic digeruntur:

ΝΕΟΠΤ.

Τί σοι;

ΦΙΛ.

Οὐκ οἶδα.

ΝΕΟΠΤ.

Πῶς οὐκ οἶσθα;

ΦΙΛ.

Παπαπαπταπαί.

Miratus puer, cur tam graviter Philoctetes ingeminet τὸ Οἶσθα; quaerit primum, quid illi sit, τί σοι; dein respondet, se nescire; quod verbi, Philoctetae tributum, friget. Nihil frequentius in scriptis personarum permutatione. cf. 740. Dedignatus autem Philoctetes, victum se doloribus fatéri, sponte id intelligi et arbitratur et cupit. quo pertinent ingeminata Οἶσθα et Πῶς οὐκ οἶσθα;

735. τουπίσαγμα. Sic emendate legitur in scholiis. Huc pertinet interpretatio ἡ προσθήκη. Altera ἡ ἐπείσοδος lectioni accommodari possit, quam libri nostri exhibent τουπείσαγμα, Henr. Stephano merito damnatam. B.

738. v. Ἥκει pro Εἴκει legitur, quasi scilicet alibi, quam in Philoctetae corpore, vagari diceretur morbus. Turbavit pessimus iotacismus. Legitur quoque αὖτη pro eo, quod longe aptius mihi videbatur, αὐτὴ, sponte. Nec vulgatum ἴσως convenit, sed πλάνοι ἴσοι, i. e. ἰσόχρονοι, dicitur tempus, quo excruciat Philoctetem lues, per corpus vagans, dum per aeque longum intervallum cesset, ut solet fieri. Αὖτη si cui displiceat, is non male quoque reponet ἄτη. In αὐτὴ intell. νόσος, ut 786, et p., velut Hippocratis aphorism. 5, 10 : Ὁκόσοισι κυνάγχην διαφεύγουσιν ἐς τὸν πνεύμονα τρέπεται, intell. ἡ νόσος. cf. 5, 8.

740. ἰὼ, ἰώ. Geminata est in membr. vocula, quam semel tantum Aldus habet: Triclinius vero plane omisit. B.

Haec satius est Philoctetae tribui, quam Neoptolemo, sicut v.

741. v. — δῆτα διὰ πόνων π. φ. Sed τῷ διὰ πόνων merito offendebatur M., nec tamen satis placet viri optimi commentum διαφέρως, quod habet Plato in Ione p. 362, B, et in Philebo p. 379, D. Διαπόνως δύστηνος, i. e. laboriosus miser, recte dicitur Philoctetes, qui vix paululum requiescebat, cum rediret malum. Πάντων intellecto διὰ, valet πᾶσι vel πάντως. Φανεὶς sonat ὤν. vid. ad Oed. Tyr. 331.

747. ἐξήκῃ. Sic accurate scriptum in B. Mendose Aldus ex membr. ἐξίῃ: Triclinius ἐξίῃ. Modo dixerat ἥκει διὰ χρόνου. B.

749. ἐκηλον. Sic Aldus et veteres codd. bene. Ex Triclinii interpolatione est εὔκηλον. B.

751. ἑκόντα, μήτ' ἄκοντα. Id est μήτε ἑκόντα, μήτε ἄκοντα.

Negatio alterius membri ad alterum repetenda: ut in Oed. Col. 878.

ὡς μὴ παρέλθωσ' αἱ κέραι, γέλως δ' ἐγὼ
ξένῳ γένωμαι τῷδε —

in posteriore membro repetenda ἀπὸ κοινοῦ prioris negatio, ἐγὼ δὲ μὴ γένωμαι γέλως. Vide Eustathium p. 1694. l. 7. Hac quidem ratione defenditur plurimorum librorum lectio in Oed. T. 327.

ἐγώ τ' ἐμαυτὸν, οὔτε σ' ἀλγυνῶ.

verum praestat ea quam secuti sumus. B. Cur hoc?

754. θάρσει προνοίας γ' οὕνεκ'. Sic in B. Alii particulam omittunt. *Confide, quod ad meam quidem providentiam spectat.* B.

760. κεὐσταλής. Sic emendate scriptum in B. Perperam in aliis καὶ εὐσταλής. Atticis καὶ semper eliditur. In Stobaei Florilegio pag. 83. editionis Grotii corrigenda similis scripturae menda:

καλόν γ' ἀληθὴς κἀτενὴς παῤῥησία.

Perperam ibi excusum καὶ ἀτενής. B. vid. index v. contractiones.

761. πορσύνεται. Huc pertinet Photii glossa, quam vide in Lexico. Verum explicatio illa inter grammaticorum nugas referenda. πορσύνεται hic valet παρασκευάζεται, ἑτοιμάζεται. B.

Θεὸς, fortuna, vel fatum, ut frequentius quidem valet δαίμων. Sic Virgilius: quo fata trahunt. Neque aliter interpreteris pervulgata illa σὺν θεῷ, ἄνευ θεοῦ, quorum illud in secundis rebus, hoc in afflictis, usurpari solet. Cuius significationis luculentissimum hoc est exemplum, siquidem ineptum fuerit, deorum opem implorare ad cursum instituendum, quo deus iussit. Imo: quo fortuna iussit, quo fata trahunt: nam in fatis erat, Philoctetem et Neoptolemum Troiam navigare, urbisque procurare expugnationem.

762. In Aldina et in veteribus codd. sic scriptus est hic versus: ἀλλὰ (in B. ἀλλ' οὐ) δέδοικ' ὦ παῖ μή μ' ἀτελὴς εὐχή. Triclinius vel ex antiquo exemplari, vel ex coniectura dedit:

ἀλλ' οὖν δέδοικα μή μ' ἀτελὴς εὐχὴ, τέκνον.

varia lectio superscripta μή σ' ἀτελής. Id est μή μοι, vel μή σοι ἀτελής. Pronomen melius abest plurimis de causis. Ac primo

quidem ex eo quod incertum sit, utrum ab auctoris manu sit, colligi potest neutrum necessarium esse, quod satis liquet. Deinde sic vitatur anapaestus in quarta sede: denique non placet μοι ante vocalem brevem elisum, quod vereor ut recte fieri posse vere dixerim in nota ad Trach. 1186. Ibi σ' ἐπισκήπτω accipi potest et debet pro ἐπισκήπτω σε. Construitur enim cum accusativo personae hoc verbum. Euripid. Iphig. T. 701.

πρὸς δεξιᾶς σε τῆςδ' ἐπισκήπτω τάδε.

sic rursus in Alcestide 372. ἐπισκήψω τοὐςδε, *hisce mandabo*. μὴ ante vocalem longam aut diphthongum cum ea coalescit: si sequatur vocalis brevis, ea eliditur, seu raptim pronuntiatur, ita ut in metri scansione pro nulla habeatur. Nihil interest scribaturne μὴ ἀτελὴς an μὴ 'τελὴς, siquidem certum est olim vocales omnes pronuntiari solitas fuisse, et in scriptura pingi. Sic apud Stobaeum Floril. Grotii p. 17.

ἀλλ' ἡ φρόνησις ἡ ἀγαθὴ, θεὸς μέγας.

pag. 61.

ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν.

Tam bona est ea scriptura, quam illa cuius mos invaluit ἡ γαθὴ, ὁ μὴ 'δικῶν. Quin postrema quandoque moram lectori creare potest. B.

Similis mos vocales omnes pronuntiandi, quas contrahi iubet metrum, hodieque obtinet in Italis poëtis. vid. tamen ad 907. Ceterum h. l. constantiam requiro in Brunckio, qui cum ubique et provocet ad scriptos libros, et Triclinium inprimis exagitet, si forte de suo quid infersisse videtur, quod quidem passim fecit futilis iste Grammaticus, hic tamen, deserta omnium scriptorum et Aldi auctoritate, ipsum istum Triclinium secutus est. Nam quod in B. legebatur ἀλλ' οὐ nihil aliud est quam ἀλλὰ, ut ceteri omnes habent scripti. Ingenium pusillum hic quoque suum exseruere librarii, vehementiorem dolentis viri affectum intra arctos fines iambici senarii redigentes, qui rectius in lyrica effunditur metra, pro more in hisce poëtarum. Cf. 1137 sqq. Trach. 979—981, 996, 7, Eurip. Hecub. 659, Orest. 103. Leviter tantum corrupta sunt verba ἀτελὴς εὐχὴ, pro quibus quae excudi iussi, Musgravio, viro sagacissimo, accepta lector referat. De eliso et correpto μοι dictum ad Ai. 189.

764. κηκῖον αἷμα. Supra 683. αἵματος κηκιομένα ἑλκέων. Verbum est neutrum, cuius utraque forma promiscue adhibetur: quod obtinet etiam in aliis verbis, quae passiva significatione gaudent. Sic 236. in αὐδῶμαι παῖς Αχιλλέως passiva significatio obtinet: at 827. αὐδᾶμαι licet passiva forma active significat *dico*. Plurima huius generis recenset Eustathius p. 806. B.

765 — 767. Pessime v.:

Παπαῖ, φεῦ.
Παπαῖ μάλ'. ὦ ποῖς, οἷά μ' ἐργάσει κακά.
Προσέρπει,
Προσέρχεται τόδ' ἐγγύς. Οἴ μοι μοι τάλας.

Quis ferat Προσέρχεται, ineptum glossema τοῦ προσέρπει? Nempe senarium iambicum non intrabat commode προσέρπει, itaque ἀμέτρως inculcatum est, recepto προσέρχεται, quod modulo conveniebat noti librariis versiculi, bisque posito μοι ad explendos numeros. Vide quoque, an affectui quadret versus iambicus Παπαῖ. Mihi certe ex loco suo migrasse videtur φεῦ, deletoque glossemate κακὰ hic quoque restituo dochmaïcum, rei congruentem exprimendae, versum: nam οἷα priorem corripit, sicut p.

769. ἀτταταί. Sic est in B. In membr. et in Aldina ἀττατατᾶ. Parum interest, hoc an illo modo legatur. Optimum fuisset ἀταττταί, basis iambica. B.

770. Κεφαλλήν. vid. ad 260.

772. v. ὦ διπλοῖ στρατηλάται, Ἀγάμεμνον, ὦ Μεν., merito improbantibus viris doctis.

774. v. τὸν ἴσον χρόνον, ex interpretatione, nisi fallor. Articulum emovebat G. Hermann Hecub. p. LXII.

776. Similiter Miltonus Paradis. Lost. b. 10.

— — why comes not Death,
Said he, with one thrice acceptable stroke
To end me? —
But Death comes not at call. —
Iohnson.

778. v. ὦ τ., ὦ γενναῖον, ἀ. συλλ. Sed statim sequitur ὦ γενναῖε.

779. ἀνακυκλουμένῳ. Sic legimus ex sagacissimi viri certa

emendatione. Libri omnes habent ἀνακαλουμένῳ, cum gl. παρακαλοῦντι. Lectio et interpretatio perinde mendosa et inepta est. Vide Toupii Cur. Nov. in Suidam p. 91. Dubitat Berolinensis editor, an ἀνακυκλεῖσθαι de flamma dici possit. Quippini? quum *rotantes flammas*, et *globos flammarum* Horatius et Virgilius non refugerint. Sed ἀνακυκλουμένῳ si suspectum habeatur, quanto magis explodendum ἀνακυλιομένῳ, quod significatione nihil aut parum differt, prosodiae autem ratione in hunc versum intrare non potest? κυλίω penultimam producit, nec synizesis hic locum habet. B.

Recte M.: τῷ Λημνίῳ — πυρί. Meminit infra 1012. Scholiastes Nicandri ad Theriac. 472: Μόσυχλος δὲ, τὰ ὄρη τῆς Λήμνου, ὡς Ἀντίμαχος, —

— Ἡφαίστου πυρὶ εἴκελον, ἦν ῥα τιτύσκει
Δαίμων ἀκροτάταις ὄρεος κορυφαῖσι Μοσύχλου.

καὶ Ἐρατοσθένης·

Εὖ τοι ὅσοις φαίνεσκε Μοσυχλαίῃ φλογὶ ἶσον.

Attius apud Varronem de lingu. lat., ex emendatione Iosephi Scaligeri:

— Qui Lemni aspera
Tesca tuere —
Et Volcania templa sub ipsis
Collibus, in quos delatu' locos
Dicitur alto ab limite coeli
Aetnaea vi spirante vapor
Fervidus —

Statius 5, 50:

Lemnos, ubi ignifera fessus respirat ab Aetna
Mulciber —

Idem 5, 87.

— quater antra dei fumantis anhelos
Exseruere apices.

Valerius Flaccus 2, 336:

Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris
Fumant saxa iugis, coquiturque vaporibus aër.
Substitit Aesonidés, atque hic regina precari
Hortatur, causasque docens: Haec antra videtis

Vulcanique, ait, ecce domos.

Seneca Herc. Oet. 1360: Quae Lemnos ardens? Meminit et Cic. de nat. deor. 3, 22, et Etymologus v. αἰθάλη. — Ἀνακαλουμένῳ, invocato, adorato. Eurip. Troad. 472:

Ὦ θεοί· κακοὺς μὲν ἀνακαλῶ τοὺς ξυμμάχους.

Aristoph. apud Hephaestion. p. 42:

Μήτε Μούσας ἀνακαλεῖν ἑλικοβοστρύχους.

Invocatum vulgo fuisse Lemnium hunc ignem, colligas ex loco Valerii iam citato, ubi Hypsipyle Iasonem precari hortatur.

Sic ille, cui plenissime assentior, nec quicquam muto. Ἀνακυκλεῖσθαι quivis potest ignis, ἀνακαλεῖσθαι divinus tantum habitus, qualis hic fuit. Ignes perennes in Vulcani templis haberi solitos fuisse scimus, quos tanquam symbola dei adorari consentaneum fuit.

785. v. τἀπὶ σοὶ στένων κ. pingui oratione: siquidem parum differunt ἀλγεῖν et στένειν. neque pronomine ὀρθοτονουμένῳ opus est. De verbo ἀλγεῖν cum accusativo constructo cf. Antig. 618.

789. v. Ἦ μενεῖς; quod stolidi esset denuo quaerere, postquam id se facturum promisit iuvenis.

792. v. ἐμβὰ μενεῖν, frequenti lapsu.

797. v. μεθίημι τί δὲ δὴ πλέον Φρονεῖς, vel μεθίημί σ' τί δὴ π. φ., pravis numeris. Σε interpretamentum est, et ι finale τοῦ μεθίημι natum ex ῆ, adiuvante praesertim iotacismo. sic etiam Erfurdtius.

801. v. τόδε, ambigue. τάδε, sic, ut in dormituris solet fieri.

808. Versus est tetrameter dactylicus: proinde scriptum oportuit ἀντίσχοις, non, ut in libris est, ἀντέχοις. Scholion in membr. ἐναντιωθεὶς τοῖς ὄμμασι τοῦ Φιλοκτήτου, μὴ ἐάσης αὐτὸν βλέψαι τανῦν. In scholiorum editione Romana perperam insertum fuit καὶ, quod deletum volueram. B. Τάνδ' αἴγλαν, ἃ τ. τ., i. e. nullam αἴγλην, nam non lux iam offusa est Philocteti dormienti, sed caligo vel tenebrae. cf. 831. quomodo per tenebras videre pro nihil videre, et similia pleraque dicuntur. Hoc non cepit Wakefieldius, qui reponebat Τάνδ' ἀχλύν. Possis et compedem interpretari, ut vinctus caligine oculos dicatur Philoctetes. vid. lexicon

v. αἴγλη. Ceterum versus est dochmaïcus, cui melius congruit vulgata.

811. ὅρα γε. Particula in veteribus codd. et in Aldina omissa. In próba scriptura conspirarunt hic librarii, quod raro contigit: ποῦ στάσει, ποῖ δὲ βάσει. Quemadmodum in Ai. 1196. legi debet ποῖ βάντος, ἢ ποῦ στάντος. B.

v. πῶς δ' ἐμοὶ τ. Φρ.: sed enclíticum pronomen hic requiritur et elegantius δὲ omittes, quod versus poscit. Ceterum στάσει pro praesenti accipio, sicut p. valent futura. ποῦ quoque pertinet ad Φροντίδος.

812. v. — Φροντίδος. ὁρᾷς ἤδη, πρὸς τί μενοῦμεν πράσσειν. Sed quid hic videre dicatur Neoptolemus, seu proprie seu figurate, equidem non video. Imo coecutire, i. e. sibi ipsisque parum prospicere, is videtur choro. Repetitum ὅρα affectum adiuvat. μένομεν versui magis convenit, vividiusque adeo est vulgato.

814. παρὰ πόδα. Sic libri veteres omnes. Nulla erat caussa, cur Triclinius πόδας mallet. B.

Sane vulgatior itaque peior est forma παρὰ πόδας.

815. πολὺ, plerumque: nam id dici non potest, magnam semper victoriam reportari, sed victoriam plerumque reportari, seu magna seu parva illa fuerit, si quis occasione sciat uti.

819. v. Κομπ. δ' ἔστ' ἀτ. Mire friget istud ἔστι. οἶδα, οἶσθα, ὁρᾷς, et similia non ineleganter παρενθέτως usurpari solent, praesertim apud Atticos.

821. Σὺ abest Ald. et B., est in vulgatis, metroque convenit.

825. ἀλλ' ὅτι δύναιο μάκιστον. *Sed quam potes maxime.* μάκιστον idem est quod μέγιστον. Nihil foedius, nihil ineptius excogitari posse opinor Triclinii interpolatione:

ἀλλ' ὅ τι δύναιο μάκιστον·
κεῖνό μοι γὰρ μέγιστον·
λάθρᾳ' ἐξιδοῦ ὅ τι πράξεις.

Istaeccine tamdiu pro Sophocleis haberi potuisse! B. Lectio ὅ τι πράξεις dochmaïcum enervat. Literae τ et θ, item ρ σ χ ξ passim confunduntur, nisi vulgata est interpretis.

μάκιστον, s. μήκιστον ἀάσθης hymn. in Cererem 258.

826. Aldus et veteres codd. habent: οἶσθα γὰρ ὃν αὐδῶμαι, εἰ ταυτὰν τούτῳ — metro corrupto. Versus esse debet tetrameter dactylicus. γὰρ initio positum refertur ad suppressam partem sententiae, quae sic plene enuntiari debebat: εἰ ταυτὰν γνώμαν ἴσχεις τούτῳ, ὃν οὐκ ὀνομάζω, οἶσθα γὰρ ὃν γ' αὐδῶμαι. B.

Vulgatae praeferunt οἶσθ', οἶσθ' ὄντιν' αὐδῶμαι, bene quod bis οἶσθα et ὄντινα, sed Aldi et ceterorum codicum lectio γὰρ metro aeque necessaria.

828. μάλα τοι ἄπορα πυκινοῖς ἐνιδεῖν πάθη. Falsa est Scholiastae interpretatio: ἄπορόν ἐστι καὶ τοῖς συνετοῖς ἰδεῖν τὸ πρακτέον. Hoc per se quidem non usquequaque verum est, siquidem prudentia eo maxime commendatur, quod qui ea pollent, ex rerum angustiis facilius se expediant: verum est a sententia Chori longe alienissimum. Is enim statim ostendit facillimum esse, quod facto opus censet, quodque Neoptolemo suadet, nempe ut dormientem nihilque sentientem Philoctetam in navem transportet. Haec summa est totius sermonis Chori, qui de industria obscure loquitur, ne, si quid forte suorum verborum percipiat expergefactus Philocteta, insidias sibi strui sentiat. Plana sunt, si quid recte iudico, omnia, ita ut valde mirer a veteri enarratore tam praepostere accepta fuisse. οἶσθα γὰρ ὃν γ' αὐδῶμαι, *scis enim quem loquor: εἰ τούτῳ ταυτὰν γνώμαν ἴσχεις, si cum eo idem sentis.* Ista de Ulysse, neutiquam de Philocteta, intelligenda. Quis, nisi fungus sit, dubitare queat, an ON et ΤΟΤΤΩι ad eamdem personam referantur? μάλα τοι γίγνεται τοῖς πυκινοῖς ἐνιδεῖν πάθη ἄπορα, *maxime evenit prudentibus, ut dispiciant res difficiles.* Id est, *si cum Ulysse sentis, hunc virum ad Trolam esse abducendum, tibi, qui prudens es, statim apparebit, qui te ex hac difficultate extrices.* Infinitivus ἐνιδεῖν pendet a suppresso verbo, quod ipsa sententia suggerit, γίγνεται, ἐγγίγνεται, ἔξεστι, ἔστιν, aut simile. B.

Magnifice tractare dissentientes solet bonus Brunckius, et prae nimio calore impingere. Vide enim, quam male haec cohaereant, si, vetere lectione πυκινοῖς servata, sic explices, ut ille iussit: Neoptolemum, si cum Ulysse sentiat, cum ipse prudens sit, statim visurum, quomodo se ex hac difficultate extricet. At vero, si satis prudentem chorus putat iuvenem, neque exhortatione opus est, neque Ulyssis, tanquam prudentioris, proposito exemplo.

Quin chorus per omnia dissentire, sed civiliter, a Neoptolemo, consentire cum Ulysse, fingitur, atque idem hoc loco suadet, quod supra 100 sqq. Ithacensis ipse, τὸ λάθρα ἐξιδεῖν ὅ τι πράξει, i. e. dolum, cuius adeo viri gravissimi auctoritate, cum suae ipsius parum fidat, permovere studet Neoptolemum, ut cito rem aggrediatur. non igitur ad ὅν vel potius ὄντινα referendum est, τούτῳ, sed loquentem hoc personam, ut passim, indicat, neque πυκινοῖς ferri posse videtur, sed reponendum πυκινᾶς vel πυκνᾶς, quod metro aptius, ut et τοι elisum. Brunckio non melius rem gessit Musgravius, qui verba ἄπορα πυκινοῖς ἐνιδεῖν πάθη sic exprimit: adeo commovebitur Philoctetes, ut perturbationem eius vix videre sustineat.

830. εὖρός — οὖρος. Imitari videtur clamorem nautis ingruente vento secundo usitatum. Theocritus idyll. 13, 52:

Κουφότερ', ὦ παῖδες, ποιεῖσθ' ὅπλα· πλευστικὸς οὖρος. M.

De adornando hoc loco vid. ad 832.

ὦνήρ. perperam vulgo ἀνήρ. B. Imo bene. vide nos ad 832.

832. ὁρᾷς. *Vides, viden'.* Sic mediae sententiae in colloquiis inseri solet ὁρᾷς, ut apud Comicum Nub. 355.

Καὶ νῦν, ὅτι Κλεισθένη εἶδον, ὁρᾷς, διὰ τοῦτ' ἐγένοντο γυναῖκες.

Anacreon Od. IX.

καὶ νῦν, ὁρᾷς, ἐκείνου
ἐπιστολὰς κομίζω.

Pessime vulgo ὁρᾷ, βλέπει — Sequitur καίρια φθέγγου, *opportuna edice*, id est *quae tempori conveniant, quaeque e re nostra sint iube.* Vulgo legitur φθέγγει. In membr. superscriptum pro varia lectione φθέγγῃ. Prius non modo sensu cassum est, verum etiam plane barbarum: forma enim activa φθέγγω Graecis nullo fuit in usu. Alterum φθέγγῃ ipsum quoque ineptissimum est, *opportuna loqueris.* Atqui ne verbum ille quidem unum dixerat. B.

Tempus est, sententiam de hoc loco nostram communicare cum lectoribus. Qui v. sic habet:

οὖρός τοι, τέκνον, οὖρος·
ἀνὴρ (B. ὦνὴρ) δ' ἀνόμματος
οὐδ' ἔχων ἀρωγάν,
ἐκτέταται νύχιος.
ἀλεὴς ὕπνος ἐσθλὸς,

οὐ χερὸς, οὐ ποδὸς, οὔ τινος ἄρχων,
ἀλλ' ὥς τις Ἅϊδα παρακείμενος,
ὀρᾷ (B. ὁρᾷς), βλέπει. καίρια φθέγγει· (B. φθέγγου.)
τὸ δ' (B. τόδ') ἁλώσιμον ἐμᾷ Φροντίδι, παῖ.
πόνος ὁ μὴ Φοβῶν κράτιστος.

Praeclare animadvertit G. Hermann ad Aristotelis Poët. pag. 134., haec ad normam versuum 816 — 819 redigenda esse, quod operis ipse aggressus est hoc modo:

οὐρός τοι, τέκνον, οὖρος· ἀνὴρ δ' ὅδ' ἀνόμματος ἤδη
ἐκτέταται νύχιος· (ἀλεὴς δ' ὕπνος ἐσθλὸς ἀρωγός)
οὐ χερός, οὐ ποδός, οὔ τινος ἄρχων· ἀλλά τις Ἅιδα
ὡς παρακείμενος ὀρθὰ βλέπει· σὺ δὲ καίρια φθέγγου.
τόδ' ἁλώσιμον ἐμᾷ Φροντίδι, παῖ· ἐπῳδός.
πόνος ὁ μὴ Φοβῶν κράτιστος.

Plura sunt in hac dispositione, quae displiceant. nam audaciam quidem correctoris in loco tam depravato nemo culpaverit; sed transposita verba οὐδ' ἔχων ἀρωγάν, quorum vestigium superest in ἀρωγός, male me habent, parumque placent addita ἤδη et σὺ δὲ, caudamque trahens epodus iste (nam epodus vocatur), atque omnino posterioris horum partis inde a verbis οὐ χερὸς conceptio: siquidem verba ἀλλ' ὥς τις Ἅϊδα παρακείμενος et τὸ δ' ἁλώσιμον ad aures accidunt ut clausulae versuum bucolicorum, qualibus continetur totus, qui hisce respondet, strophae locus, pariter atque ista ἀνὴρ δ' ὅδε, ut optime reposuit vir sagacissimus, et ἀλεὴς (vel potius ἀδεὴς) ὕπνος: ne dicam, obscurum esse, certe affectatum, istud ὀρθὰ βλέπειν, quod placuit Hermanno. Quid multa? Interpretamentis hoc carmen, si quid aliud, deturpatum est, iisque partim neque recentibus, neque inelegantibus: nam quod ἀδεὴς, (sic enim legendum cum Reiskio,) explicarunt ἐσθλὸς, quod ἁλώσιμον ἔργμα (corruptum id hodie in ἐμᾷ, quod etiam sinceram vocem ἡμῇ expulit) πόνος ὁ μὴ Φοβῶν (quanquam verba ὁ μὴ Φοβῶν etiam loco suo mota censeri possunt et pertinere ad ἀδεὴς), putida haec sunt adeo, neminem ut queant fallere; sed verbi νύχιος declaratio ἀνόμματος poëticum colorem habet, nisi non potest fieri, ut idem proprie simul et figurate Tragicus expresserit, nec dubium videtur, quin ποιητικώτερον et genuinum sit verbum νύχιος. Similiter καίρια convenit sententiae, quae tamen omissa ea vo-

cula vim et gratiam acquirit; neque absurda sunt τῷ οὔ τινος adscripta οὐ χερὸς, οὐ ποδὸς, sed olandicat interpretatio, ut in qua mentio non fiat sagittarum, quae ἀρωγὴ Philoctetis fuit primaria. His itaque positis, cum clausulas quartorum pedum, quas dixi, viderer mihi agnoscere, pariterque hos versuum exitus οὐδ' ἔχων ἀρωγὰν, modo emendatum hoc esset, οὔ τινος ἄρχων, — βλέπε, φθέγγου, denique κράτιστος, additis verbis δὴ δίχ' (quae tamen latere puto in ἀμέτροις istis οὐδ' ἔχων) ὃ et ἡμᾶ, de quo supra, paucisque aliis leviter immutatis, an reddiderim integriora, quae corruptissima accepi, collegerimque disiecti membra poetae, penes Wolfios horumque similes perpaucos esto iudicium.

Τπνῳ παρακειμένῳ comparari potest ῥιπτὸς μόρος Trach. 348, et p. s. dicuntur res pro personis. Φθέγγει fortasse fuit φθέγγε: siquidem obsoleta amat Sophocles, ut qui similiter ἄζοντα dixerit pro ἀζόμενον Oed. Col. 130. et μηχανᾶν pro μηχανᾶσθαι Aiac. 1001. vid. M. ad h. l. Παῖς pro vocativo positum.

833. τόδ' ἁλώσιμον ἐμᾷ Φροντίδι, παῖ.
πόνος ὁ μὴ φοβῶν κράτιστος.

Sic distingui debuit: male excusum divisim τὸ δ'. oportuit τόδ', quod valet *hocce, hoc negotium, res quam agimus: ἁλώσιμόν ἐστι*, id est ἁλῶναι δύναται, *capi, confici potest: ἐμᾷ Φροντίδι, solertiae meae, per meam solertiam.* Non patitur linguae indoles, nec usus, ut τὸ ἁλώσιμον accipiatur pro ἡ ἅλωσις, *modus quo capiatur.* Proinde nec ἀνάκειται, nec προσήκει aut μέλει subauditur: verum quod simplicissimum est, et ellipsi omnium frequentissima, ἐστί, hoc sensu: *Negotium hoc, o fili, mea solertia confici potest: labor absque metu optimus.* Sic vertere debui ex Graecis bene scriptis et distinctis in apographo meo, quod ante oculos non habui, quum versionem describerem: quod in ea dedi, nauci non est. His verbis innuit Chorus, se Philoctetam minimo labore in navem translaturum, si Neoptolemus iubeat, idque maxime expedire, quum vacet periculo. Hesych. ἁλώσιμον, ληφθῆναι δυνάμενον. Idem quod ἁλωτὸν in Oed. T. 111. τὸ δὲ ζητούμενον, ἁλωτέον. Canti-

cum hoc interpretes misere solicitos habuit: at nullus se magis contorsit, quam auctor Observationum in Philoctetae versiones, Historiae Academiae nostrae insertarum T. XXXI. p. 156. Multa movendo nihil promovet vir optimus, qui Divam Criticam tristem semper expertus est, quoties graecos Poëtas emendare aut interpretari in animum induxit. B. vide nos ad 832.

834. ἀφεστάναι φρενῶν. Phrasis mihi alibi non obvia. Ἔξεστης φρενῶν de homine deliro habet Eurip. Bacch. 359. Sed aliud haud dubie ἀφεστάναι φρενῶν, nempe parum attento esse animo, ut cui Horatius peregre esse animum dixit. cf. τῶν αὐτῶν ἀμελειῶν περὶ γονέας μὴ ἀφιστῶνται, Plat. p. 976. B.

Τὸ γὰρ ἀποστῆναι χαλεπὸν
Φύσεος, ἣν ἔχει τις ἀεὶ,

Aristoph. Vesp. 1448. Τοῦ βασκαίνειν ἀφέστηκα Aristid. tom. 1. p. 363. Ὥςτε ἀπεῖναι τῶν ἐν οἷς εἴη τὸν νοῦν Synes. p. 64. M.

835. ὦνήρ. Perperam vulgo ἀνήρ. B.

839. τλῆναι σ' ἐλεινῶς. Sic primus edidit Henr. Stephanus. In codd. nostris omnibus scriptum, ut excuderunt Aldus et Turnebus, ἐλεεινῶς quatuor syllabis. Proba forma est, librariis incognita, et ubique obliterata, quam adstruxit illustris editor Homerici hymni in Cererem ad v. 283.

τοῦ δὲ κασίγνηται φωνὴν ἐςάκουσαν ἐλεινήν.

Comicus in Ranis 1063.

τοὺς βασιλεύοντας ῥάκι' ἀμπίσχων, ἵν' ἐλεινοὶ
τοῖς ἀνθρώποις φαίνοιντ' εἶναι.

Stephani emendationem merito suo retinuimus, quia probabile non est, quum ita proclive esset anapaestum vitare, tragicum nulla necessitate adactum altera forma usum fuisse. B.

841. εὐφέρως. Aldus et codd. εὐπόρως, cuius adverbii significatio aliena videtur. Elegans est Elmkii coniectura εὐλόφως, quod pro εὐλόγως reponendum videtur in Euripidis fragmento ex Antigona:

ὅστις δὲ πρὸς τὸ πίπτον εὐλόφως φέρει
τὸν δαίμον', οὗτος ἥσσόν ἐστ' ἀνόλβιος.

Vide scholia antiqua ad Ai. 61. Contrariae significationis adverbio usus est Euripides Troas. 305.

κάρτα τοι χουλεύθερον
ἐν τοῖς τοιούτοις δυσλέφως φέρει κακά.

Verum haec coniectura nimis ab antiquae scripturae vestigiis recedit: praetuli εὐφόρως, quod satis tuentur observata in minoribus scholiis ad Ai. 51. et El. 240. B.

844. v. ὦ τ., ἡ σὴ, πάντα etc. sed oppositio membrorum nomen vel pronomen abesse, vix patitur. ἦν accipi potest pro ἐστὶν, ut p. σὴ debetur iotacismo.

853. τὰ συμβέλαιά σου. In B. T. σοι, haud deterius. *Signa, quae tibi inerant; signa, quae dabas.* B.

857. οὕτω. s. bene Turn. ceterae οὕτως.

864. Hic versus in veteribus libris sic legitur: παπαῖ· τί δῆτα δρῳμ' ἐγὼ τοὐνθένδε γε; in B. δρῷμ' ἐγὼ τοὐνθάδε λέγε. Soloeca est lectio. δρῳμ', quod valet δρῷμι, optativus est, qui sine particula ἄν in hac formula adhiberi non potest. Infrà 1355. τί δῆτ' ἂν ἡμεῖς δρῷμεν; Structurae legibus non repugnaret, si δρῶμ' accipi posset pro δρῶμαι in subiunctivo: sed mediam huius verbi formam nescio: praeterea non placet scabrum τοὐνθένδε γε. Genuinam procul dubio lectionem restituimus:

παπαῖ· τί δῆτα δρῷμ' ἂν ἐκ τούτων ἐγώ; B.

Rariora quidem sectatur Sophocles; quanquam non ita infrequens etiam apud alios particulae potentialis omissio: vide scriptores de particulis, Bosium, v. ἄν et inprimis G. Hermannum ad Viger. p. 783 sq.; cf. quoque Oed. Col. 921: verum hic tamen, inutili γε offensus, Brunckii correctionem maiore ex parte adoptandam duxi; nam τοὐνθένδε sollicitari non debebat, sed reponi, eodem sensu, neque ineleganter, ὡς τοὐνθένδε.

865. ποῖ ποτ' ἐξέβης λόγῳ. Mallem legere λόγων. B.

Sane λόγων verum est et elegantius; quod recipiendum duxi.

867. B., lectore non admonito, dedit δέ του σύ; quod languidius vulgato.

869. οὐ δή σε δυςχέρεια. Sic libri omnes. Nescio qua in editione Toupius legerit οὐδ' ἡ σε δυςχέρεια, quod sane emendationis indigeret. Verum nostra lectio solicitari non debet. Vide Cur. Nov. in Suidam p. 105. B. Sane non inusitata est omissio articuli.

873. ἔξω τοῦ Φυτεύσαντος. vid. ad Oed. Col. 1198.

876. Minus bene sic distinguitur in vulgatis:

Οὔκουν ἐν οἷς γε ὁρᾷς· (subaudito αἰσχρὸς Φανεῖ) ἐν
οἷς δ' αὐδᾷς, ὀκνῶ.

ἐν, propter.

884. πέμπω, *deduco, transveho.* Frequentatum Homero verbum hac significatione, ut Il. A. 390.

τὴν μὲν γὰρ σὺν νηῒ θοῇ ἑλίκωπες Ἀχαιοὶ
ἐς Χρύσην πέμπουσιν.

et Odyss. Δ. 559.

οὐ γὰρ οἱ πάρα νῆες ἐπήρετμοι, καὶ ἑταῖροι,
οἵ κεν μιν πέμποιεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.

Hinc πομπὸς *deductor* supra 493. Ceterum hic codd. omnes mei habent πέμπω. Sola Aldina πέμπων, librarii vel typothetae errore. B. Modo legimus verba τοῦτ' ἀνιῶμαι πάλαι, sed perturbationi iuvenis imputanda est haec repetitio, itaque, tanquam ἠθικὴ, laudanda est.

885. καὶ τὸν Ατρειδῶν στέλον. Mendam Aldinae editionis, cuius immunes sunt codices, miror nec a Turnebo nec a Stephano sublatam fuisse καὶ τῶν, quum tamen ex metri lege vitium manifestum esset. B.

886. τί εἶπας. In B. τί γ' εἶπας. Inserta particula ex librarii libidine. Offendebat eum hiatus, ut et Valckenarium, qui hic legi malebat τί μ' εἶπας. Sed nimis delicati fuerunt. Vide supra ad v. 713. Euripides sub persona Menelai apud Comicum in Thesmoph. 902.

γύναι, τί εἶπας; στρέψον ἀνταυγεῖς κόρας.

et secundo post versu:

τουτὶ τί ἐστιν; ἀφασία τις τοί μ' ἔχει.

In Concion. 436. καὶ τί εἶπε; B.

896. ὦ πῦρ σὺ, καὶ τᾶν δεῖμα. Sic libri omnes. Miror sane Valckenario suspectas fuisse tres postremas voces, qua-

rum loco comicum παίπάλημα reponi volebat in nota ad Eurip. Hippol. 406. Longe ineptissimum est Grammaticorum commentum, isto convicio ὦ πῦρ σὺ adludi ad Neoptolemi nomen, qui etiam Πύῤῥος appellatus fuit. Tamquam oraculum ex tripode excepit hoc Brumoeus, qui ad graeculi mentem vertit haud ineleganter, *O rage digne de ton nom!* quorum eius verborum sensum non adsecutus est Gallici Philoctetae auctor, qui versionem istam aspere reprehendit, cuius ipse rationem non perspexit. Quia ignis rerum omnium est celerrimus destructor, appellatio tribuitur ei, qui damnum quantum maximum intulit: nihil ultra quaerendum est. πᾶν δεῖμα, *terror merus*, dicitur is, a quo extrema omnia metuenda. τέχνημα ineptum esset intelligere de instrumento cum relatione ad Ulyssem artificem, tamquam si iam nosset Philocteta confictum ab Ulysse dolum, et subornatum ab eo Neoptolemum. Sollemne est schema, qua res ponitur pro persona, ut in Oedipo T. παιδουργία pro παιδουργὸς, in Aiace ἄλημα pro ἀλήτης, aliaque huius generis multa. B.

De hoc usu τοῦ πῦρ dixi ad Antig. 610.

902. μή μου 'φέλῃς. Triclinius imperitissime μή μ' ἀφέλῃς, versu ruente. B. Elisione h. l. usus est B., puto, ne dactylum admittere videretur iambici senarii sede quinta; supra 762 dedit μὴ ἀτελής: at constantes esse decet, et sane tutius est, ubique in hoc genere apostrophum usurpare.

903. προσΦωνεῖ. Aldus mendose προσΦωνεῖν. B.

904. πάλιν, εἰς τοὐπίσω. πάλιν ὁρᾷν *avertere vultum*. Possit etiam simpliciter hic ὁρᾷ accipi ut supra 836 (?) βλέπει, iungendo πάλιν cum μεθήσων. ἀλλ' ὧδ' ὁρᾷ, ὡς μήποτε μεθήσων πάλιν. B. προβλῆτες, promontoria. vid. ad 1417.

906. καταῤῥῶγες. gl. διεσχισμέναι, κοιλώδεις. B.

907. recte post λέγω leviter distinxit Erfurdt, male puncto, quod vocatur, B.

908. τοῖς εἰωθόσιν. gl. κλύειν ἐμοῦ δηλονότι. B.

911. v. μου, quod pessime concurrit cum verbis τοῦ Διὸς τοῦ Ἡρακλέους. Margo Turn. προσθεὶς, frustra: προθεὶς dictum pro simplici, ut p. composita cum hac praepositione verba, praesertim apud Nostrum. cf. Aiac. 731.

912. Τοῦ Ζηνὸς Ἡρακλέους, inquit M., interpretantur Herculis Iove geniti: recte an secus, nondum mihi constat: fieri enim potest, ut Hercules ipse Iupiter dictus fuerit, quemadmodum Ζεὺς Ἀγαμέμνων Lycophroni commemoratus v. 335. ubi vid. Tzetz. Sic et Latini Iupiter Quirinus. Pindarus Pyth. 4. antistr. 3. Νείλοιο Κρονίδα. Idem Pyth. 9. antistr. 3. Σήσονταί τέ νιν ἀθάνατον Ζῆνα καὶ ἁγνὸν Ἀπόλλωνα de Aristaeo. Philippus Anthol. p. 26. Φιλεῖ Ζῆνα τὸν Αἰνιάδην. Meleager Anthol. ined. p. 75. [Analect. Brunck. tom. 1. p. 28.] τᾶς Πειθοῦς καὶ Κύπριδος Ἡλιοδώρας. Λαμίας Ἀφροδίτης apud Athenaeum p. 253. A. Casaub. Aristides tom. 1. p. 37. Διὸς Ἀσκληπιοῦ.

Sic ille; perquam probabiliter, nisi dubiam facit rem articulus. B. vertit: divi Herculis.

913. Φήνασθαι. gl. δεικνύναι. B.

914. ὡς ἀνδρ' ἑλὼν ἰσχυρὸν, ἐκ βίας μ' ἄγει. Sic emendate scriptum in B. In ceteris libris pronomen με alienam in sedem translatum fuit. B.

915. ἐναίρων νεκρόν. Proverbialis locutio. Vide Antig. 1010. Diogenes Laertius in Menedemo II. 135. Βίωνές τε ἐτιμελῶς κατατρέχοντος τῶν μάντεων, νεκροὺς αὐτὸν ἐπισφάττειν ἔλεγε. B.

918. v. τί χρὴ ποιεῖν, haud dubie ex int. Sequimur Turn. Steph. Cant.

919. ἐν σαυτοῦ γενοῦ. Sic membr. eleganter. Vulgo ἐν σαυτῷ. Comicus Vesp. 642.

ὥςθ' οὗτος ἤδη σκορδινᾶται, κἄστιν σὺκ ἐν αὑτοῦ.

ubi ante nos male legebatur ἐν αὑτῷ. B.

921. σχῆμα πέτρας. Periphrasis similis illis, quas ad Trach. 887. observavimus. Tria adverbia αὖθις αὖ πάλιν eleganter iunguntur ἐκ παραλλήλου. Comicus in Nub. 975. εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνισταμένους ξυμψῆσαι. Frequentissimum est αὖθις αὖ, ut εἶτ' αὖ. B. De periphrasibus huiusmodi vid. ad Oed. Col. 770.

923. αὐανοῦμαι. Optimam lectionem a Scholiasta memoratam exhibet Triclinii recensio, quo magis miror a Turnebo spretam fuisse. In aliis libris legitur ἀλλ' αὖ ξανοῦμαι, quod

ex nostra lectione depravatum prae ea sordet. In El. 794. αὐανῶ βίον. In Comici Ran. 1084. ὥςτ' ἐπαφαυάνθην γελῶν, *risu enectus sum*. B. Simmias Anthol. p. 433 : ὁ φθόνος αὐαίνοιτο. M. Formae ἀφαύω, ἀφαυαίνω, ἐπαφαυαίνω, καθαυαίνω similesque ostendunt, scribendum esse αὐαίνω cum sibilo, qui olim etiam mediis appingebatur verbis, transpositusque forte, nisi fallor, ansam praebuit lectioni αὖ θανεῖμαι.

923. ῥύσιον. Hesych. adposite ad hunc locum, τίμημα. B.

937. σαυτοῦ. int. περί. M.

940. τὸ ἑξῆς· πρὸς κακῶν ἀνδρῶν μαθὼν τὰ αἰσχρὰ ἔοικας ᾔκειν. B.

941. ἄλλοισι, i. e. ἐμοί vid. ad Antig. 678. Δοὺς, cedens, ut bene observat M. Sic ἡδονῇ δοὺς Eurip. Phoeniss. 21, εὐφροσύνῃ δίδους καὶ παίζων Philostratus p. 769. edit. Morell., γέλωτι δοὺς idem p. 863. quem vide etiam Vit. Apollon. Tyan. 1, 6 et 13; 5, 1. Suggessit haec loca M. ad Phoenissarum l. l. B. obscure: nunc vero, quibus par est, aliis impetti, mihique mea redde arma, tum hinc abi. Male Wakefield· ἄλλοις σε δούς.

944. Coniungenda sunt εἶ et πάλιν, secus ac v. fit: nam arcum nondum habuerat Ulysses.

945. ἆρ' Ὀδυσσέως κλύω; Mirum non est Philoctetam audita Ulyssis voce ipsum statim adgnoscere, quippe quem a Mercatore audiverat mox adfuturum. At in Gallica fabula, in qua importune nugaci illi Mercatori partes ademtae fuerunt, nec quidquam audivit miserabilis Heros, quo suspicari possit Ulyssem adventurum, quum primum subitus hic in scenam irruit, statim eum ille de forma novit, quod prodigii loco habendum. Vulgo in hoc versu legitur τίς ἀνήρ; mendose. B.

947. πέπραμαι. Sic libri omnes. Falsa est coniectura Abreschii in Animadv. ad Aeschylum p. 189. πέπραγμαι. Confer versum huius fabulae 569. et Antig. 1017. B.

952. στελοῦσι. gl. πέμψουσι. B.

953. τολμίστατε. Sic emendate scriptum in B. T. In membr. ut Aldus edidit, τολμήστατε, cum glossa τολμηέστατε, quod

Heathii quidem opinioni favet. Verum fallitur uterque. Orta varietas ex similitudine soni vocalium ι et η in vitiosa recentiorum Graecorum pronuntiatione. Ut formantur Attica superlativa ψευδίστατος, κλεπτίστατος, ἄλγιστος, ἔχθιστος, οἴκτιστος, a ψευδὴς, κλέπτης, ἄλγος, ἔχθος, οἶκτος, sic a τόλμη, τόλμιστος, τολμίστατος. Attica sunt formae anomalae, quae non ad grammaticos canones de regularibus superlativis exigenda. Nulla obstat analogia, quin credam Graecis adhibitum fuisse, lexicographis incognitum, nomen τόλμος, *audax*, unde formatum esset τολμίστατος, ut λάλος, λαλίστατος. Alicunde forte exprometur: verum in Aeschyli Persis 994. proprium est, non appellativum. B.

955. σέλας Ἡφαιστότευκτον. vid. supra ad 779.

957. ἐκ τῶν σῶν. gl. τόπων. B. At sic nusquam usurpari memini οἱ ἐμοὶ, οἱ σοὶ, vel τἀμὰ, τὰ σὰ, nec duobus, quos inclamavit miser, σῶν singulare convenit. ἐκτὸς proprie ad χθὼν refertur, improprie ad σέλας, figura πρὸς τὸ σημαινόμενον.

961. τιθεῖς. Sic emendate scriptum in B. Perperam in aliis, ut in impressis, τιθείς. Antiquo verbo τιθέω utuntur poëtae, cuius eadem est ratio, quae verbi ἵέω, de quo vide notata ad Oed. T. 615. Exstat apud Theognidem v. 280. πιστὰ τιθεῖν ἐθέλων. Apud Pindarum Pyth. VIII. 14. τιθεῖς ὕβριν ἐν ἄντλῳ. Apud Euripidem multis in locis, ut Heracl. 691. Herc. F. 712. Alcest. 908. Vide quae notavimus ad Comici Lysistr. 895. Perperam in Aldina vox θεοὺς, ubi repeti debebat, omissa. B.

962. Legitur sine venere et sale: Οὐκ ἀλλ' ἀληθεῖς. ἡ δ' ὁδὸς πορευτέα. Alio, ac voluerat Philoctetes, sensus dictorum eius ab Ulysse detorquetur, quasi Iovis et deorum iussa irrita fore significasset miser, quod acerba irrisione negat Ulysses.

968. ἦν χρῇ. Subiunctivus est χρῇ. Perperam vulgo excusum χρὴ. B.

970. τί δ' ἐργασείεις. Aldus et veteres codd. Ulyssi haec verba tribuunt. Triclinius perperam Neoptolemo. κρᾶτ' ἐμὸν τόδ'. Accusativus κρᾶτα neutrius generis est hic et alibi, ut

Antig. 755. quod Eustathius observat ad Il. Θ. p. 700. l. 62. παρὰ δὲ Σοφοκλεῖ καὶ τὸ κρᾶτα εὕρηται καινότερον. B.

972. v. ἔστω, minus eleganter, nec tam imperiosus adhuc est Ulysses, sed ad ingenium suum mite iam rediit.

976. Vulgatae οἷος, quod ex οἴως natum puto. Ald. οἷά μ', i. e. οἷα μ', intell. ὁδῷ.

979. ᾗδη. Perperam vulgo ᾗδει. B.

981. οἷς. Id est δι' ἃ. Dativus caussae. Vide ad Antig. 1000. B.

982. διὰ μυχῶν. Frequentatur imago haec in anima. M. confert Platonem p. 695, B. Philo vol. 2. p. 78., ut idem monet: τὸν ἀεὶ βλέποντα καὶ τὰ ἐν μυχοῖς τῆς διανοίας. Aeschylus Suppl. 386: βυθὸν βαθείας φροντίδος.

985. κοὐ θέλονθ'. In B. κοὐκ ἐθέλονθ' — B.

992. πρὸς σοῦ τε. Perperam Triclinius πρὸς σοῦ γε, et altero versu ἁπλῶν, pro veteri lectione ἰσσῶν. B.

996. ἑπτὰ ναυσί. Ex Homero in catalogo navium:

τῶνδε Φιλοκτήτης ἦρχεν, τόξων εὖ εἰδὼς,
ἑπτὰ νεῶν. B.

997. ἄτιμον ἔβαλον. Sic veteres codd. recte. Gl. ἐξέβαλον, unde orta Triclinii prava lectio, ἔκβαλον. B.

V. κεῖνοι δὲ σέ. Vertit B.: ipsi vero te facti auctorem praedicant, durissime repetito φασὶν ex formula ὡς σὺ φῂς, et sententia inepta: nam Ulyssem quidem Philoctetis destitutioni ducum praetendere auctoritatem, prudens consilium fuit, ne ipse solus minusque potens crimine hoc post obrueretur; sed Atridas rursum Ulyssi rem imputasse, qui credamus? Nempe hoc ut facerent, nec metus alicuius permovere illos poterat, principum Graecorum potentissimos, nec vero, etiamsi ineptiores fuisse censeas, culpa effugienda ulla erat, siquidem omni exercitui molestus Philoctetes unanimi omnium consensu expositus fuerat; ne dicam, indignum fuisse ducibus, aliquem decretorum suorum praedicare auctorem, et amicum fidelissimum criminationibus adversariorum obiicere. Quae cum ita sint, de corruptione verborum κεῖνοι δὲ σὲ dubitari vix videtur posse, nec quid melius conveniat scio quam id, quod dedi, κείνοις δὲ σὺ, i. e. σὺν κείνοις δὲ σὺ ἔβαλες.

998. τί μ' ἀπάγεσθε. Sic libri omnes, etiam Triclinii recensio. Turnebus mendose edidit τί ἀπάγεσθε. Peiori menda Stephanus τί ἀπάγετε. Sequentium editorum nullus adeo cordatus fuit, ut ex Aldina veram lectionem reponeret. B. Non malum est, quod Musgravio in mentem venit, τί δέ μ' ἀπάγετε;

1001. πῶς θεοῖς ἕξεσθ' αἴθειν ἱερά; Libri omnes, πῶς θεοῖς εὔξεσθ' αἴθειν ἱερά; quod vertunt: *Quomodo diis vovebitis sacra crematuros?* Atqui Philoctetae eiulatus non impediebant quin voverent, sed quin peragerent sacra. Mendosum esse εὔξεσθ' nemo non vidit: mutari debuit in ἕξεσθ', id est δυνήσεσθε. Huhc locum inauspicato adtigit Piersonus Verisimil. p. 163. ubi legendum coniecit ἔξεστ', id est ἔξεστι, *licet*. Tum pro πλεύσαντος legendum opinatus est κλαύσαντος: debebat saltem κλαίοντος. Sed optimum est πλεύσαντος. *Si vobiscum navigavero, quî poteritis victimas adolere?* Scholiastes rationem reddit, cur haec dicat Philocteta, nullo ad singula verba respectu; nec ex eius explicatione colligi potest, diversam eum a nostra lectionem ob oculos habuisse. Si quid mutandum fuisset, maluissem ἐμοῦ ξυνέντος. B.

Sane verba ἐμοῦ πλεύσαντος emendatione indigere mihi videntur: nam εὔχεσθαι quidem usurpatur interdum ut αὐχεῖν, potestate sperandi vel existimandi cum confidentia, cogitandi de re aliqua tanquam perficienda. Euripides Heraclid. 499. ut recte monet V.:

Ἐν τῷδε κεὐξόμεσθα σωθῆναι λόγῳ;

An igitur hac conditione nos salvos fore sperabimus? εὐξόμεσθα enim et ibi aptius quam vulgatum εὐχόμεσθα. Verba ἐμοῦ πλεύσαντος absurda sunt: nam navigare poterat absque Neoptolemo et Ulysse Philoctetes, itaque hos Graecos nihil turbasset. Ἐμοῦ adscriptum genuinam vocem expulit, quo facto πλεύσαντες mutatum est, ut pronomini congrueret. Ὁμοῦ absque casu adhiberi solet. vid. Antig. 1156.

1004. κακῶς ὄλοισθ'. ὀλεῖσθε δ' — Sic omnino legendum. Perierat vis omnis sententiae prava librorum lectione, κακῶς ὄλοισθ'· ὀλοισθε δ' — B.

1006. ἐπεὶ οὔποτ' ἂν στόλον. Sic veteres codd. et Aldus recte. Triclinius pessime ἐπεὶ οὔτ' ἂν — Metrum laborare credidit, eique consulens id plane perdidit. ἐπεὶ οὐ apud poëtas Atticos semper disyllabum est: nisi per crasin voces coalescerent, ingrato hiatu aures laederent. B.

1007. Iungenda sunt ἀνδρὸς ἀθλίου ἐμοῦ. B. Duriusculum hoc videbatur, ob nimiam pronominis distantiam, Wakefieldio, qui iungebat κέντρον ἐμοῦ, stimulum propter me; quod aeque contortum. ἐμοὶ, πρὸς ἐμέ.

1012, 3. Secundum hoc Homericum Iliad. ζ', 284:

Εἰ κεῖνόν γε ἴδοιμι κατελθόντ' ἄϊδος εἴσω,
Φαίην κε φρεσὶ ἀτέρπου ὀϊζύος ἐκλελαθέσθαι.

Annotavit Camerarius.

1017. εἴ μοι παρείκοι. Scholiastes supplet ὁ καιρὸς, *opportunitas*. Possit etiam ex praecedente τοῦδ' adsumi αὐτός. *Si mihi is concederet, si mihi operam dare vellet.* Male Triclinius scripsit παρήκοι. B.

νῦν δ' ἑνὸς κρατῶ λόγου. De copia loquendi externa temporis et loci hoc dicitur. Contrarium significaret δεσπόζω, internam, ut ita dicam, ingenii facultatem.

1021. χρήζων. Alii, teste Scholiasta, κρείσσων, quae lectio non est pro Ulyssis modestia, certe affectata.

1024. male vulgatae οὐδέ. Correxit Wakef.

1025. v. ἐπεὶ πάρεστι μὲν etc.

1029. χαῖρε τὴν Λῆμνον πατῶν. Nihil, meo iudicio, hic desideratur. Marklandus ad Eurip. Suppl. 110, legendum censebat χαῖρ', ὁ τὴν Λῆμνον πατῶν. B.

1040. v. ΛειΦθήσομ' ἡδή. Correxit Wakef.

1044. τοῦδ'. Ulyssis.

1045. ἐκ νεώς. Pro ἐν νηΐ. Sic ἐξ ἰδίης (νηὸς) ἔδραμεν Hetruscus Anthol. p. 248. Antipater ibid. p. 215. οὐδὲ τὸν ἐκ νηῶν, pro ἐν ναυσίν. Thucyd. 6, 37: στρατοπέδῳ ἐκ νεῶν ἱδρυθέντι. Idem 6, 68: ἐξ ἧς pro ἐν ᾗ. Lucianus Piscator. cap. 4. ἐξ ἀγορᾶς ἀποκηρύττων σοφοὺς ἄνδρας. M. vid. etiam ad Elect. 700.

1054. συνοίσει. gl. ὠφέλιμον ἔσῃ. B.

1058. τί ποτ' ἄν μοι ἔσται. Sic emendate scriptum in B. In reliquis τί ποτ' αὖ μοι. Frequentissima est harum vocularum permutatio. B.

1060. Signo interrogationis prave distingui solet post μέλεος, quasi alio quo pertinerent verba πόθεν ἐλπίδος; Quin haec ita ordinanda sunt: Τοῦ ἐλπίδος σιτονόμου τεύξομαί ποτε πόθεν, μέλεος; quae structura et elegans est et usitatior, quam cuius alia exempla proferre opus sit. Vexaverit tamen imperitos librarios τὸ ἀσύνδετον verborum ποτὲ et πόθεν, nec non audacior, ne dicam obscura, visa istis fuerit ἐλπὶς σιτόνομος. Sensit hoc etiam, ut nunc video, G. Hermann apud Erfurdtium.

Ἐλπίδος τυγχάνειν non magis offendere lectores debet quam Φέρβου τυγχάνειν Eurip. Androm. 1057.

1061. Non admodum venustus est hic dochmius, sed ferendus tamen, cum praesertim accentu adiuvetur verbi αἰθέρος media, quo auxilio destitutum ἄλλοθεν 1066., qui haud dubie dochmaïcus est, nihilominus recte retinetur.

1062. πλωάδες, Aldus et codd. πτωκάδες. Aliae praeter hanc lectiones Scholiastae memorantur, πτωχάδες, πρωτάδες, ἑρμάδες, quae sunt omnes falsae. De postrema, quam metrum respuit, res confecta est. Harpyias intelligi apud omnes constat. Hae cur poëtae πτωκάδες, seu πτωχάδες dictae fuerint, nullam rationem video. Num quia πτώσσουσι, *fugiunt et abscondunt se?* vel quia semper esuriunt, ut πτωχοὶ, *mendici?* sunt istae derivationes longe ineptissimae. Librariorum imperitia depravata fuit lectio. Ex eodem corruptelae fonte manavit in Homeri Epigr. IX. vitiosum πτωχάσιν, seu πτωκάσιν, ubi Ernestus erudite ostendit legendum esse πλωάσιν. Apollonio πλωάδες appellantur aves Stymphalides, Argon. II. 1054. Idem Harpyiis inditum nomen, quia et ipsae in insula habitabant, et, tamquam marinae volucres, volatu maria traiiciebant. Sagaciter coniicit Berolinensis editor, pro πρωτάδες in veterum criticorum commentariis scriptum olim fuisse πλωτάδες, quo nomine Harpyias indigetari, ab insularum appellatione, in quibus sedes habebant, quae primum Πλωταὶ dictae, nomen mutarunt, et a Boreadarum conversione Στροφάδες

appellatae fuerunt. Vide Apollonii Argon. II. 295. Ingeniosa et erudita coniectura haec est, sed fideiussore caret; vellem antiqui poetae, vel saltem grammatici auctoritate suffultam eam videre. Idcirco πλωάδες praetuli. Hesychius: Πλοάδες. (Leg. Πλωάδες.) τῶν ἐπερχομένων τινὲς οὕτω καλοῦνται. Mirarer, ni huc respexisset. B.

Bene monet Ioh. Henr. Voss, *Mytholog. Briefe* vol. I. pag. 212, Harpyiarum cum Stymphalidibus commutatione non magis se offensum iri quam quod easdem Gorgonas dixit Aeschylus Eum. 48. (quanquam de hoc loco controversia est), Furias Virgilius Aen. 3, 250, alii Parcas. vidd. Servius ad Virgil. Aen. 3, 233, et inscriptio Regillae, Herodis coniugis. Ipsi tamen magis arridere πτωάδες a πτώσιν, irruere, delabi, cuius vocis interpretamenta sint, quae in Scholiis veteribus habentur, verba ὀρομάδες et καταιγίδες. Sed ut fatendum est, non ita placere Brunckii coniecturam, ut eam recipere, libris praesertim non addicentibus, sustineas, ita tamen haud scio an descriptio Harpyiarum tanquam delabentium vel irruentium laxior sit atque incertior, quam quae Sophocli, subtili rerum enarratori, satisfecisse videatur. Acquievi igitur in Gedikii, magistri olim de me fortunisque meis meritissimi, commento Πλωτάδες, quae vox secundum analogiae regulas formata, cum ad ductus vulgatarum lectionum proxime accedat, aptissimumque fundat sensum, ut magis quidem confirmaretur poëtarum, qui quidem hodie superstites sunt, vel grammaticorum, testimoniis, ita tamen propterea, quod iis forte caret, non est contemnenda.

Legitur quoque v. πνεύματος, male concurrentibus genitivis.

1063. οὐ γὰρ ἔτ' ἴσχω. Sic bene Heathius. Vulgo reclamante metro ἰσχύω. B. Metri causa γε dedi pro eius interpretamento. ἴσχω usurpatum pro ἀνίσχω, simplex pro composito.

1068. v. Τοῦ λῴονος δαίμονος, correpta prima syllaba τοῦ λῴονος, et, quod maius est, male deproperato verbo gravi, sublatoque per accentum metricum articulo, voce futili, quae ab insulso explicatore haud dubie profecta est. nam alias quidem corripi posset illud λῳ —, sicut ζω — in ζωῇς Eurip.

Hecub. 1108, δῃ — in δηώσας eiusdem Heraclid. 998, quae exempla profert M.; sed elegantiae vincit ratio et metri. Contra optime rem gessit Anglus eruditus, pro vulgato ἑλεῖν, quo versus evertitur, reponendo ἕλκειν, quomodo ἕλκειν συμφορὰς dicitur Eurip. Helen. 1467, ἐφέλκων συμφορὰς Med. 557, περιπλάνιον βίον ἕλκων Leonid. Antholog. Reisk. 764, μόρον εἱλκυσάμην Antipat. Anthol. p. 257.

1070. Itidem bene M. legendum vidit κἀν μόχθῳ pro vulgato ταυτολόγῳ καὶ μόχθῳ.

1076. ἀπ' ἐμῶν ὅπλων. Cur haec lectio Heathinm offenderit, non video. Sane eius coniecturae ἐπ' ἐμῶν ὅπλων structurae leges repugnant. Graecum non est ἐπίσχων ἐμῶν ὅπλων μετὰ χερσὶν pro *manus iniiciens meis armis*. In Oedipo Col. 832. ἐπίσχες αὐτοῦ ξεῖνε male vertit, *in eum manus iniice, hospes*. Quin id significat *subsiste hîc, hospes*. Quo tendebat, procliviori via pervenisset legendo, οὐ πτανῶν ἐπ' ἐμῶν ὅπλων κραταιὰς ἔτι χεῖρας ἴσχων. Sed proba est librorum lectio, et neutiquam solicitanda: οὐκ ἴσχων Φορβὰν ἀπ' ἐμῶν πτανῶν ὅπλων κραταιαῖς μετὰ χερσὶν, scilicet ὄντων. B.

Recte ἴσχων ad φορβὰν retulit B.; sed hoc ut fieri posset, distinguendum erat post οὐ versu 1081, ut appareret, transpositum esse verbum, locique sic instituendam constructionem: Οὐκ, οὐκ, ἔτι προσφέρων φορβὰν ἴσχων μετὰ χερσὶ κραταιαῖς ἀπ' ἐμῶν ὅπλων πτανῶν. Repetita negatione exprimitur affectus. Sic Demipho Terentianus Phorm. 269: non, non sic futurum est! non potest!

1078. ἄψοφα. sic in nonnullis exemplaribus lectum fuisse olim, testatur vetus Scholiastes, quem respicit, nisi fallor, Henr. Stephanus, dum eam commemorat lectionem. Quae quidem sane elegantior vulgata ἄδκοπα, itaque comparata est, ut facile intelligatur, hoc illi, non illud huic, pro interpretamento adscriptum esse. Habet etiam margo Turn.

1079. ἔπη non est vertendum verba, sed res, consilia, quomodo et usurpantur passim λόγος, μῦθος, φάτις. vid. ad Oedip. Col. 282.

1083. v. — τάδε, οὐδὲ σέ γε δόλος ἔσχ' ὑπὸ χ. ἑ.· στυγ. ἔχε δύσποτμον ἀρὰν, ἀρὰν ἐπ' ἄλλοις, corrupto metro. Τῷ δὴ fraudi fuit, sicut saepius, δὲ antecedens.

1087. Legitur v. ἀπώσῃ, quod peccatum, ut innumera eiusmodi alia, iotacismo imputandum est, quo librarii fere utebantur. Vertit B.: Hoc etenim curae mihi est, ne benevolentiam abiicias meam. Si me audis, Philoctetem adhortatur chorus, ne benevolentiam spernat suam, quod et ipse committere non soleat: καὶ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο μέλει, (τὸ) μὴ ἀπῶσαι φιλότητα. Nihil clarius.

1090. γελᾷ μου, pro καταγελᾷ μου. Simplex pro composito. Alibi occurrit γελᾶν τινι, pro ἐγγελᾶν. Exempla vide in nota ad Comici Equites 696. Pro χερὶ Aldus et veteres codd. habent χειρὶ minus bene. B. At non minus bonum, sed prorsus intolerabile est χειρὶ propter metrum.

1095. ἐλεινόν. Perperam vulgo ἐλεεινὸν reclamante metro. B. ἐλεινὸν valet ἐλεινῶς.

1096. τὸν Ηράκλειον ἄθλιον. Sic in membr. scriptum, superposita varia lectione: γρ. ἄθλον, quam adgnoscunt B. et Aldus. In Triclinii recensione ἀεθλον. Sunt istae lectiones ineptissimae. Futiles disputationes referre piget, quibus occasionem dederunt: nobis satis est veram lectionem restituisse, τὸν ἄθλιον Ηράκλειον, supple διάδοχον, ἑταῖρον, vel simile quid: *miserum Herculis socium.* Hoc coniectura adsecutus est Parisinus editor. B.

Inusitata est ellipsis, quam statuit B., etsi non nescimus, Terentio summum dici summum amicum, similiaque nonnulla aliis. Neque tamen recte Herculis amicus vel comes vocaretur Philoctetes, de quo, ut bene observat M., nihil aliud memorant mythologi, nisi, heroïs rogum funebrem, reliquis detrectantibus, ab ipso accensum fuisse. Accedit codicum ratio scriptorum, qui in vulgata lectione, si a Brunckii quidem membrana recesseris, consentiunt, accedit metri, quod ista iambici regione aegre fertur anapaestus: quanquam hoc levioris est momenti, quia corripere licet, ex regula, τοῦ ἄθλιον primam syllabam. His mihi de causis cum minus probatum esset Galli commentum, quod tanto hiatu profert, inquirere coepi de vulgato ἀεθλον vel ἄθλον, annon retineri id, salvo sensu, posset. Fluctuat etiam M., licet colorem verbo conciliare ipsi videatur Horatianum illud: accedes opera agro nona Sabino, nec valde aliena putet, οἰκουρίαν pro οἰ-

κουρῶν Pindar. Pyth. 9. epod. 1., Μήδειαν, τὸν Πελίαο Φίνον Pyth. 4. epod. 11., ὁμωνυμίη pro ὁμώνυμος Anthol. Reisk. p. 8., παιδουργία Oedip. Tyr. 1232, ad quem locum vide annotata. Accipiebat is igitur ἄθλον Ἡράκλειον pro ἀθλητῆρα Ἡράκλειον, quod quidem utcunque probandum esset, ut bellator intelligeretur Herculeis armis utens, nisi facilior, nec minus elegans, explicandi ratio sese alia ostenderet. Nempe τῷ χρησόμενον adstructum verbis τὸν Ἡράκλειον ἄθλον valet χρησόμενον εἰς ἄθλον Ἡράκλειον vel ἄθλῳ Ἡρακλείῳ, quem usum accusativi illustravimus ad Aiac. 42. Recte autem Ἡράκλειον ἄθλον audit arcus, armorum genus, quo praecipue Hercules fertur usus, et a quo fere abstinuerunt sequiores, qui sibi magis fiderent, bellatores.

1097. χρησόμενον valet χρήσεσθαι, ut in Apollonidis versu κρυπτόμενον ponitur pro κρύπτεσθαι, Anthol. p. 111.:

Ἀγγελίης ἤκουσεν ἀνωΐστου Μελέτινα
Τίλα σὺν φόρτῳ κύματι κρυπτόμενον.

Sic et Pindarus Pyth. 7. epod. 1. τόδ' ἀχνυμαι, Φθόνον ἀμαβόμενον τὰ καλὰ ἔργα. — M. cf. 1276, 1352.

1098. ἐν μεταλλαγῇ. Sic B. T. In membr. μεταλλαγῇ. B.

1102. μυρι' ἀπ' αἰσχρῶν ἀνατέλλονθ' — Id est, μυρία αἰσχρὰ ἀνατέλλοντα ἀπ' αἰσχρῶν. Irrepserat me imprudente ἐπ' pro ἀπ', quod quidem sincerum esse opinatur eruditus Britannus apud Heathium; sed fallitur. ἀνατέλλοντα transitivum est. gl. ἀναπέμποντα. B.

Si hoc voluisset Sophocles, haud dubie scripsisset κακὰ ἀπὸ κακῶν, vel αἰσχρὰ ἀπ' αἰσχρῶν: nam in hoc genere sententiarum quam simillima sunt verba, tam maxime placent. Ut nunc est, ἀπ' αἰσχρῶν valeret ἀπ' αἰσχροῦ, ex turpitudine vel mala mente; sed neutrum versui satis convenit, nec placet saepius inculcatum αἰσχρός. Syllaba — ῶν nata, ni fallor, ex sequente. ἔταγρα, ἑτάγρως. Legitur quoque v. ὅσα pro ὅς, turbata loci constructione.

1103. Vox Ὀδυσσεὺς congruit cum relativo ὅς, figura utrique linguae usitata. Terentius:

Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.

Virgilius: Urbem quam statuo, vestra est. cf. 1117, 1290.

1104. Trium horum versuum sententiam sic exponit H. Stephanus: *Quod quis bene et rite fecerit, aequum est id dicere tale*

esse: quum autem quispiam id dixerit, minime invide calumniari oportet, quod alioqui rite factum esse negare non possumus. Proinde verborum ordinem sic instituit: δίκαιόν τοι ἐστιν εἰπεῖν μὲν τὸ ἀνδρός τινος εὖ· εἰπόντος δὲ ἄλλου, δίκαιόν ἐστι μὴ ἐξῶσαι ϕθονερὰν γλώσσας ὀδύναν. Neutiquam hoc mihi placet. Scholiastae explicationem praefero, quam in versione secutus sum, nisi quod εὖ cum eo non accipio pro ἐν καιρῷ, quod maxime reprehendit, et merito quidem, Stephanus; sed pro *plane, aperte.* Quod autem ad vocum traiectionem adtinet, in melicis apud nostrum similes aliae occurrunt, quo vitio, si modo vitium est, haud magis immunis est Stephani expositio, quam Scholiastae, iuxta quam verba sic ordinanda sunt: ἀνδρός τοι ἔστιν εἰπεῖν μὲν εὖ τὸ δίκαιον· εἰπόντος δὲ ἄλλου, ἀνδρός ἐστι μὴ ϕθονερὰν ἐξῶσαι γλώσσας ὀδύναν. Iam vide, utra in expositione voces magis traiiciantur. τὸ δίκαιον bene Scholiastes interpretatur τὸ ἀληθές, qua potestate nomen illud frequentissime adhibetur. Heathius Stephani iudicium secutus vertit: *Quae in homine* (id est in Ulysse) *bona sunt aequum est eloqui, et dum eloquar, te non effundere invidiosam linguae petulantiam.* Ista in Graecis reperiet, si quis me sagacior est. Sane non video, qui indefinito ἀνδρὸς Ulysses designetur, quum proxime sequens κεῖνος de Neoptolemo omnino accipiendum sit. Parisinus editor, qui aliorum placitis aegre acquiescit, sibi non temperavit, quin Heathii explicationi aliquid de suo adderet. Hic itaque genitivum ἀνδρὸς non a τὸ εὖ regi vult, sed a suppressa praepositione περὶ, ut sit: δίκαιόν ἐστιν εἰπεῖν μὲν περὶ ἀνδρὸς τὸ εὖ, *dicere de homine quod bonum est.* B.

Nihil infelicius vidi his Brunckii conaminibus, cuius, ne quis forte desideret, adscribemus quoque horum versionem adeo perversam, ut mirari subeat, eam cuivis, nedum ipsi, viro tam sagaci, tam erudito, probare se potuisse. Sic igitur ille haec reddere sibi videbatur: Boni quidem viri est, quae iusta sunt, aperte profari, et quum dixerit alius, non petulanti lingua invidiosum animi dolorem exprimere. Vides, eum ἐμϕατικῶς accepisse cum Scholiasta vocem ἀνδρὸς, ut sane saepius ea valet, etiam apud Latinos, inprimis Terentium; neque id igitur ego reprehenderem, nisi tota sententia ineptior esset, bonum virum aperte profari, quae iusta sint, i. e. si quid iuste vel recte factum

viderit, id statim ita esse palam profiteri: nam cui, quaeso, hoc usui sit? quin boni viri potius est, ipsum recte facere, neque alios, quin itidem faciant, prohibere; dicere et laudare aliorum bene gesta, non tam honesti est, quam diserti. Sed haec, utut sunt, ferri tamen possunt; sequentia plane non possunt: siquidem neque ἐξωθεῖν ὀδύναν significare potest exprimere dolorem, neque omnino invidiosa dicta in eum cadunt, qui invidia immunis est, sicut nimirum est vir bonus. Nempe verba Ἀνδρός τοι τὸ μὲν εὖ δίκαιον εἰπεῖν recte accepta sunt, me iudice, a Stephano et Heathio, nec multum a veritate aberravit Parisinus editor, ad taedium usque sugillatus ille a Brunckio, Vauvillerius; sed reliqua, ob male ad φθονερὰν relatum μὴ, cum id pertineat ad εἰπόντος, ut saepissime transponuntur negationes, nemo interpretum intellexit. Iam recte constructa illa vocula, vide quam apte dicatur: fas esse, recte alicuius facta laudare et invidos retundere. Violenter enim retundere, et quasi, ut cum Comico loquar, δικροῖς ὠθεῖν, i. e. furcillis eiicere, furca expellere, valet ἐξωθεῖν, ut p. simplicium potestatem anget ἐκ praepositio. Ὀδύνην autem hic non interpretor dolorem quem quis sentit, sed quem facit, quanquam ipsa quoque invidia dolor est.

1107. κεῖνος εἷς. Inserta vulgo inutilis particula δὲ, quam metrum respuit. B.

Κεῖνος, Neoptolemus, qui recte dicitur εἷς ἀπὸ πολλῶν, utpote generosa quidem stirpe editus, sed nullis adhuc nobilis rebus gestis. Ceterum seu κεῖνος δ' εἷς legas, seu, cum Brunckio, κεῖνος εἷς, ad metrum perinde est, sed eleganter aberit particula.

1108. τοῖδ' εὐφημοσύνᾳ. Sic Aldus et veteres codd. Pessime Turnebus e Triclinio, a quo tamen parumper discessit, edidit εὐφημοσύνᾳ. At in Triclinii recensione scriptum τοῖδ' εὐφημοσύναν, quod ne quis mala fortuna, aut librarii errore contigisse opinetur, en ipsum graeculi scholion: τοῖδ' (Ὀδυσσέως) εὐφημοσύνην ἤνυσε, κοινὴν εἰς φίλους ἀρωγήν. B.

Τοῖδ'. Ulyssis, ut indicari solent hoc pronomine gravissimae, de quibus sermo est, personae vel res. vid. ad Antig. 393. Vidit hoc etiam Scholiastes.

1109. Vitio, puto, operarum, ὅδ' abest Brunckiana, quod requirit versus.

1111. Φυγᾷ. Ordo est: οὐκ ἔτι πελᾶτέ μοι Φυγᾷ ἀπ' αὐλίων ὑμετέρων. Bene scholiastes interpretatur Φυγᾷ, μετὰ Φόβου. B.

Ridicula vero est hominis istius, quem cave Scholiasten veterem existimes, explicatio vulgatae lectionis: Φυγᾷ μ' οὐκ ἔτ' ἀπ' αὐλίων πελᾶτε. Ἀντὶ τοῦ, inquit, οὐκ ἔτι φεύξεσθέ με, οὐκ ἔτι μετὰ Φυγῆς καὶ Φόβου — προσπελάζετέ μοι. Quis fando audivit, timentes ad eum accedere, quem timent? Imo fugiunt eum quantum potest. Hoc Canterus sensit, itaque ad sententiam non inepte pro πελᾶτε reponebat ἐλᾶτε, ut est Eurip. Hercul. fur. 820. Cui adstipulatur M., quod et nos quoque faceremus, nisi verisimilius videretur, genere vitii satis frequenti, vocalium α et ε alteram alterius sedem occupasse, ut pro πάλλετε vel πάλετε scriberetur πέλατε, mox πελᾶτε; quomodo in Αἰχμαλωτίδων fragmento πατεῖ exaratum est, nisi fallor, pro πετᾷ. Lego igitur Φυγὰν πάλλετε, et illud μ' post Φυγᾷ, quod etiam Musgravium vexabat, natum arbitror ex ν litera male separata. πάλλειν Φυγὰν pro πάλλειν πέδα Φυγάδα digna est Tragico locutio. πήλατ', absilite, volebat etiam Wakefield.

1115. v. ἀλκὰν, sed in molossum exire non debet glyconius purus, qualis hic est et ἀντίστοιχος. Ἀκὸν si cui displiceat, is certe ἀλκὰν praeponet verbo βέλεων, ut glyconius efficiatur polyschematistus.

1118. v. — ὑμῖν.

Ἕρπετε νῦν καλὸν etc.

Sed senarium hunc esse iambicum, sicut strophicum, ubi ἄλλον illic reposueris, facile apparet, quem evertit ὀρθοτονούμενον ὑμῖν, nec multum iuvat anapaestus sede quinta. saepius autem inter se commutata οὖν et νῦν vel νυν.

1119. Post στόμα minor distinctio poni debuit. Iungenda enim sunt ἕρπετε πρὸς χάριν ἐμᾶς σαρκὸς αἰόλας. Ista autem νῦν καλὸν ἀντίφονον κορέσαι στόμα, tamquam in parenthesi sunt. Sic in Antig. 30. οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν, εἰσορμῶσι πρὸς χάριν βορᾶς. B.

1120. v. Ἐμᾶς σαρκὸς αἰόλας, ex int., ruente quidem versu. ὅς pro ὃς usurpari, notum est.

1123. ἐν αὔραις. Abundat praepositio, quod scholiastae ob-

servatum. Sed quae huc pertinent verba in alienum locum translata fuerant, addita nempe scholio ad v. 1137. B.

1124. In Aldina legitur: μηκέτι μηδενὸς κρατύνων ὅσα πέμπει βιόδωρος αἶα. Nec quidquam discrepant codices. Lectio manifesto depravata a librario, qui ad sensum modo adtendit, et metra floccifecit. Versus esse debent anapaestici; prior dimeter, alter paroemiacus, quales sunt strophici. Contigit hic, quod alias saepissime, ut repetenda vox omitteretur μηκέτι. E glossemate est κρατύνων, quod in versum intrare non potest: nam media longa est. Quid multa? scripserat Tragicus:

μηκέτι, μηκέτι κρατέων μηδενὸς,
ὅσα πέμπει γᾶ βιόδωρος.

Emendationem huius loci periclitatus est Heathius, cui conatus cessit infelicissime:

μηκέτι μηδενὸς κρατύνων ὅσα
πέμπει βιόδωρός γ' αἶα.

Tales versus si quis reperiret alicubi absque auctoris nomine, nedum Athenis in scena cantatos eos fuisse crederet, vix Tzetza aut quopiam huius farinae politicorum versuum sartore dignos eos deputaret. Parisinus editor simplicissimam rationem reperit huius loci persanandi, *legendo* γαῖα *propter metrum.* B.

Nequeo satis mirari Brunckii confidentiam, versus, quales hi sunt, politicis annumerantis, quorum prior quidem dochmaicus est, omnibus suis numeris absolutus, quod persensit Heathius, posterior, modo inutile γε deleveris, anacreonteus, anapaestum pro spondeo usurpans in antispasto. Cuius metri quae sit natura, declarare studui in Anacreonticorum editione. Quodsi quis tamen fieri hoc posse neget, certe confitebitur, versum

πέμπει βιόδωρος αἶα

haberi posse pro anapaestico dimetro catalectico logaoedo. sed sane anacreonteus est, ut strophicus.

1127. Post πάσᾳ minor distinctio poni debuit. Ordo est: εἴ τι σέβῃ ξένον πελάταν, πέλασσον εὐνοίᾳ πάσᾳ. B.

1129. ἀποφεύγειν. Triclinius e scholio in textum transtulit ἀποφυγεῖν, qua lectione versus pessum datur. Subauditur πάρεστι. B. vel ἐστὶν eadem potestate. utrumque rariusculum.

1130. οἰκτρὰ γὰρ βόσκειν. Id est ὥστε βόσκειν αὐτὴν, vel εἰς

τὸ βόσκεσθαι. Mirum est hic offendisse viros doctos. Vide Suidam in Ἄξιος λαβεῖν ὁ μισθὸς, ubi hanc locutionem exemplis illustrat, inter quae tamquam ex Tragico nostro duos senarios profert, qui sunt Euripidis in Medea 321.

γυνὴ γὰρ ὀξύθυμος, ὡς δ' αὕτως ἀνὴρ,
ῥᾴων φυλάσσειν, ἢ σιωπηλὸς σοφός.

Ad quem locum Scholiastes: ῥᾴων φυλάσσειν. ἀντὶ τοῦ φυλάττεσθαι καὶ τηρεῖσθαι. ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ. τοῦτο δὲ ἔθος ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τοῖς Ἀττικοῖς. Quod sequitur, ἀδαὴς δ' ἔχειν μυρίον ἄχθος, ᾧ ξυνοικεῖ, interpretes frustra exercuit. Nimis licenter editor nescio quis Cantabrigiensis ἔχει pro ἔχειν supposuit, quod futilissimum commentum probat Heathius, unde hunc sensum extudit: *misere enim alitur morbus: stultus vero mille habet aerumnas quibuscum habitat.* Sed hoc leve est prae Berolinensis editoris coniectura, qui sic totum locum constituit: οἰκτρὰ γὰρ βόσκων, ἀδαὴς δέχῃ μυρίον ἄχθος, ᾧ ξυνοίκει. et vertit: *sed morbum alens excipis innumeros dolores, quibuscum habita, si ita tibi videtur.* Malum, quod in ista versione vocis ἀδαὴς nullam rationem habuit! ἀδαὴς et οἰκτρὰ referuntur ad κῆρα τάνδ', quod nomen inde repetendum: οἰκτρὰ γάρ ἐστιν (ἡ κὴρ) ὥστε βόσκειν αὐτήν, ἀδαὴς δέ ἐστιν, ἤγουν οὐ δύναται δαῆναι, ἔχειν, ὃ ἐστιν ὑπέχειν, ὑπομένειν, μυρίον ἄχθος, ᾧ ξυνοικεῖ. Horatius dixit *indocilis pauperiem pati*, ut Tragicus noster ἀδαὴς ἔχειν ἄχθος. A sensu non aberravit Parisinus editor: verum quod censet, minime necessarium est pro δ' ἔχειν legere δὲ σχεῖν. Metrum absque ea mutatione sartum tectum est. Antithetici versus sunt antispastici trimetri catalectici. B.

Imo alter horum versuum est glyconius polyschematistus, alter hendecasyllabus elegiacus. Sed hoc condonemus Brunckio. Minime vero ferenda mihi videtur vulgata lectio ἀδαὴς δ' ἔχειν, primum, quia haec verba itidem ad κῆρα referri possent, ut, quomodo οἰκτρὰ βόσκειν, ita et ἀδαὴς ἔχειν diceretur κὴρ, quod etiamsi interpretareris usu non pernoscendam qui toleres, παθητικῶς accepto verbo ἀδαὴς, penderent tamen sequentia μυρίον ἄχθος ᾧ ξυνοικεῖ: deinde vero, quia, inita Brunckii et plurimorum ratione interpretum, ut ἐστί τις intelligatur in ἀδαὴς, lusca efficitur sententia: siquidem de curatione hic agitur, quam morbo adhibere nesciat

aegrotus ipse, ita ut aliunde expetendum sit auxilium, quod quidem de se et Graecis largitur chorus, neque vero ἀδαὴς ἔχειν, habere (morbum) nesciens, is recte dicitur, qui morbum curare nescit (rectius ille diceretur ἀδαὴς οὐκ ἔχειν), sed ille, cui tam intolerabilis sit morbus, ut quantum potest eo studeat liberari; quae sententia huius loci non est. Quae cum ita se habeant, legendum sane censeo ἀδαὲς, i. e. ἀδαῶς, ἔχει, imperitum se praebet, consilium reperire nequit. Cadit enim hoc in illum, qui multitudine malorum oppressus, quo se convertat, nescit, ᾧ ξυνοικεῖ μύριον ἄχθος, ut coniungenda quidem haec sunt, distinctione facta non post ἄχθος, ut v. fit, sed post ἔχει.

Ceterum οἰκτρὰ γὰρ βόσκειν (Musgravium audis), i. e. miserabilis enim ali est, scil. κῆρ, dicitur ut ἡδὺς ἰδεῖν, χαλεπαὶ λαβεῖν aliaque eiusdem generis, quae vide apud Dorvillium in Charitonem p. 534. βόσκειν κῆρα ut βόσκειν νόσον 309., τρέφοιτε νόσον 774.

1132—1174. Haec sunt Monostrophica, metri genus, de quo dixi ad 762. Digessit locum Erfurdt in proodum, strophas 4, mesodum, et epodum, sed parum feliciter, ut qui inter alia post προὔφανες v. 1152. versus 6 continuos excidisse putet. Sic enim lacunarum suspiciones temere movere solent VV. DD., velut etiam hymni Homerici in Cererem post 87. nescio quid periisse putant, cum ad integritatem orationis ibi a Sole habitae nihil desiderari videatur. Satis iam, satis, lacunosum est illud carmen elegantissimum, ne mortuum interficere cogitemus. Cuius versu 465. vulgatum supplementum recte displicet novissimo horum hymnorum editori Aug. Matthiae, viro doctissimo. Reponere possis: Λοιπὸν δ' ἐνθάδ' ἔσεσθαι, vel simile quiddam, ut certe metrum sibi constet. Et quoniam in hoc genus criticae incidimus, age expleamus locum eiusdem hymni pene perditum, qui est inter 386. et 396; non quo quicquam eiusmodi periculis tribuam (stultitiam quippe debuerim erudilis), sed ut, sensis loci probabiliter restitutis, ne lectio tam pulcri carminis interrumpatur, caveamus. sic igitur ista ludebamus:

Περσεφόνη δ' ἑτέρωθεν ὀχέων ἄπο ῥίμφα χαμᾶζε,
Μητρὸς ἐῆς κατ' ὄπα χρυσαόρου ἀγλαοκάρπου,
Ἄλτο θέειν, οἷα νεβρὸς ὀρέστερος. ἡ δὲ βύγατρα

Δεξαμένη κόλπῳ κύσσε στόμαθ' ἱμερόεντα.
Ἀλλ' ὡς δὴ δακρύων τε χαρᾶς δέ τε ἐξ ἄρον ἔντο,
Ἤρχετο μὲν μύθων Δηὼ, ἠαὶ ἀνείρετο τοῖα·
Τέκνον, μή ῥά τί μοί ποτε γεύσαο Ταρτάρου εἴσω
Βρώμης; ἐξαύδα μοι ἐτήτυμον. Εἴθε γὰρ εἴη!
Ὡς μὲν γάρ κ' ἀνιοῦσα μένοις ἄνω ἤματα πάντα,
Καὶ — — — — —
Ναιετάοις πάντεσσι κ. τ. λ.

Ibidem post 403. versiculus huius fere argumenti, ni fallor, deest:

Οὕτω δ' οἴομαι εἶναι· αἰδὼς γὰρ σύ τ' ἔησθα.

Sed eho, satis est ineptiarum!

1143. ναὸς a suppressa praepositione ἐπὶ regi censet Scholiastes, et sic glossa exponit, ἴωμεν ἐπὶ τῆς ναὸς, ὅπου ἡμῖν τέτακται. Hoc si verum est, aliter distinguendum ac feci. Verum ab ἵνα genitivum illum pendere arbitror, ἴωμεν, ἵνα τῆς ναὸς ἡμῖν τέτακται. B.

Legitur v. bis ἴωμεν, obscuro metro; nec misericordes decet tanta festinatio.

1147. Male puncto distinguitur post τάλας, legiturque in sqq. Ὦ τοὺς, τοὺς, τί φ' etc. Nosti Aeschyli νᾶες ἄναες, Nostri ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, Euripidis παρθένον ἀπάρθενον, et similia. Erfurdtium malle video ὁ τάλας: sed dochmaïcum sequi solet clausula dochmaïca. cf. 256.

1149. v. τὸ μετόπιν, pessumdato versu. sensit Erfurdt.

1152. ὧν προὐφάνης — Libri omnes ὧν προὔφανες; absque ullo sensu. Chori sermonem abrumpit Philocteta, quid ille dicere velit praesentiens: ὧν πρὸ τοῦ ἐφάνης ἐντρεπόμενος μηδέν. B.

Nihil reprehendendum est προὔφανες, modo legas, cum V. et M., ῥέξοντος pro eo, quod v. obtinet, ῥέξοντες, ut sententia requirit: nam ineptum est, ex Philoctete quaerere milites classiarios, quid ipsi facturi sint. Iam et metrum pulcherrimum agnoscas licet.

1158. βροντᾶς αὐγαῖς. Codd. βρονταῖς αὐταῖς, quod inepte depravatum ex veteri lectione Scholiastae memorata, βροντᾶς αὐγαῖς. Confunduntur perquam frequenter in codd. γ et τ. Postquam αὐγαῖς in αὐταῖς mutatum fuit, oportuit ex βροντᾶς facere βρονταῖς. Iudicii Heathium laudo, cui codicum lectio magis placet:

mihi insulsa videtur prae altera, quam Valckenarii sagacitati debemus. B.

Fortius est βρονταῖς αὐταῖς, i. e. fulminibus etiam, vel, ut M. interpretatur, vero fulmine, ipsissimo fulmine, de qua verbi potestate monitum est ad Antig. 914.

1160. In Aldina et in veteribus codd. legitur: ἄρῤῥον ἀπῶσαι. ἀλλ' ὦ ξένοι ἴν γέ μοι εὖχος ὀρέξατε. Non sunt sane anapaestici isti versus, ut esse debent: eis nec Triclinii, nec Heathii medicina sanitatem restituit. ξένοι mutandum in ξεῖνοι, quae formae passim a librariis confusae; tum ad mendarum illud genus *tam late patens* adtendendum, de quo vide notam ad Oed. T. 1075, cuiusque modo exemplum insigne dedi in v. 1129. Hic iterum omissae fuerunt, quae repeti debebant voces: vide iam, quam belle, quam vivide, decurrant anapaesti et sententia:

ἄρῤῥον ἀπῶσαι. ἀλλ', ὦ ξεῖνοι,
ἴν γ' ἐμοί, ἴν γ' ἐμοὶ εὖχος ὀρέξατε. B.

Non sane Brunckio inviderim istos versus, quorum prior pessime hiat, posterior vitio interpolatoribus quam poëtis digniore contaminat Tragicum, inutili repetitione. Ἀλλά et similes voculas p. addidisse deprehenduntur librarii, ut putide coniungerentur, quae per asyndetum fortius efferri voluerant scriptores. Fieri etiam potuit, ut ex finalibus literis verbi ἀπῶσαι nasceretur ἀλλά, et inde fortasse est, quod in vulgatis editionibus legitur ἀπῶσ' ἀλλ'. Ceterum nemo, opinor, diffitebitur, verba Πάντες — ἀπῶσαι hexametrum heroicum effiocre absolutissimum.

1161. v. προπέμψατε, quod sequente litera vocali stare nequit. Sensit Wakefield, sed alia comminiscitur.

1164. ῥέξειας. Sic vulgatae. Aldum male secutus B. reposuit ῥέξῃς, quo recepto metrum perditur. ῥεξείω dicitur ut ὀρασείω, ἐργασείω.

Παλάμαν, facinus, ἔργον. M.

1165. Itidem impegit B., quod proprio consilio exarari iussit κἄρῤῥα, everso metro. Contractiones eiusmodi Atticae in iambicis semper usurpantur apud Tragicos, in melicis adeoque omnibus, quae sedatae orationis superant modum, p. negliguntur, more Homeri et antiquiorum. Aeschylus Pers. 38.

Καὶ ξὲλειοβάται ναῶν ἐρέται.

Noster itidem Antig. 376.

Καὶ ἐν ἀφροσύνῃ καθελόντες;

et Trach. 938.

Ἐπεὶ ἐν δυςπαλλάκτοις ὀδύναις,

hiatu non curato.

1166. νέος. Perperam Aldus et membr. νέσος. B

1170. v. ὦ πόλις, ὦ πόλις, pessumdato glyconio.

1171. v. Π. ἂν εἰςίδοιμί σ' ἄθλ. γ' ἀ., lapsu facili. Manifesto hisce forma dochmaïci impressa est. Ἄθλιος primam corripit, ex regula, quánquam et salvo versu abesse potest γε.

1174. εἶτ' οὐδέν εἰμι. Sic vere Heathius pro mendosa librorum lectione ἐτ' οὐδέν. B.

Ἔτ', pro iam acceptum, nonnulli retinent; sed tunc copula opus esset. Εἶτ' o. s. t dein ad nihilum redactus fui sumque etiam.

1175. ὁμοῦ, ἐγγύς. Vide ad Antig. 1156. B.

1182. ἦν valet ἐστὶν, ut p. Sic ἤσθην pro ἥδομαι 1276.

1183 — 85. v. ἦν σοι πιθόμενος — Ἔπραξας — ἐλών. sed haec est arena sine calce. Iam ἦν pertinet ad πράξειας et ἕλω. Sic autem interrumpi solent orationes, ut incepta verborum constructio servetur. Exempla p. obvia.

1186. τὸν ποῖον. Sic etiam scriptum est in Triclinii recensione. In Turnebi editione operarum incuria, ut videtur, excusum fuit τὸ ποῖον, quae menda per subsequentes omnes propagata fuit. B.

1192. κέρτομῶν, χλευάζων. Theocritus in Thyrside 62. κοὔτι γ' τυ κερτομέω. B.

1193. τἀληθῆ λέγειν. Id est τὸ ἀληθῆ λέγειν. Vide supra ad v. 108. B.

1196. ἀρχὴν, *ab initio*. Alias significat *olim* et *prorsus, omnino*, quo modo hìc accipi possit. B.

1197. Aldus et B. ἀκήκοας. sed elegantior est vulgata lectio. Ἐπίστω usurpatum, ut saepius quidem ἴσθι, de quo vid. Valck. ad Eurip. Hippolyt. 304, 5.

1198. τὸ δρᾶν. Articulus abundat. vid. ad Electr. 990.

1202. δρασείεις σοφά. Sic legendum. σοφὸν e praecedente versu repetitum manifestus est librarii error. In B. ἠβουλόμην, quod Atticum quidem, sed Tragicis non frequentatum. B.

Cur hic error existimandus sit, equidem non intelligo. Imo fortius est, idem verbum repetere, ut irati solent.

1208. τὸν σὸν Φόβον, *terrorem quem tu mihi vis incutere: tuas minas.* Vide notata ad Antig. 589. Male Iohnsonus vertit, *nihil metuo, quod tu.* B. Similis est locus Euripideus, quem laudavi ad Ai. 111.: ibi enim τὴν σὴν Κύπριν vertendum: Venerem, quam tu iactas mihi. Locus Antigonae quid ad rem faciat, non intelligo.

1209. Male vulgatae: Οὔτ' ἄρα, quod probe sensit Erfurdt, qui confert Trach. 313. 270. et Porson. ad Eurip. Med. 863. τἄρα, τοι ἄρα.

1210. ἀλλ' οὐδέ τοι σῇ χειρὶ πείθομαι τὸ δρᾶν. Vulgo male haec accipiuntur: sensum explanat scholion antea ineditum, quod ex Regiis membr. protuli. πείθομαι τὸ δρᾶν eadem ratione dictum ac paullo ante σε κωλύσει τὸ δρᾶν. Neutro in loco subaudiendum κατά. In B. perperam hic versus Ulyssi tributus est. B.

En scholium tibi: ἀλλ' οὐδὲ πεισθήσομαι τῇ σῇ χειρὶ, ἤγουν τῇ δυνάμει, ταῦτα ποιεῖν. Cuius sensum vide an B. assecutus sit, qui sic vertit: neque adeo inducar, ut te, quod iubes, facere sinam. Quin hoc potius dicit iuvenis, se nec minas metuere Ulyssis, neque apertam quidem vim, quam sibi facere fortasse paret, quo magis, quod nolit, exsequatur. Ceterum hic versus v. legitur post 1208, vim suam non obtinente verbo ἀλλά. minus quoque recte libri πείθομαι.

1211. Verba Ἔστω τὸ μέλλον Neoptolemo tribui solent, minus quidem apte.

1221. τοῦ κεχρημένοι. Mendose in membr. et in Aldina κεχρημένου. B.

1231. παῦε, *desine.* Perperam Aldus metro reclamante, παῦσαι, quod ex interlineari glossa ortum. Atticum est παῦε, pro παῦσαι. Vide quae notavimus ad Comici Ranas 269. Euripidem Ione 534. B.

1241. ἔχθιστος. Sic libri omnes. Non satis caussae video, cur Piersonus ad Moeridem p. 135. suspectam habuerit hanc lectionem, cuius in locum sufficit αἴσχιστος. Verum est quidem haec nomina commutari, cuius rei exemplum est in Ai. 1023. B.

1245. v. οὐκ ἄρα, frustra admisso in tertiam sedem anapae-

eto. Porsonus igitur, Eurip. vol. 1. praefat. p. XII. edit. Lips., proponebat ἆρ' οὐ vel ἆρα, omissa negatione; sed elegantior est Wakefieldii lectio, quam dedimus.

1246. Sic versum scripsit Porson ad Eurip. Med. 750. P. habes Iovem ὕψιστον, p. ἁγνὸν σέβας. Cf. Trach. 1154.

1257. ἆ ἆ, μηδαμῶς. Sic scriptum oportuit. In accentu peccavit Aldus ἄ ἄ. Hesychius: ἆ ἆ. σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα. B. Satius est semel ponere interiectionem cum Turn. Steph. Cant. Erfurdt. Ceterum male ὑφ' ἓν accipiuntur verba μὴ π. θ. μ. β., quasi μεθιέναι βέλος significare posset omittere sagittam.

1258. μέθες με χεῖρα. Schema, quod vocant καθ' ὅλον καὶ μέρος. Vide ad Oed. T. 698. B.

1259. οὐκ ἂν μεθείην. In B. μεθείμην. Proclivis in harum formarum permutatione lapsus. Vide Marklandum ad Euripidis Iphig. A. 310. ubi, ut et hìc, nihil interest utro modo legatur, quod ostendimus ad Com. Vespas. 416. B.

1261. ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ καλὸν τόδ' ἐστὶν, οὔτε σοι. Nisi quis cucurbitas lippiat, vìdeat necesse est sic poëtam scripsisse. Codicum, quos vidi, omnium lectionem Aldus exhibuit, καλὸν τοὔτ' ἐστίν. Voculas τόδ' et τοὔτ' saepissime confuderunt librarii, unde hic versus turpiter claudicabat. Crurifragio eum non exemit infelix Turnebi coniectura, ἀλλ' οὔτ' ἐμοὶ τοῦτ' ἔστι καλὸν, οὔτε σοι. Pro spondeo in quarto pede substituit pyrrhichium, ignorans scilicet nominis καλὸς priorem ab Atticis poëtis semper corripi. B. Numerosior est Wakefieldiana scriptura, nisi quod τόδ' assumendum puto, utpote elegantius, magisque Tragicis usitatum.

1271. ἤσθην σε εὐλογοῦντα. Supple ἀκούων. Vide ad Ai. 769. In Triclinii recensione scriptum ἤσθην πατέρα τὸν ἀμὸν εὐλογοῦντά σε. In B. πατέρα τὸν ἐμὸν, ut citat Eustathius p. 737. claudicante versu. Haud displicet Triclinii lectio. B., qui dedit Ἡ. πατ. τε τὸν ἐ. εὐλ. σε, debilibus quidem ingratisque numeris.

Nihil supplendum est. vid. ad 1102, Antig. 618. Alienus est Aiacis locus. Legitur autem v. Ἡ. πατέρα τε τὸν ἐμὸν, horridiore numero. Eustathius et librarius codicis B. haud dubie invenerant ἤσθην τε πατέρα τὸν ἐμὸν, sed transpositum τε vexavit homines, quam figuram amant poëtae. vid. ad Antig. 187. Voculam omitti, secundum Triclinium, minus placet.

1284. πλασθεὶς Φύλακος. vid. ad Aiac. 688. De re narrata cf. argumentum fabulae.

1287. ἕς τ' ἂν οὗτος ἥλιος. Libri omnes ὡς ἂν αὐτὸς ἥλιος, manifesta menda. ὡς ἂν nihil aliud significare potest quam *ut*: sensus autem hic flagitat ἕως ἂν, ἕς τ' ἂν, *dum, donec, quamdiu*. Praeterea αὐτὸς *ipse* inficetum est. Scaligeri coniectura ἕως ἂν ὠὐτὸς ἥλιος; nauci non est: hoc est mendam menda commutare. ἕως semper est disyllabum; proinde versum intrare non potest. Tum quid sibi vult ὠὐτὸς ἥλιος, *idem sol?* Num sol mutatur? Legendum, ut iamdudum monuimus ad Euripidis Phoenissas 89. ἕς τ' ἂν οὗτος ἥλιος. In aprico stabant ante Philoctetae antrum, et solem ostendens hoc dicit Neoptolemus, *hic sol, quem adspicis*. Sic in Aiace Teucer v. 1348. coelum ostendens ait: τοιγὰρ σφ' Ολύμπου τοῦδ' ὁ πρεσβεύων πατὴρ — τοῦδε, δεικτικῶς, ut hic οὗτος ἥλιος. Plautus Bacchid. IV. 4. 48. *Si tu ILLUM SOLEM sibi solem esse dixeris* — ad quem locum ita Salmasius: *ILLUM SOLEM*, δεικτικῶς. *Haec loquens manus ad solem histrio tollebat*. *Hoc* absolute optimis latinis scriptoribus saepe *coelum* significat δεικτικῶς. Comicus in Curculione I. 3. 26. *Nam hoc quidem edepol haud multo post luce lucebit*. et in Amph. I. 3. 45. *Luciscit hoc iam*. ὡς ἂν pro ἕως ἂν nullus scriptor Atticus adhibuit. Unicum adfertur exemplum e Thucydidis loco, qui male acceptus fuerat L. VIII. cap. 1. ad quem vide Dukeri notam p. 507. Auctor Doctrinae particularum p. 1204. tradit simplex ὡς temporis durationem indicare posse et reddi per *Dum*. Exempla e libris sacris, quibus sanctiores non doctiores fimus, non adtingo: verum ubi Plato ait, ὡς ἐγεωργοῦμεν ἐν τῇ Νάξῳ, ἐθήτευον ἐκεῖ παρ' ἡμῖν, ibi ὡς valet non *quamdiu*, sed *quum*, quae frequentissima est significatio. Magis idoneum exemplum subministrare poterat Anacreon, qui in Od. IV. canit: ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ, μύρισον. *Dum adhuc vivo, quando adhuc vivo*. et XV. ὡς οὖν ἔτ' αὐδῇ ἐστί. Sed scriptor Ionicus Anacreon sermonis Attici norma non est. B.

1288. αἴρῃ. activum pro passivo, qua figura gaudet Noster. vid. ad Oed. Col. 74.

1290. Ασκληπιδῶν. Sic Aldus et membr. in quibus tamen

scriptum a prima manu fuisse videtur Ασκληπιαδῶν, ut est in aliis libris; sed litera prorsus erasa, quae fuit inter ι et δ, ut discerni non possit, quaenam ea fuerit. Toupius ad Suidam I. 130. a poëta scriptum fuisse contendit Ασκληπιῶν, tamquam si Aesculapii filios Ασκληπιοὺς, *medicos*, appellasset: quod ipse sibi habeat. Sane equidem Aldi lectionem praefero. Observo simili errore apud Pindarum Pyth. V. 37. scriptum fuisse in plurimis libris Βαττιαδᾶν, ubi, metro flagitante, debuit esse Βαττιδᾶν, quod nunc legitur: tametsi horum patronymicorum diversa ratio est. Nam a Βάττος regulare est Βαττίδης, ut ab Ασκληπιὸς, Ασκληπιάδης. Sed in his nominibus late patet licentia. B.

Non prorsus spernendum esse Toupii commentum, cum simili ratione Achaei ab Achaeo dicti fuerint, Cilices a Cilice, Cranai (quod antiquis temporibus vulgare Atheniensium nomen erat) a Cranao, qui post Cecropem Atticae imperium tenuit, porro Hellenes ab Hellene, Iones ab Ione, Leleges a Lelege, Teucri a Teucro, Troës a Troë, monet M. ad Eurip. Suppl. 713 (715). Et ne hoc obtinuisse in populorum tantum nominibus censeamus, faciunt Iolai Diodor. Sic. 4, 30, et nomen Hyperion, Soli inditum, Hyperionis filio. qui mos genitores et progeniem eodem nomine appellandi etiamnum viget in Scotia. vid. M. ad 410. Non diffiteor tamen, donec plura huiusmodi exempla, quae quidem certa sint, proferantur, duriusculam mihi quoque visum iri istam correctionem, neque magis mihi placere quam Porsono in append. ad Toup. Em. in Suid. p. 444. verbo ἐντυγχάνειν additus genitivus, itaque libenter me acquiescere in Erfurdtii emendatione, quam excudi iussi. Ceterum elisio α literae in huiusmodi patronymicis non est inaudita. Eustathius p. 14, 6. ed. Rom. ἀπὸ τοῦ Ἐριχθόνιος εὕρηται καὶ δίχα τοῦ α Ἐριχθονίδης, ὥς φασιν οἱ τεχνικοί. Suggessit locum doctissimus Wakefield.

1292. Φανῆς. Itidem activum pro passivo usurpatum, ut 1293. Alioqui in promtu esset hoc reponere. Φαίνειν pro εἶναι positum, ut saepe apud Nostrum. vid. ad Oed. Tyr. 331.

1295. ἀριστόμαντις. i. e. ἄριστος μάντις: sic enim adiectivum poëtis cum substantivo nonnunquam coalescit. Theo-

critus αἰνολέοντα 25, 168, Nonnus αἰνογιγάντων lib. 4. versus finem pro αἰνῶν γιγάντων. Adde ex Anthologia μουνολίων p. 49, αἰνέλυκον p. 250, αἰνοτύραννος p. 401. M.

1298. v. πᾶσαν. vid. ad Triptolemi fragmentum 1.

1302. τοῦτο μὲν — εἶτα, tum — tum. vid. ad Trach. 285.

1305. τί μ' ὅτι δῆτ' — Sic distingui debuisse voces nemo non animadvertere poterat, quod tamen primus monuit Toupius ad Suidam I. 141. In Aldina, ut in B. τί με τί δῆτ' — In aliis codd. τί με δῆτ' ἔχεις — claudicante versu. B.

1311. τὰ πάντ' ἰδόντες ἀμφ' ἐμοὶ κύκλοι. Camerarii explicationem secutus sum, qui Philoctetam suos oculos adloqui censet: vereor, ut satis considerate. Malim ista intelligi de astrorum orbibus: et sic probabilius Georgius Ratallerus:

O circuli caelo micantes, qui mala,
quibus miser agitor, videtis omnia,
haec quomodo vos sustinebitis?

Perperam in membr. et in Aldina ἀμφ' ἐμοῦ. B.

Absque verbis ἀμφ' ἐμοὶ esset, ego quoque, utra explicatio praeferenda foret, dubitarem; nunc non dubito, recte haec vertisse Brunckium: nam Sol et astra omnia, quotquot sunt, videre dicuntur apud poëtas, non tantum τὰ ἀμφί τινος: contra oculi recte non omnia cernere dicuntur, sed ea tantum, quae prope a nobis absunt. Oculos igitur περιφράζουσι verba τὰ πάντ' ἰδόντες ἀμφ' ἐμοὶ, ut, monente Musgravio, ἄρθρα τῶν αὐτοῦ κύκλων Oed. Tyr. 1254: quibus ne astra vel rotas vel quodvis aliud intelligamus, cavetur; qua de causa etiam ὀφθαλμῶν addi solet, ut κύκλοι ὀφθαλμῶν legitur apud Aristidem tom. 1, 78. Ceterum Ratallerus, ut pessimus omnium versificator fuit, omninoque indignus, cuius versione Hippolyti metrica, si diis placet, bellam chartam macularet Valckenarius, ita sat bene Graece scivit, ut cuius auctoritate moveretur B.

1314. τῷ Λ. Sic Ald. et Brubach., quod elegantius vulgato τοῦ Λ.

1318. v. μήτηρ τέκηται, τἄλλα π. κ. Quid hic sibi velit γνώμη μήτηρ κακῶν, nemo interpretum dixit. Certe malorum Philoctetis causa non fuit mens ipsius, sed anguis, a quo morsus est; neque huc pertinent τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ Eurip.

fragm. incert. 45. edit, Beck., ῥοθίοισι μήτηρ (κώπη) Eurip. Helen. 1468, μυρίων Μήτηρ τροπαίων, Ἕκτορος Φίλον σάκος, eiusdem Troad. 1222, ῥοίζου μήτηρ (de flagello) in epigrammate Philodemi, et si quae alibi leguntur his similia. Reposuimus igitur μαστὴρ, et πάντα pro τἄλλα, quae quam facile inter se commutari potuerint, quivis videt. Iam verissima sententia dicitur, mentes, quae scrutari mala soleant, quales fere sunt infelicium, facile etiam reperire sibi omnia videri. Non absimile est illud Terentii Adelph. 579:

Omnes, quis res sunt minus secundae, mage sunt, nescio quomodo,
Suspiciosi.

1319. θαυμάσας ἔχω τάδε. In Aldina et veteribus codd. τόδε, haud melius. B.

1321. οἵ γέ σου καθύβρισαν. Perperam in libris οἵ τέ σου. B. Male adhuc commate, quod vocant, distinguebatur post ἀπείργειν, puncto post συλῶντες, recte improbante Clar. Matthiae l. l. ad Trach. 56. Cetĕrum οἵτε, i. e. οἵτινες, reponendo defunctus sum, quod haud dubie voluit librarius. vid. M. ad Eurip. Hecub. 445, Aeschyl. Pers. 16. Simile erratum deprehendimus ibidem 272. Apte vero asyndeton infertur: nam Brunckianum γε pro γὰρ accipere liceret. Scripsi quoque σοι pro σου, quia genitivum adsciscere non solet verbum καθυβρίζειν, sed vel accusativum, cuius formae ubique obvia sunt exempla, vel dativum eleganter, velut Ai. 152.

1322. πατρὸς γέρας συλῶντες. εἶτα τοῖσδε σὺ — Quae olim ab homine ineptissimo inferta fuerunt, sustuli. Non tanta incogitantia fuit Tragicus noster, ut in dramate omnium quotquot sunt perfectissimo, sibi ipsi tam stolide contradiceret, inutili mentione cuiuspiam facti, quod toti fabulae oeconomiae repugnat, eamque subverteret. Nihil omnino eorum, quae ad Troiam gesta fuerant, Philoctetes ante illum diem inaudiverat: litem Ulyssis cum Aiace de Achillis armis prorsus ignorabat: quin ipsi supra v. 405. dixerat Neoptolemus Aiacem ante Achillem fato functum fuisse. Praeterea color ipse adsuti centonis mangonem prodit. Sophoclem ignorat eiusque stylum, si quis eum ista scribere potuisse opinatur:

πατρὸς γέρας συλῶντες, οἳ τὸν ἄθλιον
Αἴαν θ' ὅπλων σοῦ πατρὸς ὕστερον δίκῃ
Ὀδυσσέως ἔκριναν. εἶτα τοῖσδε σὺ — B.

1323. κἄμ' — Aldus minus bene καί μ' — Hic autem habet τάδε, ut membr. Contra Triclinius τόδε. B.

1332. ἀνδρὸς τοῦδε. ἐμοῦ.

1336. κἀποσώσοντας. Libri omnes male κἀποσώζοντας. B.

1337. δεινὸν αἶνον αἰνέσας, dirum consilium dans. Αἰνεῖν utique nonnunquam valet suadere, hortari. Aeschylus Choëph. 538: αἰνῶ δὲ κρύπτειν τάσδε συνθήκας, Suppl. 163: προμήθειαν λαβεῖν Αἰνῶ, et 918: ὑμᾶς δ' ἐπαινῶ μὴ καταισχύνειν ἐμέ. Adde Hesiod. Op. et D. 202. M.

1338. ἃ σοί τε κἀμοί κάλ' ἐσορῶ τελούμενα. Libri veteres κάλ' ὁρῶ, claudicante versu. In Triclinii recensione peius adhuc καλῶς ὁρῶ. Dictum fuit supra ad v. 1266. nominis καλὸς priorem Atticis poëtis semper corripi: estque hoc certissimum. Nec minus certum videri debet rectam emendandi viam nos iniisse, omissam a librario praepositionem compositi verbi reponendo. Scripserat Tragicus non ὁρῶ, sed ἐσορῶ. Centies ad minimum in his dramatibus occurrunt ἐσορᾶν, ἐσιδεῖν eadem potestate qua simplicia ὁρᾶν et ἰδεῖν, ut saepe in glossis declaratur. Vide quae notavimus ad Comici Concion. 70. Parisini Editoris coniecturam silentio praetereo, ne quis Menedemi dictum in me torqueat, νεκρὸν ἐπισφάττεις. B. Malum versum obtrudit nobis B. A et o literae p. commutantur, fefellitque librarios compendium verbi καλόν.

1339. Aldus καταισχύνειν, qua in scriptura vestigium deprehendi possit antiquae formae Atticae καταισχύνει pro καταισχύνῃ. B.

1341. τόδε. Sic recte in B. quod vel absque codice reponi debebat: nam pronomen hoc iungendum cum ὄφελος. Perperam in aliis libris τάδε. B.

1342. χὠ λόγος τοιόσδ' ἐμοῦ. Sic membr. et Aldus. In aliis libris ἐμοί. B.

1345. v. ὅς γε. correxit Gernhard.

1345. γιγνώσκω. Sic emendate in membr. scriptum, non,

ut vulgo, γινώσκω. Vide notam ad Com. Ranas 52. ὀλεῖς Attica futuri forma est pro ὀλέσεις. B.

1350. Nisi δρῷμεν optativus esset, solocca esset oratio, quia in hac formula subiunctivus adhibetur sine ἄν, et optativus cum ἄν. Perinde solocca essent τί ἂν δρῶ, et τί δρῴην, quum rite dicatur τί δρῷ, et τί δρῴην ἄν. In Aldina excusum δρῶμεν, quia in veteribus libris ι, quod subscribere solemus, fere omittitur. B. Verissima haec de iota subscripto observatio. Sic itaque lego etiam Hippocratis aphorism. 7, 56: Ἀλύκη, χάσμη, Φρίκη, οἶνος ἶσος ἴσῳ πινόμενος, λύει τὴν νοῦσον, quomodo 6, 56. habes: Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νουσήμασιν ἐς τάδε ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιές, etc., non, ut v., ἀλύκη, χάσμη, Φρίκη.

Ἐν λόγοις. Abundat praepositio, ut p. Sic, monente M., ἐν λιταῖς 60, ἐν δόλῳ 102, ἐν βέλει Anthol. p. 54.

1358. γόοις meliorum librorum est lectio, cuius ex depravatione orta altera, Scholiastae memorata, λόγοις. Hanc habet Triclinii recensio, altera superscripta. B.

1359. Versus caesura offendens violata, quod monet Porson praef. ad alteram Hecub. p. XLIII. sed tot deperditis fabulis quis poëtarum in hoc genere licentiam definiat? Similes spondaïcos apud Nostrum haud semel vidimus.

1363. In B. προςωΦέλησιν scriptum una voce. B.

Atque sic scriptum oportuit, non disiunctim, sicut v. πρὸς ὠΦέλησιν. Legitur quoque Ἡρακλείοις, metro laborante, quod facile curatur elidendo ε litera, pro Atticorum in huiusmodi adiectivis consuetudine. vid. Valck. ad Phoen. 185, nos ad Oed. Col. 656. quam rationem initam video a V. B. minus probabiliter Ἡρακλέους.

1364. Voces ὦ φίλε in Aldina et in codd. non comparentes, ex coniectura addidi, ut integer fieret octonarius, quod quidem longe praestare videtur Triclinii, seu potius Turnebi interpolationi; nam in illius recensione sic scripti sunt hi versus:

Πῶς λέγεις; Εἶρξω πελάζειν τουτουσὶ τῆς σῆς πάτρας.

Αλλ' εἰ δρᾷς ταῦθ' ὥςπερ αὐδᾷς, στεῖχε προςκύσας χθόνα.

In secundo nihil differunt veteres codd. nec Aldus. Particulam

γε, metro flagitante, iam inseruerat Turnebus. B.

Dederat Turnebus:

— — Εἴρξω πελάζειν. σῆς γε τούτους τῆς πάτρας.
Εἰ γε δρᾷς ταῦθ', ὥςπερ αὐδᾷς, στεῖχε etc.

quorum versuum prior sane horridior est et κακόφωνος, altero ἀλλὰ non recte abest. B. igitur exarari iussit:

— — Εἴρξω πελάζειν σῆς πάτρας.
ΝΕΟΠΤ.
Ἀλλ', ὦ φίλε,
Εἰ γε δρᾷς ταῦθ', ὥςπερ αὐδᾷς, στεῖχε π. χ.

sed locum non sanavit, qui quidem leviore negotio expediendus erat: nam quod Triclinii lectiones fere omnes vilipendere solet B., tanquam ex cerebello Graeculi profectas, in eo iniuriam homini factam esse, et aliis argumentis et evolvendo libro Ienensi intelligitur. Non igitur sperno τουτουσί, imo longe id praeferendum duco Brunckiano ὦ φίλε, quod merum commentum est Critici nec satis interdum sobrii et nimis fastidiosi. porro in hoc quidem versu, metri causa, τῆς delendum et γε inserendum erat, ut iam Turnebus fecit; altero vero ἀλλ' εἰ, quod primum versum trochaïcum intrare nequit, corruptum esse ex ἀλλά, ut saepe inter se permutantur α, ε, ει, ευ, prō certo habeo, quo reposito, legendum quoque erat δρᾶ vel δρᾶν, imperativi potestate; et hoc quidem probabilius est, tum quia idem literarum numerus in vocibus δρᾶν et δρᾷς, tum quia saepissime confunduntur ν et ς literae finales.

προςκύσας χθόνα. vid. ad 647.

1371. τὰ Διός τε φράσων. Sic recte tres codd. Absque iis reponi poterat copula, quam impressi omittunt cum versus ruina. B.

1376. v. ὅσους, quasi narraturo labores suos Hercule. Ὅσος pro relativo ὅς p. usurpatur, velut Aeschyl. Agam. 382. cf. index h. v.

1377. ἀθάνατον ἀρετήν, immortale decus. Suidas: ἀρετή. Ἀνδοκίδης καὶ Θουκυδίδης ἀντὶ τοῦ εὐδοξία. Plato p. 1197, E. ὑπὲρ ἀρετῆς ἀθανάτου. cf. Eurip. Orest. 807. Helen. 1170. M. Sic etiam Hesiodus Op. et D. 311. πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ: qui locus est clarissimus. nihil itaque novandum censeo,

licet debilioribus pedibus incedat versus, quod recte monet apud Erfurdtium doctissimus Godofr. Hermann: quippe dormitat interdum bonus Homerus.

1378. ταὔτ', i. e. ταυτό. Hoc sententia requirit, non id, quod v. obtinet, τοῦτ': nam καὶ connectit h. l. pariter ac 1395, neque accipi potest pro etiam: quia sic argumentatur Hercules: ut ipse laborarit, ita et Philocteti laborandum fore; ubi facile intelligitur asyndeto non esse locum.

1382. Male vulgatae praeferunt ἀρετῇ τε πρῶτος. non virtute, sed fato, princeps Graecorum in isto bello censendus erat Philoctetes, quia nonnisi eius ope expugnari Troia poterat. belli gloria celebriores erant Diomedes huiusque similes non pauci. nimirum ἀρετῇ conflatum ex male iterata τε particula.

1386. ἐκλαβών. In tribus codd. ut in Aldina, ex frequentissimo librariorum errore, ἐκβαλών. B.

1387. πλάκας. Sic membr. In ceteris πλάκα. B.

1393. συννόμω. gl. ἅμα νεμόμενοι.

1400. οὐ γὰρ ἡ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς. In Tragici exemplaribus perquam absurde legitur ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς. Optime Dawesius (pag. 241.) et post eum Toupius e Kusteri Suida in Εὐσέβεια, sublata ineptissima menda, veram lectionem restituit. Euripides in Tenenidis:

ἀρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται,
ζῇ δ' οὐκ ἔτ' ὄντος σώματος. B.

At nemini placeant ἀσυνδέτως apposita verba κἂν ζῶσι — ἀπόλλυται. vide, an rem tetigerimus. συνθήκῃ, lege, aeterno foedere. Sic poëtae p. Virgilius Aen. 1, 62.

— — regemque dedit, qui foedere certo
Et premere et laxas sciret dare iussus habenas.

1406. πράσσειν. Perperam codices et impressi πράττειν. Quin mendose etiam in Aldina μέλετε. B.

1407. v. πλοῦς, errore manifesto.

1412. Προβλὴς (absque θ') cum κτύπος connectunt, nullo sensu. Legendum et distinguendum:

Καὶ κτύπος ἆρσην πόντου, προβλὴς θ'.

Προβλὴς, promontorium. Homerus ut adiectivum adhibet, cum

ἀκτὴ, πέτρα, σκόπελος connectens. Alii contra ut substantivum. cf. 910. Antipater Antholog. p. 60.

Πούλυπος εἰναλίῃ ποτ' ἐπὶ προβλῆτι τανυσθείς.

Oppianus Halieut. 5, 252.

Στὰς δὲ κατὰ προβλῆτος. M.

1413. ἐτέγχθην. Libri omnes ἐτάγχθη, quod per me retinebat, si cui placet magis. Quippe nihil obstat, quin κρᾶτα, quod neutri generis esse vidimus ad v. 975. hìc sit nominativus verbi; verum et sonus gratior est, et elegantior structura, si legatur ἐτέγχθην, quemadmodum in Ai. 1170. ἀεὶ πυκιναῖς δρόσοις τεγγόμενος κόμας. B. Heathii haec emendatio.

1418. v. γλύκιόν τε τοτόν. Sed inusitatum est γλύκιος. Scholiastes: Τινὲς Λύκιον τοτὸν γράφουσιν. ἔστι δὲ ἡ οὕτω καλουμένη κρήνη ἐν Λήμνῳ, Λυκίου Ἀπόλλωνος· ἢ, οἷον ἐν ἐρημίᾳ, ὑπὸ λύκων πινόμενον. Sic legendum putò, non, ut v., ἢ οὕτω καλουμένη, quasi mera haec esset Scholiastae coniectura: (τις certissime tunc addidisset homo): nam meminerunt Λυκείου τοτοῦ (positum autem Λύκιον pro Λύκειον: vid. ad 1368), tanquam fontis ab Apolline inventi, etiam Hesychius et Suidas. vid. V. ad h. l.

1420. δέξῃς — ἐπιβάντες. vid. ad Elect. 958.

1426. In membr. et in Aldina, χωρῶμεν ἰδοὺ πάντες ἀολλεῖς. In B. χωρῶμεν ἤδη. Ortum hoc ex glossa, et refertur ad νῦν vel ad δή. In Triclinii recensione scriptum χωρῶμέν νυν. gl. δή. Isti duo pro ἀολλεῖς perperam habent ἀολλέες. B.

1428. σωτῆρας masculinum ad Nymphas refertur. Sic apud Aeschylum S. Th. 321. εὐτραξία σωτήρ. Apud nostrum Oed. T. 80. τύχη σωτήρ. In Antig. 1056. λωβητῆρες Ἐρινύες. Vide supra ad v. 219. B.

Ad primum Dramatis versum meminit Scholiastes noster Euripidis Philoctetae, cuius pauca quaedam fragmenta exstant in Musgravii editione legenda. Oeconomia diversa a Sophocles, non ita simplici ac deducto filo; sed plurium personarum conventu intricatior actio fuit, multoque minus πάθους habuisse videtur. Vide Valckenarii Diatr. Euripid. Cap. XI. et Dionis Chrysost. orationes LII. et LIX. Ex Aeschyli Philocteta tres

versus servavit Stobaeus Floril. Grotii p. 493. ad Regii codicis fidem sic legendos:

Ὦ Θάνατε παιὰν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν.
μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν
ἰατρός. ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκρῶν.

Ne, ne tuum, oro, Mors, repellas supplicem.
tu sola desperata medicaris mala:
a te receptos nullus attingit dolor.

Ista omnia in rem suam convertit noster Tragicus. Vide huius dramatis v. 1310. Philoctetis ad Troiam fragm. I. et Oed. Col. 934. B.

ANNOTATIONES

IN ELECTRAM.

V. 1. Codex 1. Baroccianus apud Iohns. λεύσειν.

2. ἔξεστί σοι παρόντι λεύσσειν, ὧν πρόθυμος ἦσθ' ἀεί. Aeschylus Choëph. 213.

εἰς ὄψιν ἥκεις, ὥνπερ ἐξηύχου πάλαι. B.

Eurip. Iphig. Taur. 620. προθυμία σε τοῦδ' ἔχουσα τυγχάνει. Synes. epist. 4. sub finem, τὴν προθυμίαν τῆς σὺν ἡμῖν ἀποδημίας. M.

4. τόδε γὰρ παλαιὸν Ἄργος ὑπόθεις. Sic scriptum in E. vere, ni fallor. τόδε (δεικτικῶς) γὰρ παλαιὸν Ἄργος ἐστὶν, ὃ ὑπόθεις. Vulgo legitur τὸ γὰρ — et aliter distinguitur. In fine versus τόδε ad sequens pertinet ἄλσος. Accipi autem hic potest Ἄργος pro regionis nomine: at probabilius est urbem indigetari, quam unam Tragici modo Argos, modo Mycenas promiscuo nomine appellare solent. Strabo p. 377. διὰ δὲ τὴν ἐγγύτητα τὰς δύο πόλεις ὡς μίαν οἱ τραγικοὶ συνωνύμως προσαγορεύουσιν. Εὐριπίδης δὲ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ δράματι, τοτὲ μὲν Μυκήνας καλῶν, τοτὲ δ' Ἄργος τὴν αὐτὴν πόλιν, καθάπερ ἐν Ἰφιγενείᾳ καὶ Ὀρέστῃ: Infra v. 1459. Μυκηναῖοι et Ἀργεῖοι eiusdem urbis sunt incolae. B. V. mendose οὗ 'πόθεις. Cod. Baroc. 1. apud Iohns. οὗ 'πόθεις, Laudianus ibid. ὃ ὑπόθεις.

Non nemini libri E. lectio propterea displicet, quod sic primam iambici senarii regionem anapaestus sit occupaturus, quasi vero id vel illegitimum sit, vel poëtis minus usitatum. Noster Oedip. Tyr. 18.

Ἱερεύς τ' ἐγὼ μὲν Ζηνός· —

20.

Ἀγοραῖσι θακεῖ —

27.

Ἀγόνοις γυναικῶν —.

41.

Ἱκετεύομέν σε —

357.

Φονέα σὲ φημὶ —

cf. ibid. 702. 1233. 1397. haec ex una fabula. quibus adde Aeschyli Prom. 6. 229. 365. Sept. 930. Pers. 351. Eurip. Hecub. 228. 274. 356. Orest. 6. 10. 21. Phoen. 72. 542. 546. Med. 690. 967. Nubem exemplorum protuli, ut res conficeretur, nec quis de paucis cogitaret fortasse corrigendis, quae integerrima sunt, poëtarum locis.

Quum scena dramatis Mycenis constituta sit, quae ab urbe Argis 50 stadia, i. e. ultra 6000 passuum distabat, teste Strabone p. 368, D., consequens est, vocem Ἄργος non de urbe hic accipiendam esse, sed de regione; quod et usus Veterum patitur. Schol. Apollon. Rhod. ad 3, 992. Ἄργος καὶ ἡ πόλις, καὶ ἡ χώρα. M. Recte M. regionem intelligit. alioqui sensu cassa forent verba οἵ — ὁρᾶν 8. 9. Ceterum Argis scena est. vid. 6 — 8.

5. οἰστροπλῆγος. Ab Aeschylo Prom. 682. hoc epitheton mutuatus est. M.

ἄλσος quemvis locum Numini cuicunque consecratum indicat. Schol. Pindari ad Ol. 5. stroph. 2. ἔλεγον πᾶν χωρίον ἀφιερωμένον θεῷ, κἂν ψιλὸν φυτῶν ᾖ, ἄλσος. Confirmat et Scholiastes recentior. Sic et Pindaro praebente ἄλσος ἐν ἀκροπόλει Olymp. 7. antistr. 3. recentior ille Schol. ναὸν annotat. cf. etiam Olymp. 5. antistr. 1., Olymp. 13. epod. ult., Isthm. 1. stroph. 4., Aeschyl. Supp. 567., Nostri Antig. 831., denique Homer. Il. 2, 506. M.

Dacier lucum intelligit Ioï sacrum, ubi olim ab Argo custodita fuerit Io, in vaccae speciem mutata, quem Apollodorus appellet Μυκήναιον ἄλσος, quoniam haud longe a Mycenis abfuerit.

6. Idem sic: A l'entrée d'Argos il y avoit une grande place avec un temple consacré à Apollon sous ce nom Λυκοκτόνῳ θεῷ, au Dieu qui tue les loups. On a montré longtems dans ce temple du feu qu'on disoit descendu du ciel.

Quod cognomen unde acceperit Apollo, docet Pausanias 2, 9 et 19: quod Graeciam vastantes lupos cortice cuiusdam ligni perimere docuisset neque incongrue hoc de deo praedicari, quem ut Νόμιον colebant Veteres (vid. Callimach. hymn. in Apoll. 47.), animadvertit M. vid. etiam ad 620, T. 200, 898.

7. ὀὺξ ἀριστερᾶς. Pausan. Corinthiac. p. 147. Μυκηνῶν δὲ ἐν ἀριστερᾷ πέντε ἀπέχει καὶ δέκα στάδια τὸ Ἡραῖον. M.

8. ὁ κλεινὸς ναός. Lucius Ampelius in libro Memorial. inter miracula orbis recenset Argis Inachiae Iunonis templum magnifice ornatum, quod Asylum vocant. Plura dat Pausanias. M.

Entre Argos et Mycenes (Dacierium audis), mais beaucoup plus près de Mycenes que d'Argos, étoit le temple de Junon, qui étoit commun aux rois de ces villes; car avant Agamemnon elles avoient chacune leur roi. Agamemnon fut le premier qui ajouta Argos à Mycenes.

9. Hunc locum imitatus est Heniochus Comicus apud Stobaeum Floril. Grotii p. 169.

Τὸ χωρίον μὲν γὰρ τόδ' ἐστὶ πᾶν κύκλῳ
Ολυμπία· τηνδὶ δὲ τὴν σκηνὴν ἐκεῖ,
σκηνὴν ὁρᾶν θεωρικὴν νόμιζέ σε. B.

Mycenarum epithetum ex Homero sumtum. Ditissimam hanc Graeciae urbem reddiderat, a Troia reversus, Agamemnon. Cuius post mortem duravit 700 annos, diruta tandem funditus per Argivos olymp. 78, ante Christum 466. Monuit Dacier.

10. Πελοπιδῶν. Eos non Argis sed Mycenis habitasse, docet et Pausanias. M. Fallitur vir doctus, cum Mycenas pro-

prie dictas intelligit. qua inductus opinione etiam 6. legi iubet ἄντην, ex adverso, pro αὖτη. vid. ad 4.

12. Eustathius ad Il. Γ. 238. αὐτοκασιγνήτῳ, τῷ μοι μία γείνατο μήτηρ. ista observat: Ορα, ὅτι Ομήρου τοὺς κασιγνήτους ἑρμηνεύσαντος, Σοφοκλῆς τὴν ὁμαιμαν διασαφεῖ ἐν τῷ, Πρὸς σῆς ὁμαίμου καὶ κασιγνήτης. ποιεῖ δὲ τοῦτο ἐκεῖνος, διὰ τὸ μὴ πάντα ὁμαιμον ἤδη καὶ κασίγνητον εἶναι. ὁμαιμοι γὰρ πολλαχοῦ, καὶ οἱ ἁπλῶς καθ' αἷμα, καὶ προσγενεῖς, ὡς δηλοῖ καὶ Λυκόφρων, ὁ καὶ αὐθομαίμους τοὺς τοῦ αὐτοῦ γένους εἰπών. B.

19. Schema huius versus infra ad v. 733. ἀντίπτωσις appellatur a Scholiasta. Vide ad Oed. T. 833. B.

19. ἄστρων. Per astra poëtae non tantum stellas intelligunt, aut constellationes, sed nonnunquam ipsum quoque coeli fornicem. Virgil. Aen. 3, 567.

Ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.

Plane obliviosus fuit Virgilius, si stellas hic intellexit, cum in proximo versu spectaculum hoc interdiu visum fuisse tradat. cf. et Aeneid. 9, 76. M.

ἐκλέλοιπεν, excessit. Sic Xenophon de Cyri exped. lib. 1, pag. 147. ἐξέλιπον οἱ ἐνοικοῦντες — εἰς χωρίον ὀχυρόν. Plura dedi ad Eurip. Rhes. 597. Totus versus sic vertendus: et atra nox excessit e coelo. M.

21. ξυναπτέον λόγοισι. Sic scriptum in E. recte, ut legendum esse acute vidit Toupius ad Suidam I. 57. *Conferenda nobis sunt consilia:* non, *conferte consilia.* Quippe muta est Pyladis persona, quem iure speraremus mox locuturum, si dixisset senex ξυνάπτετον λόγοισιν, ut vulgo legitur. [Dicendum potius, si ξυνάπτετον retineatur, excludi a consultatione paedagogum, quod a tota fabulae oeconomia abhorret. cf. 16, 17, 21, 28 — 31, 83, 85.] — ὡς ἐνταῦθ' ἐμὲν — Sic Aldus et membr. cum vetustissimis optimisque codd. Superscripta in quibusdam glossa ἐσμὲν, quae in aliis codd. librariorum stupore textum invasit. Primitivam formam ἐμὲν tuetur praeter auctorem observationis, quam in minoribus scholiis edidi, Eustathius, cuius quaedam huc pertinentia excerpam ex commentario in Odys. Γ. p. 1457. τοῦ δὲ ἐστὶ πρωτότυπος κίνησις ἐκ τοῦ εἰμὶ, ἐμὲν, ἐτέ· καὶ ἄλλως μὲν προσθέσει τοῦ ι, εἰμὲν, εἰτέ· Δωρικῶς

μέν τοι ἐσμὲν, ἐστέ. ἡμάρτηται δὲ καθ' Ηρακλείδην τὸ ἐστέ. ὡς γὰρ οὐ λέγομεν δείκνυστε ἢ φαστὲ, οὕτως οὐδὲ ἐτὲ, ἐστέ — εἶτα ἐπιφέρων καὶ χρῆσιν τοῦ ἐμὲν, ὅθεν γίνεται τὸ ἐσμὲν, λέγει, ὅτι Ομηρος μὲν σὺν τῷ ι ἔφη, ἀπήμονες εἰμέν· τὸ δὲ ἀνάλογον παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν τῷ Γρῆες ἐμέν· ἤγουν γραῖαι ἐσμέν. Iata, ut opinor, nunquam legerat Rich. Dawesius, qui Miscell. crit. p. 281. ἐμὲν pro ἐσμὲν ne Ionibus quidem, nedum Atheniensibus, rite adhiberi potuisse negat. En tamen Callimachum hac forma in carmine usum, non alia dialecto quam Ionica scripto. Verum primitivum ἐμὲν in quacumque dialecto, et quibuscumque poëtis permissum fuisse constat. Quod autem idem Dawesius reponendum censebat, ὡς ἐνταῦθ' ἴμεν, merito Tourpius ineptum esse affirmat. Sed fallitur ipse, quum ἐσμὲν legendum esse, et huius vocis priorem corripi posse statuit; quod falsissimum est. Si quis Tragicorum et Comicorum quae supersunt omnia legat et perlegat, non unicum exemplum incorruptae fidei excitabit correptae vocalis brevis ante consonantes σμ, στ, nec uspiam reperiet ἐσμὲν prima brevi. Longa est nuperi Parisini editoris hanc in rem disputatio, odii plena, in qua quot verba, tot fere errores. Argumenta sumit ex poëtarum depravatis versibus, quos dudum emendarunt peritiores critici. Aristophanis quos profert versus, ipsum eos dimetiri nesciisse, aut perperam legisse demonstravi in nota ad Thesmoph. 56. Philippidis, seu potius Philippi, senarium emendate scriptum dedimus in Gnomicis Graecis p. 200. B. Sic fere etiam M.

24. γεγώς. Participium pro infinitivo. Vide ad Ai. 472. B.

34. ἀροίμην futurum est optativi, cuius prima corripitur: in aoristo ἀραίμην producitur. De constructione futuri optativi vide Rich. Dawesium laudatum ad Oed. T. 773. B.

36. ἄσκευον ἀσπίδων. Vide ad Oed. T. 189. B.

42. μακρ. χρ. S. codd. Bodl. Barocc. γ. 2. et Laud. apud Johns. V. χρ. μακρ., verbo graviore in thesi occultato.

43. οὐδ' ὑποπτεύσουσιν. Sic codd. omnes, etiam is qui ad Triclinii recensionem scriptus est. In unico C. diphthongo ου superscriptum ω, pro variae lectionis indicio; sed glossa

ad probam directa, ὑπονοήσουσιν. In Aldina perperàm excusum ὑποπτεύουσιν, quae menda in Iuntina sublata fuit, repositо ὑποπτεύσουσιν. Primus Turnebus invexit ὑποπτεύσωσιν, genuinum id esse opinatus scilicet, quia praecedit verbum subiunctivi modi γνῶσι. Verum purum putum soloecismum esse ostendimus in nota ad Comici Lysistr. 704. B. ὑποπτεύσουσιν etiam codd. Laudian. et Baroccian. 1. apud Iohnsonum et cod. Ienensis, descriptus a Ludov. Purgold in Observatt. critt. in Sophoclem, Euripidem, Anthologiam graecam et Ciceronem, 1802. Bombycinus is liber est, seculo, ut videtur, 14. scriptus, minimeque contemnendus, continens Aiacem et Electram, cum scholiis et glossis interlinearibus, satis bonae frugis.

ἠνθισμένον, canis capillis variegatum. [sic et nonnulli apud Schol. vet.] Hippothoon apud Stobaeum serm. 114. — πολιοὶ τοῦ γήραος ἄνθεα θνατοῖς. Cyrillus in Iulian. lib. 6. p. 187. A. λευκῇ πολιᾷ κατηνθισμένην. — M. Lucian. Imagg. edit. Graev. vol. 2. p. 8. extrem.: — αὐτὸς μὲν ὁ νεὼς κάλλιστός τε, καὶ μέγιστος, λίθοις τοῖς πολυτελέσιν ἠσκημένος, καὶ χρυσῷ καὶ γραφαῖς διηνθισμένος.

ἀνθεῖν et similia verba etiam in malis adversisque rebus adhiberi, docent Abreschius et Schützius ad Aeschyli Agam. 670.

45. v. εἴ Φωκεὺς παρ' ἀνδρὸς Φαν.: sed Φανοτ. nomen proprium viri esse, pulcre intellexit V. cf. 645. Ceterum Strabo, monente Dacerio: Παναπεὺς δ', ὁ νῦν Φανοτεύς, ὅμορος τοῖς περὶ Λεβαδίαν τόποις.

46. δορυξένων. Eustathius ad Homerum p. 405. Περὶ δὲ δορυξένου Παυσανίας φησὶν, ὅτι δορύξενος, ὁ ἐκ πολεμίων φίλος, καὶ ὁ πρεσβεύων περὶ λύτρων, εἰ ζωγρηθείη τινες. Σοφοκλῆς δὲ ἐν τῷ, Ο γὰρ, ἡγουν οὗτος, μέγιστος αὐτοῖς τυγχάνει δορυξένων, ἢ παραχρᾶται τῇ λέξει ποιητικώτερον· ἢ ὁριμέως δορυξένους λέγει τοὺς τοῖς φονεῦσι τοῦ Αγεμέμνονος φιλιωθέντας, ἵνα πολεμικῶς ἐχθραίνωσι τοῖς ἐκείνου παισίν· ὡς εἶναι οὕτω δορύξενον εἰπεῖν, καὶ τὸν χάριν δουρὸς, ἤτοι πολέμου, συμμαχικῶς ξ νισθέντα ὑπό τινων. Posterior ratio haud valde probabilis est. Aliunde con-

stat Tragicos nomine δορύξενος *hospitem* simpliciter significare. Sic Aegeus de Pittheo dicit in Euripidis Medea 688.

καὶμοί γε πάντων Φίλτατος δορυξένων. B.

47. ἄγγελλε δὲ προστιθεὶς, ἀγγελίαν δηλαδὴ, ὅρκῳ. λέγεται δὲ ἀντιστρόφως ἀντὶ τοῦ, προστιθεὶς ὅρκον τῇ ἀγγελίᾳ. — ἐξ ἀναγκαίας τύχης. βιαίας. πάντα γὰρ τὰ ἐξ ἀνάγκης, βιαῖα. θάνατος, ἢ δουλεία, ἡ μετ' αἰχμαλωσίας. Vide ad Ai. 470. B.

ὅρκῳ προστιθείς. [sic enim v. legitur.] Quaestionem non ineptam proponit hic Camerarius: „Quum Orestis persona introducatur in hac fabula non improba neque scelerata, cur poëta facit nunc suadere illum periurium?“ Mirum quoque videri debet, si tale aliquid in mandatis dederat Orestes, excidisse huius mandati memoriam bono seni, priusquam ad Clytaemnestram accederet; nullo enim iureiurando narrationem suam confirmat. Utrique difficultati unius literae mutatio medebitur. quidni enim legamus:

Ἄγγελλε δ' ὄγκῳ προστιθεὶς —

Nuncia autem prolixe et cum ambitu quodam orationis? id enim ad fucum faciendum mirum quantam vim habebat. De constructione ambigi potest, annon potius dicendum fuerit ὄγκον προστιθείς. Quae quidem scriptura, si ab Auctore profecta est, facile potuit in ὄγκῳ depravari, quod Sophoclis aevo exarari solebat ὄγκαι, nondum sc. usu receptis vel omega, vel iota subscripto. Aliis fortasse magis placebit enallage casuum, cuius exempla aliquammulta dabimus ad v. 122. M.

Verissima haec viri elegantissimi correctio, neque audiendi vel Scholiastes, qui *deo* (Apolline) *iubente* δυσσεβοῦντα putat σύσεβεῖν: δεῖ γὰρ αὐτὸν (Oresten) πείθεσθαι τῷ θεῷ, τὸ πᾶν δόλῳ παρακελευομένῳ, vel ipse B., durissime vulgata explicans, nec de istis obiectionibus cogitans quidem. De permutatis inter se passim verbis ὄγκος, ὅρκος, ὄγκωμα, ὅρκωμα, dixi aliquoties ad Aeschylum. Periurus inducitur Lichas, praeco, Trach. 390, at homo is de plebe, et garrulus, iniussuque Herculis.

48. ἐξ ἀναγκαίας τύχης. βιαίως, οἷον ἀναγκαστῷ μόρῳ, καὶ οὐκ ἐκ ταυτομάτου, ἐκ βίας, ἐκ συντυχίας, οὐκ ἰδίῳ θανάτῳ. Schol. sic et Ai. 782, monente M.

52. λοιβαῖσι πρῶτον. Sic Aldus et Scholiastes cum duobus codd. In aliis λοιβαῖς τε πρῶτον. B. Similiter χοαῖσι τὸν νέκυν στέφει, Antig. 424. M. Λοιβαῖσι etiam cod. Ien.

54. τύπωμα, figuram, effigiem. vid. Eurip. Phoen. 166. M.

57. Φέρωμεν. Sic ex indole linguae invitis librariis legendum. ἤξομεν πάλιν, ὅπως Φέρωμεν αὐτοῖς ἡδεῖαν Φάτιν. Soloecum est quod vulgo legitur Φέροιμεν. Particulae ὡς, ὅπως, ἵνα, *ut* significantes, cum optativo non construuntur, nisi praecedat verbum temporis praeteriti. Vide Dawesii Miscell. Crit. p. 82. B.

61. ῥῆμα κακὸν, *male ominatum dictum* recte interpretatur Desid. Heraldus ad Arnobium p. 151. editionis Parisinae. Helenae roganti apud Euripidem in cognomine dramate 1059.

βούλει λέγεσθαι, μὴ θανὼν, λόγῳ θανών;

respondet Menelaus:

κακὸς μὲν ὄρνις· εἰ δὲ κερδανῶ λέγων,
ἕτοιμός εἰμι, μὴ θανὼν λόγῳ θανεῖν.

Nostri κακὸν ῥῆμα idem est ac illius κακὸς ὄρνις. Proinde culpanda non est haec sententia, ut illa quam e Tragico nostro profert Plutarchus:

τὸ κέρδος ἡδύ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἴῃ.

et ista Diphili apud Stobaeum:

καιρῷ τιθέμενον ψεῦδος ὡς καρπὸν φέρει.

Confer nostrum in Aethiopibus I. B. Pessimi ominis erat, ut mortuum praedicari. — M.

62. Pythagoram intelligi putat Scholiastes, utpote qui se in specum subterraneum aliquamdiu abdiderit. Quicquid huius historiae sit, non absurdum certe est Pythagoram innui, vel propter peregrinationes ad Aegyptios et Chaldaeos. Pertinere et huc potest fabula de Epimenide 6 continuos annos dormiente, et Solonis post leges Atheniensibus latas ἀποδημία. Quibus adde quae de Aristea Proconnesio narrat Herodot. 4, 14. 15., de Zamolxide idem 4, 95. Zaleucum citat, versum hunc interpretans, Eustath. in Odyss. ω. p. 834. M.

Obiter moneo, istorum si aliquid intellexit, ex sua, non Orestae, persona loqui Sophoclem. Scholiastes vetus haec

habet, unde discimus, nonnullos Ulyssem intellexisse, τὸν πολύμητιν, πολυμήχανον, quod minime absurdum, utpote quem diu, falsis inducti rumoribus, mortuum credebant omnes. vid. Odyss. 1, 161 — 168. 4, 814. 19, 141. quam famam ipse auxit, mendici specie assumta, ne quisquam agnosceret. Odyss. 16, 299. sqq. Sic igitur Scholiastes: Πυθαγόρας καθείρξας ἑαυτὸν ἐν ὑπογείῳ, λογοποιεῖν ἐκέλευσε τὴν μητέρα, ὡς τεθνηκὼς εἴη· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιφανεὶς, περὶ παλιγγενεσίας καὶ τῶν καθ' Ἅιδου τινὰ ἐτερατεύετο, διηγούμενος πρὸς τοὺς ζῶντας περὶ τῶν οἰκείων, οἷς ἐν Ἅιδου συντετυχηκέναι ἔλεγεν. ἐξ ὧν τοιαύτην ἑαυτῷ δόξαν περιέθηκεν, ὡς πρὸ μὲν τῶν Τρωϊκῶν Αἰθαλίδης ἦν ὁ Ἑρμοῦ, εἶτα Εὔφορβος, εἶτα Ἑρμότιμος ὁ Σάμιος, εἶτα Πύῤῥος ὁ Δήλιος, εἶτα ἐπὶ πᾶσι Πυθαγόρας. εἰς τοῦτο οὖν ἀποτείνεσθαι ἔοικεν ὁ Σοφοκλῆς. Ἔνιοι δὲ οἴονται ἀπιθάνως, εἰς Ὀδυσσέα ἀποτείνεσθαι. οὐ γὰρ πέπρακταί τι τοιοῦτον Ὀδυσσεῖ.

66. δεδορκότα, βλέποντα, id est ζῶντα. Perperam Eustathius pag. 1259. extrema participium hoc passivo sensu accipit: Σοφοκλῆς δὲ ἐν τῷ, ἐχθροῖς δεδορκότα λάμψειν ὡς ἄστρον, ἐπὶ τοῦ ὁρᾶσθῆναι παθητικῶς τὴν λέξιν τίθησιν· ὡς τοῦ μέσου παρακειμένου ἐν πολλοῖς ἐναμφοτερίζοντος. B.

70. καθαρτής. De domorum lustratione vid. Homer. Odyss. χ', 481, Aeschyl. Choëph. 967, Eurip. Herc. fur. 925. M.

Aqua fontana, fluminea, vel marina, item igne et sulphure ac cineribus, lustrationes factas esse notum est. vid. Bruningsii Antiqu. Graec. p. 247 sqq.

73. γέρον. Sic membr. et plerique alii codd. In Aldina γέρων. B. γέρον etiam codd. Ien. Laud. Bodl. Bar. 2. ap. Iohnson.

75. Pindarus Pyth. IX. 135. ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν. B.

76. Sic libri vett.; nec laudandus B., cum reponit παντὸς ἔστ'. quod probe vidit Carol. Gottl. Aug. Erfurdt, cuius nuper prodierunt editiones Sophoclearum fabularum, Electrae, Trachiniarum et Philoctetis, cum scholiis graecis, annotationibusque Brunckii et Reiskii integris, aliorum selectis, quibus et suas addidit vir doctus, ad stabiliendam lectionis fidem perutiles. cf. G. Hermann de emend. ratione Graecae grammat. p. 84. sqq.

77. v. μοι bis legitur, minus usitato metro.

83. πειρώμεθ' ἕρδειν. Perperam in impressis ἕρδειν cum spiritu aspero. B. Etiam cod. Ien. ἕρδειν.

85. ἐφ' ἡμῖν. Abundat ἐφ', ut saepe ἐκ. vid. infra 594. Antig. 1038. M.

86. Lucem alloquitur Electra, sed lucem tenebris mixtam. Hanc enim temporis particulam initio dramatis assignat Auctor supra 17. Constat quoque, matutinum tempus lamentis edendis, Superisque obtestandis, aptissimum Veteribus visum esse. Eurip. Suppl. 980. Troad. 183. Electr. 914. Credebant quippe, deos tempore nocturno terras pererrare; (Graev. ad Hesiodi Op. et D. 730.) fortasse et matutino tempore, donec penitus illuxerit dies, ibidem commorari. Hinc ἀὴρ interpretor tenebrae. vid. Iliad. ρ', 644. Apollon. Rhod. 3, 211. Ἥρα πουλὺν ἐφῆκε δι' ἄστεος, Theocrit. idyll. 17, 120. Ἀέρι πᾶ κέκρυπται, Σκέτιφ φάος ἰσόμοιρον habet, sed de alia re, Aeschyl. Choëph. 317. M.

86 — 115. Strophica haec esse, quominus intelligerent editores, leviter corrupti impediverunt versus 99, 101, 109.

88. B. et vett. edd. πλαγὰς, sed communis dialectus servatur in anapaesticis, quae melicis sedatiora esse solent, transitumque ad haec muniunt a iambicis. Habent quoque πληγὰς Scholiastes et alter codex Augustanus, ab Hermanno, viro doctissimo, collatus.

89. ἀντήρεις, gl. ἀντιτύπους. B.

Hesych. ἀντήρεις, ἀντιθέτους. Σοφοκλῆς Ἠλέκτρᾳ, ἀπὸ τῶν ἐρεσσόντων, ὅταν κατ' ἴσον ἐλαύνωσι, καὶ μὴ ἐπὶ θάτερα περιωθῆται ἡ ναῦς. quibus gemina plane habet Npstri Scholiastes, qui et bene porro ἀντήρεις interpretatur ἀντικτυπούσας τοῖς θρήνοις· θρηνοῦσα γὰρ ἔτυπτε τὸ στῆθος πρὸς ἕκαστον. M.

94. οὐκ ἐξένισεν, sic Schol. bene. Ald. et plerique codd. ἐξείνισε: in meo ἐξένισα. B. Ἐξένισε etiam cod. Ien.

ἐξείνισε. Tuetur Mnasarchus (ut de Archilocho in Scholiis citato nihil dicam) Anthol. p. 442., ubi sagittas vocat ὀλοὰ ξείνια ὀυςμενέων. Heathium tamen in partes traxit Iohnsonus, ἐξήνυσε legens. Verti potest ἐξείνισε vel donis hospitalibus suis cumulavit, vel ut hospitem detinuit, commorari fecit. Utramque enim potestatem habet verbum ξενίζω. M.

99. v. ἄλλης Ἥ μοῦ φέρεται, σοῦ, πάτερ, οὕτως αἰκῶς, ex

interpretatione, ut metrum ostendit.

100. ἀϊκῶς auctore Scholiasta reposui, apud quem perperam scriptum ἀεικῶς, de quo videbimus infra ad v. 203. In Tragici exemplaribus deterior lectio obtinet, ἀδίκως. Ad ἀεικῶς pertinet glossa in D. ἀνάταιστος. B. Ἀεικῶς etiam Suidas, interpretatus, ἀπρεπῶς, ἀσυνήθως.

101. v. Ἀλλ' οὐ μὲν δὴ λήξω θρήνων, ut versus utcunque constitueretur, quem pro anapaestico habuere.

102. ἕς τ' ἄν. gl. ἕως ἄν. Mirari subit nemini librario hic libuisse scribere ὡς ἄν. Vide ad Ai. 1081. et Philoct. 1292. B. Codex Bar. 2. λεύσω.

103. μὴ οὐ semper est monosyllabum. Inepte Triclinius harum vocalium priorem praecedenti versui contribuit, ut fieret dimeter acatalectus. B.

105. cod. Ien. in versus serie προφαίνειν, sed superscripta proba lectione.

109. αἳ τοὺς — Sic Aldus et codd. omnes veteres. Triclinii stupor articulum αἳ eiecit, sine quo nec metrum, nec sententia constat. Heathius et Parisinus editor notarum suarum ad hunc locum operam compendi facere debebant. Non animadverterunt systema hoc anapaesticum minus regulare esse, quippe in quo praeter solita metra, basin, paroemiacum, et dimetrum acatalect. sint etiam dimetri brachycatal. plurimi, quales duo primi, decimus nonus, et hicce. Ut autem hos versus digessit Triclinius, ne versus quidem sunt:

σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐριννύες,
τοὺς ἀδίκως θνήσκοντας ὁρᾶτε.

claudicat uterque in ultimo pede, et posteriorem dehonestat caesura. In priore scribere saltem debebat graeculus Ἐρινύες, unico ν; nam si geminetur litera, secunda syllaba corripi nequit. B. Ἐρινῦς recte M. Ceterum v. inconcinne: αἳ τ. ἀδίκ. θν. ὁρᾶτε.

110. τοὺς — ὑποκλεπτομένους. Sensu activo accipit Lascaris apud H. Steph. in lexico. Et sic Camerarius: subsessores cubilium. [similiter B.] Mihi contrarium magis placet, ut ὑποκλεπτόμενοι sint ii, quibus coniuges furtim corrumpuntur et auferentur. M.

Bene M., neque aliam explicationem linguae admittunt le-

ges, nam si alii essent οἱ θνήσκοντες ἀδίκως, alii οἱ τὰς εὐνὰς ὑποκλεπτόμενοι, haec ἀσυνδέτως componenda non fuissent.

112. κἀμοί. Minus bene v. καί μοι. B.

Barocc. 2. Ἰώ.

116. δυστ. Schol. ἐξωλεστάτης, recte. vid. ad 424, M. ad Eurip. Herc. fur. 1349. B. cf. et Ruhnken. epist. crit. 139.

118. Potest τάκειν οἰμωγὰν per enallagen constructionis significare macerare se edendo lamenta. Enallage constructionis, si quaeris, est, cum accusativus verbo subiectus talis est, ut non proprie nec in pedestri oratione, sed per poëticam tantum licentiam, verbo adhaerere possit. Exemplum praebebit Virgilius Aeneïd. 1, 691.

— — placidum per membra soporem
Irrigat.

Soporem irrigare, si ad proprietatis leges exigas, vix tueri se poterit. Apud Graecos, maximeque Tragicos, permulta huiusmodi loca sunt. sic νεῖκος, δίκας, πολέμους ταράττειν etiam Historici habent, ut docebunt notae ad Antig. 784. Sic τέγγειν ἄχναν Trachin. 833, ἐρείπεται κτύπος Oed. Col. 1425, ἀραχθὲν [vel potius ῥαγὲν] et τυφλωθὲν ἕλκος Antig. 954. 957, πλάξε ψολόεντα κεραυνὸν Pindar. Nem. 10, epod. 4. M. cf. 134. 135. Trach. 14.

ἀκόρετον. Aldus, metro reclamante, ἀκόρεστον. Illud est in membr. D. E. meo. Negat vocem esse graecam Heathius, pertenditque ἀκόρεστον legi debere penultima vel brevi, vel pro brevi habita; utrumque falsissime. Nam ἀκόρετος non minus quam ἀκόρητος et ἀκόρεστος dici, similium vocum analogia ostendit: tum certum est, si quid aliud in re metrica et critica, vocalem ante literas στ nullum poëtam Atticum corripuisse. Verum in hoc loco facile est litem dirimere, admissa alia lectione, eaque sane quam eleganti, quam suppeditat cod. T. ubi sic in contextu liquido scriptum est, nullo diversae lectionis adposito indicio:

τάκεις ὧδ' ἀκόρεστ' οἰμωγάν.

Esset ἀκόρεστα neutrum plurale, vice adverbii, ut infra 155. ἀκάματα, in Oed. Col. 1516. ἐπίπονα, et in Ai. 195. ἀτάρβητα. Eligant eruditi utra lectio magis placeat. Ego plurium praestantiorumque codicum fidem haud invitus sequor. B. ἀκόρεστον etiam cod. Ien., ἀκόρετον Laud. et Bodl.

119. τὸν Ἀγαμέμνονα. Pendet accusativus a nomine οἰμωγάν, casum verbi cognati regente. vid. ad Antig. 787. et Abresch. ad Aeschylum p. 57. B.

V. ἀθεωτάτας, corrupto metro. vidit Erfurdt.

121. Aegisthus et alibi ignavus audit. vid. infra 286. M. cf. Aeschyli Agam. 1636, 1654.

122. εἴ μοι θέμις. Si mihi, utpote mulieri, ita principi civitatis imprecari convenit. M.

123. In Ald. legitur ὦ γένεθλα γενναίων πατέρων. Vocandi adverbium ὦ, quod libri omnes adgnoscunt, hic, ut infinitis aliis in locis, e glossa irrepsisse videtur. In aliis vett. libris scriptum γένεθλα, in aliis γενέθλα, ut infra 213. In E. γένεθλα. In T. sic versus legitur: ὦ γένεθλα γεναίων τοκέων. Voci γεναίων superscripta glossa διὰ τὸ μέτρον. Inepte. Est tamen haec ipsissima lectio quam commendat Heathius, versumque dactylicam hephthemimerin esse ait, quod ei concedendum non est, nisi ostendat anapaestum in dactylico versu recipi. τοκέων meus exhibet in textu, et E. pro varia lectione, quam, ut magis poëticam, amplector; versumque sic lego:

γενέθλα γενναίων τοκέων.

cum antistrophico congruit:

νήπιος ὅστις τῶν οἰκτρῶς.

uterque dimeter est anapaesticus catalecticus, non qualis esse debet paroemiacus in regulari systemate, qui ante catalecticam syllabam anapaestum semper habet, sed quales multi reperiuntur in choricis canticis, quorum syllaba catalectica vel spondeo vel dactylo subiicitur. B. Quin magis poëticum est πατέρων, quod, tanquam insolentius, nescio quis verbo τοκέων explicavit. Ceterum Ien. quoque cod. ut T., nisi quod γενναίων exhibet. Ceterum vulgo legitur Γενέθλα γενναίων τοκέων, versu depravato, qui talis est, qualem putavit Heath. Istiusmodi errores editorum aut nunquam ego aut raro refello in his animadversionibus, emendatos illos omnes in Conspectu metrico ad calcem libri.

125. ξυνίημι. Unicum hoc esse credo apud Sophoclem exemplum correptae ι in verbo ἵημι, aut quoquam eius composito. Sed idcirco suspecta non esse debet lectio, tum ob maiorem in melicis licentiam, tum quia id alii Tragici sibi indulserunt etiam

in senariis. Vide Aeschylum S. Th. 495. Euripidem Iphig. T. 299. Hel. 1256. Sane proclive hic erat scribere:

οἶδά τε καὶ ξυνέηκα τάδ' — B.

Οἶδα — Φυγγάνει. Non est tautologia, sed repetitio magnum pathos indicans. Vid. annotata ad Eurip. Orest. 137. M. Laudat ibi M. Eurip. Phoeniss. 1374. τίν' εἶπω μῦθον, ἢ τίνας λόγους, monetque, similem rationem esse eorum, quae affirmative primo, dein negative, enunciantur, ut ἄνομα δρῶντα κ' οὐ δίκαια Iphig. Aul. 400.

Simile est, quod frequentat Homerus, Odyss. 16, 136. 17, 393, 28[1]:

Γιγνώσκω, Φρονέω· τάγε δὴ νοέοντι κελεύεις.

Callimach. hymn. in Iovem 9. — σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί cf. B. ad Oed. T. 58.

126. v. οὐδ' ἐθ. vel οὐδὲ θέλω, minus recte, quod animadvertit doctissimus Buttmannus.

131. σὺ τοι τὸν πατέρ' ἀνστάσεις. Eurip. Alcest. 1007.

τόλμα δ' · οὐ γὰρ ἀνά-
ξεις ποτ' ἔνερθεν
κλαίων τοὺς θανόντας ἄνω.

Ex Homero sumsit uterque, apud quem Achilles Priamo dicit Il. Ω. 550.

οὐ γάρ τι πρήξεις ἀκαχήμενος υἷος ἑῆος,
οὐδέ μιν ἀνστήσεις, πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθῃσθα.

Taediosus essem, si Triclinii ineptias omnes memorare et refellere vellem. Codd. omnes veteres in secundo post hunc versu habent, ut Aldus, οὔτε γόοις οὔτε λιταῖς. B.

Vett. tamen edd. οὐ λιταῖς, a quo proxime abest οὐ λύταις, quae lectio et sententiae non minus convenit, et metro strophici versus respondet melius.

134. 135. Eleganti brevitate haec dicta, quae plene sic sonarent: ἀλλὰ διόλλυσαι, ἀεὶ προϊοῦσα στενάχουσα (i. e. σὺν στεναγμοῖς) ἀπὸ τῶν μετρίων ἀλγέων ἐπ' ἀμήχανον ἄλγος. vid. ad 118.

140. ἄραρε est aoristus secundus: nam in praeterito medio secunda semper producitur. B.

Sic etiam ἀρέσκω passim apud poëtas et Platonem cum accusativo construitur. M.

De Progne seu Philomela agi, neminem latet.

141. Ιτυν γ' ἀλοφύρεται. Omissa est in veteribus codd. particula, quam Triclinius recte ob metrum inseruit. ἀτυζομένα. gl. ταραττομένη. B. Omissum γε etiam in codd. Ian. et Barocc. 1. 2. apud Iohnson.; neque opus est id addi, siquidem, ut bene observat Erfurdt, brevis syllaba in arsi versuum dactylicorum producitur.

V., insuavissimo hiatu, ᾧ Ἴτυν.

142. Διὸς ἄγγελος, Iovis nuncia Diespitris, i. e. diei patris, dei aetheris: nam sub lucem canere aves incipiunt. Longius petita est Triclinii ratio, quod scilicet paulo ante Διάσια, Iovis festum, quod mense Anthesterione, i. e. Aprili Romanorum, celebratum fuisse testatur Schol. Aristoph. ad Nub. 407, primum cantus audiatur lusciniae.

143. σέ, σ' ἔγωγε νέμω θεόν. Sic optime in membr. scriptum. Perperam vulgo σὲ δ' ἔγωγε — B.

Meliorem esse vulgatam lectionem, sensit Porson Eurip. vol. 1. pag. 131.

σὲ — νέμω θεόν. Nempe ob felicitatem, qua prae hominibus fruuntur Immortales. Electra, tristitiae et moerori indulgens, idque ut in tali rerum statu iucundissimum existimans, miram quandam felicitatem Niobae esse autumat, semper lacrimas stillantis. Deum esse vel inter deos versari, non dignitatis [semper] fastigium, sed felicitatis consummationem apud Veteres significat. Catullus 52, 1. Sapphonem imitatus: Ille mi par esse deo videtur etc. Horat. odar. 1, 1:

Me doctarum hederae praemia frontium
Dis miscent superis. — M.

Ovid. Metam. 6. de Niobe:

— — fixa cacumine montis
Liquitur, et lacrimis etiam nunc marmora manant.

143. Inepte Erfurdt, metri ignarus, ὦ ὦ παντλ. vid. G. Hermann de metris pagg. 286, 7.

145. Aldus et plerique codd. αἰ αἰ, δακρύεις. In meo αἰὲν, cum gl. ἀεί. Alteri lectioni in August. adposita nota γρ. αἰέν.

Unde lego meliori sententia, *αἰεὶ δακρύεις*. B. *Αἰεὶ δακρ.* invenisse videtur in quibusdam libris Triclinius. M., qui item praefert. Cod. Barocc. 1: *αἰ, αἰ.*

146. *οὗτοι σοί μούνᾳ*. Cicero Tuscul. III. 33. Ne illa quidem firmissima consolatio est, quamquam et usitata est, et saepe prodest: *Non tibi hoc soli.* Sane frequentissima est apud Tragicos haec moerentium consolatio. Euripides Med. 1016.

οὔ τοι μόνη σὺ σῶν ἀπεζύγης τέκνων.

Hippolyto 841.

οὐ σοὶ τάδ', ὦ ναξ, ἦλθε δῃ μόνῳ κακά·
πολλῶν μετ' ἄλλων δ' ὤλεσας κεδνὸν λέχος.

Alcestide 423.

οὐ γάρ τι πρῶτος, οὐδὲ λοίσθιος βροτῶν,
γυναικὸς ἐσθλῆς ἥμπλακες.

Vide Valckenarii Diatr. Eurip. p. 179. B.

147. v. *ἄχος*, refragante versu. Electrae dicta 115. respicit chorus. sic et 191.

148. v. *Πρὸς ὅ τι*, itidem laborante metro.

150. *Ἰφιάνασσα*. Non est eadem cum Iphigenia: nam et apud Homerum Agamemnon, anno post simulatam Iphigeniae caedem decimo, Iphianassam Achilli pollicetur, Iliad. 9, 145. Electram esse quae Homero Laodice audit, monuit iam Schol. Euripidis ad Orest. 72. M. Secus tamen illud est apud Lucretium et alios. Ceterum v. legitur *οἵα*. nostra lectio ab Erfurdtio est.

ζώει, i. e. *ἐστί*. vid. ad Oed. T. 44. extremam annotationem.

152. *ὄλβιον ὃν ἁ κλεινὰ* — Vulgo legitur *ὄλβιος*, et hic versus cum tribus sequentibus Electrae partibus contribuitur perquam absurdo errore. Si enim confideret Electra fratrem suum ita reversurum, ut his versibus declaratur, non ita moerore conficeretur, nec spem prope omnem abiiceret. Nihil magis alienum est a mente et opinione Electrae. Sunt ista revera Chori miseram virginem consolantis. Verum non ex sententia modo apparet, ineptissimam esse illam personarum divisionem, sed etiam ex eo quod totius chorici cantici oeconomiae adversatur. Quippe constat tribus strophis, totidem antistrophis, et epodo, quod neutiquam perspexit stolidus ille Triclinius, cuius

de Sophoclis metris somnia pro oraculis habuit Turnebus, et qui eum secuti sunt editores. Unaquaeque stropha et antistropha inter Chorum et Electram ita divisa est, ut utrique personae tot versus in stropha, quot in antistropha tribuantur. Hic in antistropha IX postremi versus Electrae partibus cedunt, quae in stropha IX versibus auctiores esse non debent. Egregia haec restitutio acumini debetur ingeniosi mei amici Thomae Tyrwhitti. Praeterea ego non ὄλβιος, sed ὄλβιον legendum esse contendo. Felicitatis illa praedicatio non praesens tempus, sed futurum spectat. Ineptum esset ἀχέων ἐν κρυπτᾷ ἥβᾳ, ὄλβιος — Qui *moeret*, sane *beatus* non est: sed *quem olim beatum* — sensum diserte versio exprimit. Heathium, quid velit, nescio, ἀχέων *moerens* praecedentibus contradicere affirmantem. Quin ἀκέων, quod reponi vult, ineptum esse iudico. ἀχέων legit etiam Eustathius, qui χρῆσιν hanc, ex memoria citatam, non inspecto libro, pessime interpretatur ad Homerum p. 440. B. Non ita inepta mihi quidem videtur Heathii coniectura, sed ferri potest vulgata.

Nec muto ὄλβιος, quod fortius Brunckiano ὄλβιον: nam doleat licet nunc abditus Orestes, felix tamen recte dicitur, tum, quod matrem adulteram miserumque Aegisthum ob oculos quotidie non habeat, tum magis etiam, quod rex olim Argos rediturus sit: hoc enim verba ὃν γᾶ Μυκηναίων δέξεται recte significant; haec αὐδᾶν θέμις!

154. βήματι. ἀντὶ τοῦ ὁδῷ, τομπῇ. Schol. recte. sic etiam βαίνειν interdum μεταβατικὸν est, idemque sonat quod βιβάζω, vel βαίνειν ποιῶ, ut monet Barnes ad Eurip. Electr. 94 et 1173. Euripides, eodem annotante, in Alexandra: πρόβαινε πόδα.

155. v. προσμένουσ', ex interp., quod versus indicat.

156. Cod. Ien. hic et p. ἰχνῶ, Iotacismo falsus.

159. τί ἀγγελίας ἀπατώμενον, i. e. τίς ἀγγελία ἀπατωμένη. Non male M. ad ἀπατ.: Forma, inquit, hic passiva, notio activa est. sic ἡδᾶτ' Ai. 751, αὐδωμένου Philoct. 130, ἡ παῖς ὁρᾶται Antig. 416.

162. v. Post. δ' οὐκ ἀξιοῖ φ., ex int., metro quidem pessumdato.

164. ἔστι μέγας ἐν οὐρανῷ. Sic libri omnes recte; nec quidquam ob metrum mutandum erat: versus est iambicus, ut secundus strophae. Pro chorio et iambo hîc est dactylus et anapaestus. In D. singulis versibus praefixa metri declaratio: huic versiculo adposita nota ἰαμβικόν. Nugatur Heathius, quum ait ἔστι prae suo ἔτι languere. Formula usitata est. Plautus Capt. II. 2. 63.

Est profecto deus, qui, quae nos gerimus, auditque et videt. B. Ἔστι interpretanti deberi, versus ostendit, qui est paeon. trim. catal. logaoedus: nam anapaestum pari regione, nisi in nomine proprio, Tragicorum iambicus senarius non admittit. G. Hermanno Eurip. Hecub. p. 134. placebat ἔστι μέγας οὐρανῷ.

166. νέμουσα, i. e. ἐφιεῖσα, permittens, eius arbitrio concedens. Comparari potest σοὶ νέμω τοὐμὸν μέρος, Eurip. Iphig. Aul. 500. M.

168. εὐμαρής. Tempus ipsum facile dicitur, quia facilia reddit omnia negotia, vel, Musgravio explicante, quia sensim et nullo molimine, quicquid vult, effectum reddit. Bene Anglus comparat Virg. Aen. 9, 6.

— quod optanti Divûm promittere nemo
Auderet, volvenda dies en attulit ultro.

Sic vinum laetum, tenebras tristes sexcentaque huiusmodi alia dicimus.

169. Κρίσαν, i. e. Κρισσαίαν, quomodo gens Romula, i. e. Romulea, dicitur Horatio carm. secul. 47. vid. Vechneri hellenolex. p. 184. Codd. Ien. et Barocc. 2. apud Iohns. Κρίσσαν. Crissa urbs Phocidis.

170. Suid. legit ἀνεπίτροπος, Schol. ἀνεπίστροφος quoque invenit. sed nil mutandum.

171. Manibus, velut Agamemnoni occiso, honores non persolutos immissis Furiis aliisque poenis vindicaturum Plutonem significat chorus.

176. ἀτερσί. sic bene cod. Ien., ut Stephanus emendavit. v. tamen ante B. ἄτερ σί. Codd. Barocc. 1. 2. ὡςτερσί τις.

183. γενύων. Graecis γένυς dicitur cuiusvis instrumenti ferrei acies. Hic et infra 468. ut Philoct. 1168. pro *securi* accipitur.

Eadem tralatione γνάθος cuneo tribuitur ab Aeschylo in Prom. 64. σφηνὸς αὐθάδη γνάθον. Quin etiam igni rerum omnium edaci, in Choëph. 321. φρένημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει πυρὸς ἡ μαλερὰ γνάθος. B.

185. v. δεινὰν δεινῶς· προφ. μορφάν: sed dictum oportuit, cuiusnam rei μορφάν. sic βιότου, συμφορῶν, πημάτων, δαιμονίων, μορφαὶ passim dicuntur. cf. 208. 210.

187. Codd. Barocc. 1. 2. πράσσων ὄλοιτο.

190. δείπνων. Secutus est Noster Homerum, a quo discedunt Aeschylus Agam. 1391, Euripides Orest. 25, Lycophron v. 1099. Erfurdt.

192. τοὺς ἐμοὺς ἴδε πατήρ. Sic legendum, ut versus antistrophico congruat, ὄφρα με βίος ἔχῃ. Perperam vulgo εἶδε, quod ex glossa in textum migravit. B.

193. ἀϊκεῖς. Sic scribi debuit ex metri lege. Perperam vulgo ἀεικεῖς. Tum χειροῖν, non χερροῖν legendum. Versus est anapaesticus. B.

194. τὸν ἐμὸν βίον. periphrasis personae. vid. ad Oedip. Col. 770.

196. Ald. et B. οἷς θεὸς ὁ μέγας Ὀλ. liber Ien. Turn. Steph. Canter. οἷς ὁ μέγας θεὸς Ὀλ. Vides, migrare vocem θεὸς, more glossematum. qua deleta, exsistit versus, praecedenti similis, trochaïcus dimeter catalectus, qualis et ἀντίστοιχος est, modo restitueris imperativi formam Atticam, et frustra repetitum ἄνετε deleveris: nam vulgo ibi legitur: ἄνετέ μ', ἄνετε, παράγοροι, ut p. quae verba vim habere sibi videntur, repetunt librarii. Iupiter, qui saepissime audit Ὀλύμπιος, hic ἐμφατικῶς dicitur ὁ μέγας Ὀλύμπιος, princeps deorum.

197. Ποίνιμα. gl. ἀντέκτισιν ἔχοντα. B.

199. Ἀνύειν eleganter adhibetur de rebus feliciter gestis. vid. Dawes. Misc. crit. p. 206. Valck. ad Theocrit. idyll. 18, 17. conf. Oed. Col. 1702. Eurip. Hecub. 936. — Ἔργα non sunt quaevis facta, sed facinora illustria. Hom. Iliad. *i*, 443. πρηκτῆρά τε ἔργων. Utramque vocem eadem qua hic potestate coniunxit Aeschyl. Pers. 768. M.

202. οἰκείας εἰς ἄτας, mala, quae a Clytaemnestra et Aegistho perpetiunda essent Electrae prae reliquis sororibus.

203. ἀϊῶκς. Perperam in libris ἀεικῶς, ut paulo ante ἀεικεῖς.

Hesychius: ἀϊκῶς, αἰκιστικῶς, ὑβριστικῶς, χαλεπῶς. ἀπὸ τῆς αἰκίας. B.

206. v. πολέμους· τὰ δὲ τοῖς δ., quod varie explicant. τάδε, sic, ut p.

207. Ovum ovo similius non est, quam hic versus antithetico. Est uterque dimeter trochaicus brachycatal. Perinde falsi sunt Heathius et Parisinus editor: ille πελάθειν legendum censet: hic versus antispasticos esse ait. Nimirum credidit Heathius primam in πλάθειν corripi, quod et auctore Barnesio affirmat in nota ad Euripidis Rhesum 14. verum fallitur. In illo Rhesi versu, ut et in 347. 914. 923. prima producitur. Sic etiam in Antipatri d. Epigr. XXIX.

ἀπτολέμων τάδ' ἔοικεν ἐν οἰνοπλήξι τεράμνοις
πλάθειν, οὐ Θρηϊκῶν ἐντὸς Ἐυραλίου. B.

208. In Aldina et in veteribus codd. legitur: ἐν δεινοῖς ἠναγκάσθην, ἐν δεινοῖς. Geminata praepositio a mala manu est: ea sublata concinnus fit versus tetrameter dactylicus, antithetico suo par. Inepta est Triclinii interpolatio, ἐν δεινοῖς ἠναγκάσθην δή. B.

212. ὅΦρα με βίος ἔχῃ. Sic libri omnes veteres. Sane proclivius erat in strophico versu 192. ἴδε pro εἶδε reponere, quam lectionem huiusce immutare, ut fecit Triclinius, ὅΦρα μ' ἔχῃ βίοτος. B.

213. τίνι γάρ ποτ' ἄν, ὦ Φιλία γενέθλα.

Sic edidit Aldus, ut scriptum est in membr. et aliis omnibus codd. veteribus. Versus est dimeter anapaesticus. Proinde in strophico 193. vere emendavimus Heathius et ego:

θανάτους ἀϊκεῖς διδύματιν χειροῖν.

Istis versiculis inauspicato medicam admovit manum Toupius ad Suidam II. 85. qui eos indiligenter tractavit, non inspecta ulla veteri editione. Saltem pro eo, quo erat, acumine, vidit ἀϊκεῖς legendum esse. Videat iam Parisinus editor, num fallantur, qui lectionem omnium probae notae librorum consensu nixam Triclinii naeniis praeferunt. Scripserat stolidus ille Graeculus:

τίνι γάρ ποτ' ἄν, ὦ Φίλα γενέθλα.

et in strophico versu:

θανάτους ἀεικεῖς διδύμαιν χεροῖν.

Novus noster Triclinius ista, tamquam si e tripode edictata fuissent, venerabundus amplectitur; nihil ex coniectura mutari vetat, et ἀεικεῖς per synizesin disyllabum esse pronuntiat. Ea sane dignum magistro discipulum! B. Φίλα etiam liber Ien., proclivi quidem lapsu.

214. πρόσφορον ἀκούσαιμ' ἔπος. Sic recte scriptum in membr. nonnullisque aliis, inter quos etiam est cod. a Triclinio recensitus, ita ut mendosa impressorum lectio ne illi quidem tribuenda sit. Culpa omnis in Turnebum conferenda, qui ex Aldina in suam nihil fere nisi depravationes traduxit. Ediderat Aldus, πρόσφορον ἀκοῦσαί μ' ἔπος, omni structurae violata lege: hoc Turnebus bonae codicis sui lectioni ἀκούσαιμ' praetulit. Poterat illud reponi e Suida etiam in καίρια. B. Ἀκούσαιμ' etiam cod. Ien. et edd. Brubach. Cant.

Sensus est: cui bene audiam, a quo laudabor? cf. Philoct. 697. M.

Significat virgo, se choro et cuique prudenti stultam videri, sed tamen semper dolituram.

216. vid. ad 196.

217. κεκλήσεται, i. e. ἔσται. Cf. 930, Aeschyl. Pers. 2 et 242, Choëph. 1037, quaeque praeterea congessit ad Eurip. Hecub. 625. M. Similiter usurpatur αὐδᾶσθαι. vid. Philoct. 423. Eurip. Phoen. 126:

Οὗτος Μυκηναῖος μὲν αὐδᾶται γένος,
Λερναῖα δ' οἰκεῖ νάμαθ', Ἱππομέδων ἄναξ.

218. ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι. Sic Eurip. El. 1108. ἐκ τόκων πεπαυμένη, Id. Alop. fr. 4, 2. ἐκ τρόχων πεπαυμένον, Aristoph. Ran. 1531. παύεσθαι ἐξ ἀχέων, quae loca suggessit Purgold l. l. Codex Ienensis: οὐδέποτε καμ. ἀποπ., producta syllaba extrema verbi οὐδέποτε, quod ferri quidem posset in dactylico versu: sed elegantior est vulgata.

233. δώσουσιν ἀντιφόνους δίκας. Dimeter iambicus, sic scriptus et declaratus in D. Perperam Aldus δώσουσ' — B. Anapaestus 3. sede iambici non placet; quare vulgatam tueor, quam et cod. Ien. exhibet.

235. εὐσεβίᾳ θνατῶν. Versus dactylicus. Si cum Aldo legas

σὐσέβεια, trochaicus erit. In praec. v. τ' ἂν valet τοι ἄν. B. Neque hoc emendatio necessaria. Turneb. quoque et Iohns., qui illum expressit, recte σὐσέβεια, sicut etiam cod. Ien.

237. v. αὐτῆς. Verum servavit MS. Ien.

242. Cod. Ien. εἴ τις, itidem vitio Iotacismi.

253. ἐσθήματα — ταυτὰ, i. e. vestimenta regibus solenniter gestata. Statius Theb. 5, 315. — notas, regum gestamina, vestes; et 6, 80. — cultusque, insignia regni, Purpureos. Germanic. Arat. Phaenomen.: Reges — satis religiose tunicati. Nonnus κ'. 20.

— — βασιλήϊα Φαιδρὰ τοκῆος
Δύσατο πορφυρέῳ πεταλαγμένα Φάρεα κόχλῳ. M.

257. τὸν αὐτοέντην. Haec lectio scholiastae memorata, vulgatae αὐτοφόντην praeferri digna erat. Vide Lexicon in Αὐθέντης. B.

258. ξὺν τῇ ταλαίνῃ μητρί. Idem hic significat ταλαίνῃ, ac secundo abhinc versu τλήμων. B. vid. supra ad 116.

263. τότε, *olim*. Vide notam ad Comici Lysistr. 1023. B.

266. ἔμμην' ἱερὰ, sacra quae singulis mensibus fiunt, κατὰ μῆνα, ut Suidas recte exponit. At perperam glossa ἐτήσια θύματα. Hesychius: ἐμμήνιοι, αἱ κατὰ μῆνα γινόμεναι θυσίαι. B.

Sacrorum quolibet mense pro salute civitatis factorum meminit Etymolog. M. v. Ἐπιμήνια, quocum cf. Harpocration eadem voce, ut et Hesych. v. Ἐπίμηνοι. Idem et a privatis fieri mos erat. vid. Virgil. eclog. 1, 42. [ubi vid. elegantissimus I. H. Voſs.] Horat. Od. 3, 23. Tibull. eleg. 1, 3, 34. Ipsis novilunii celebratæ esse, docent Horatius et Hesychius, quod et obscurius significat Euripidis Heraclid. 779. φθινὰς ἁμέρα. cf., si plura vis, Thucyd. 2, 4. 3, 56. Ad utra horum referas ἔμμηνα ἱερὰ, parum sane interest. M. ad Euripidis l. l.

Sed hic Sophocles, minus quidem proprie, pro festo die adhibuit, qualemcunque ob causam celebrato. Et sic Suidas: Ἱερομηνίαι· αἱ ἑορτώδεις ἡμέραι ἱερομηνίαι καλοῦνται. M. ad h. l.

275. v. φωνοῦσα, quod ineptum et superfluum merito videbatur Musgravio. Cod. Barocc. 2. ἐνειδίζειν.

286. ἡ πᾶσα βλάβη. Eadem locutio est in Philoct. 612. Sic ibidem 901. πᾶν δεῖμα. B.

287. Vertit B.: qui mulieribus stipatus pugnas conserit.

quod et ipsum ferri potest. sed acerbius deridetur Aegisthus tamquam merus moechus, qui mulieres scit vincere, non viros. Imago pugnae in re venerea frequentatur. cf. 475. Eurip. Med. 567. ἀμιλλαν πολύτεκνον.

288. Deterior est lectio, quam commemorat Schol.: Ἕ. δ' Ὀρ. προσμένουσ' ἀεί ποτε.

290. v. τέ μου, minus eleganter; nec melius B.: τ' ἐμοῦ.

294. πολλή γ' ἀνάγκη. Sic in E. At in membr. in quatuor aliis veteribus, et in Triclinii recensione πολλή τ' ἀνάγκη, cum particulae delaratione τοι. B. π. γ' ἀ. etiam cod. Ien. et vett. omnes edd.

Bene eruditissimus G. L. Spalding in literis ad me datis: Verum esse, inquit, quod Brunckius docet ad Sophocl. Oedip. Tyr. 78., in coniunctione τοι posse elidi duas vocales, testatur Plato in Cratylo, edit. Bip. vol. 3. pag. 245. C. S. p. ἦτοι quoque eliditur: vid. ad Aiac. 177.; etiam sequente vocali brevi.

307. ἀρκεῖν, ἐπαρκεῖν. Sic in Oed. Col. 242. [Fallitur B. vide l. l.] Hesychius: ἀρκεῖ, προσαρκεῖ, βοηθεῖ. B.

308. Cod. Barocc. 1. ἐπεί γ' ἄν, solita confusione.

310. Ὁμαιμον hic est adiectivum, non substantivum: ipsa enim Chrysothemis, ne dubites, ὅμαιμος; Φύσις dicitur. Sic Homerus ὁμηλικίη pro ὁμῆλιξ. Anthol. p. 313. de Minotauro:

Ὁ μιξόθηρ ἄνθρωπος, ἡ διπλῆ Φύσις. M.

311. ἐντάφια χροΐν φέρουσαν. Non igitur de assedis cogitandum, quos commemorari h. l. consentaneum esset, non de victimis, ut Brunckio videbatur ad 390, ubi vid. Purgold. cf. 426 sqq., eidem viro docto laudatos.

320. ὑφειμένη. μὴ ὅλον τὸ ἱστίον ἀναπετασάσῃ. ἀπὸ τῶν πλεόντων, οἳ πρὸς τὴν βίαν τῶν ἀνέμων οὐκ ἀντίσχουσες, ὑφιᾶσι τῶν ἱστίων. Schol.

324. v. ἐλευθ. με δεῖ, inepte, quod etiam M. sensit, qui legendum putabat σὲ δεῖ, ut recte hic significaret Chrysothemis, quae infra apertius declarat 363 sqq. et 870. Et sane id ipsum significat. sed melius haud dubie convenit μέλει, quod s. p. absque ullo personae usurpatur. vid. 4. abhinc versus. Euripides Helen. 1440.:

Οὐδὲν σὺ μεμπτὸς· τῆς τύχης μέλει μόνον.

Intell. ἐμοί. Homerus, monente ibi Barnesio: μέγα πλούτοιο μεμηλώς. Μέλειν cum accusativo rei, qualis est ξῆν, non raro invenitur. Eurip. Phoeniss. 1100. edit. Porson.

Οἶσθ', ὡς μέλον μοι καὶ τόδ', εἰ λεύσσει Φάος.

ubi τοὔδ' contra metrum multi codd.

330. ἐπεί θ' — Id est ἐπεί τοι. Perperam in Aldina ἔπειθ', quod valet ἔπειτα. — θάτερ'. Sic Aldus et veteres libri, [in his codd. Ien. et Barocc. 2. ap. Iolinson.] i. e. θάτερα, Attice, ut πότερα pro πότερον. Triclinius imperite supposuit θάτερον. Scilicet anapaestum in pari sede tragici senarii non reformidabat. B. Et sic alibi, velut ad Oed. Col. 1137, ipse B., ut inconstans est in hisce. Ceterum ἔπειθ' retinui cum Erfurdto. cf. 251.

348. Vulgo legitur:

ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοὐμὲ μὴ λυπεῖν μόνον
βόσκημα.

Qua in lectione nullus inest sensus. Nam inde is elici non potest, quem *percommodum* expressisse sibi videtur Heathius hac versione: *Id enim solum mihi pro cibo sit, ut ne me ipsa angam.* Sententia satis inepta graece sic exprimi debuisset, ἐμοὶ γὰρ ἔστω μόνον βόσκημα, τὸ ἐμὲ μὴ λυπεῖσθαι, vel τὸ ἐμὲ μὴ λυπεῖν ἐμαυτήν. Verbo activo λυπεῖν subiici debet persona in quam cadit actio, quae nisi expressa sit, tota phrasis nihil aliud quam griphus est. Heathio placet ἐμαυτὴν subintelligere: at secus videbatur auctori glossae in codd. superscriptae verbo λυπεῖν, τὸν θανόντα πατέρα. Quis diiudicabit, uter verius poëtae mentem adsecutus sit? Perinde fallitur uterque. Haud temere eruditi viri lectionem hanc mendosam esse iudicarunt, sed quod reponendum esse coniecerunt τοὐμὲ μὴ λιπεῖν, vel μὴ ἀλιπεῖν, nimis abiectum est, et ab Electrae magnanimitate alienum. Unica vocula mutata sententiam restituimus:

ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοὐμέ νιν λυπεῖν μόνον
βόσκημα.

id enim solum mihi pro cibo sit, quod eos angam. Dixerat paulo supra λυπῶ δὲ τούτους. nec quidquam aliud cupit, quam ut pergere possit eis molesta esse. B. Λυπεῖν reponendum esse,

iudicarunt Canter et Taylor ad Lysiam p. 5. maioris editionis, aliique, nec, si decuit, Chrysothemidis πλουσίαν τράπεζαν memorare, cur inopiam suam his non opponat, video. conf. 339.

349. τιμᾶς τυχεῖν. In C. E. August. λαχεῖν. Haec verba saepe commutantur. Sane λαχεῖν cum genitivo construitur, idque fere ellipsi nominis μέρος: rarius, ubi nec hoc nomen, nec ullum aliud subintelligi potest, ut Oed. Col. 429.

ἀλλ' οὔ τι μὴ λάχωσι τοῦδε συμμάχου.

Sed plerumque cum accusativo construitur hoc verbum. Proinde τυχεῖν hic praetuli, et ex hoc loco in Antig. 690. edidi:

οὐχ ἥδε χρυσῆς ἀξία τιμῆς τυχεῖν; B.

Elegantius est λαχεῖν, quod et Erfurdto placere video.

363. ἐξερῶ σοι. Sic bene Aldus, unico adstipulante codice. In aliis τοι cum superscripta glossa σοι. Si genuinum esset τοι, pro δὴ accipi deberet: nam Dorieum pronomen τοι Atticis poëtis inusitatum est. Hae voculae saepissime permutantur, quod contigisse videbimus infra v. 830. B. τοι etiam cod. Ien., quod non deterius pronomine. Particula autem est. Cod. etiam Bar. 2. τι, i. e. τοι.

364. εἰ μὴ λήξεις. Sic codd. omnes, etiam Triclinianus; perperam in impressis λήξοις. B. λήξεις etiam codd. Ien. et Barocc. 2. Iohns.

366. προσ:ψει. Eustathius p. 1839. ubi de adverbiis ἐνταῦθοῖ, ἐνταῦθα disserit, hunc locum citans κατόψει legit. B.

367. ὑμνήσεις κακά. gl. θρηνήσεις τὰς δυστυχίας. Eustathius p. 634. τὸ ὑμνεῖν φαύλως ἐκλαμβάνεται ποτὲ κατὰ βαρεῖαν ἀντίφρασιν. ΣοΦοκλῆς· ὑμνήσεις κακά· ἤγουν ὑβρίσεις. καὶ ἐν Οἰδίποδι τῷ τυράννῳ (1259.) τοιαῦτ' ἐΦυμνῶν· ἤγουν δυσΦημῶν. Αἰσχύλος (S. Th. 7.) ὑμνεῖται ὑπ' ἀστῶν Φροιμίοις πολυῤῥόθοις. Εὐριπίδης (Med. 425.) τὴν ἐμὴν ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύνην· ἤγουν κακολογοῦσαι. καὶ, ἐπεὶ ἀντάχησαν ὕμνοι· αἱ κατὰ τῶν ἀῤῥένων ὕβρεις δηλαδή. Ultima χρῆσις ex eodem chorico cantico in Medea petita, ubi legitur ἐπεὶ ἀντάχησ' ἂν ὕμνον ἀρσένων γέννᾳ. B.

370. δή με. Sic codd. omnes veteres. [in his Ien.] In impressis μοι, ut est in Triclinii recensione. Imperite sane mu-

tata fuit prior lectio, sublata Attica elegantia. Comicus Vesp. 696.

ταυτί μ' ποιεῖς, οἶμοι τί λέγεις;
κοὐκ οἶδ' ὅ τι χρῆμά μ' ποιεῖς.

Pro δὴ in Triclinii recensione est γὰρ, quod in E. a secunda manu in locum alius particulae erasae substitutum. B.

379. Barocc. 2. εὐφρονεῖν.

384. πατρὶ τιμωρούμενοι. Sic Aldus et codd. omnes, etiam Triclinianus. Turnebus, quem deinceps alii secuti sunt editores, priorem lectionem mutavit, quam scilicet soloecam arbitratus est, et quia mulier loquitur, reposuit τιμωρούμεναι. Imperite. Mulier si de se loquens verbo plurali inducitur, pronomen vel participium plurale semper masculino genere ponitur. Vide notam ad Antig. 911. B. Τιμωρούμενοι etiam codd. Ien. Barocc. 1, 2.

380. v. Χωρ. τ' ἄρ', i. e. Χ. τοι ἄρα, quod tautologiam sapit, sed quam utcunque ferrem, cum et alibi inveniatur, nisi satis appareret, elegans illud γὰρ, librariis non intellectum, loco corrumpendo ansam praebuisse, ut saepius. Sensa enim quaedam virginis, non expressa verbis, particula significat, quae sic cum antecedentibus coniuncta latine exprimas: Tu igitur non auscultabis neque consenties mihi? Quodsi mihi obtemperas, dic, ut sciam: nam pergam nunc eo, quo iter institui.

390. ἐμπορεύῃ. Perperam Aldus, ut in codice meo scriptum est, ἐκπορεύῃ. Vide ad Oed. T. 451. ἔμπυρα. Suidas: τὰ καιόμενα ἱερεῖα. Nempe Chrysothemin sequebantur famuli omnia ad sacrificium necessaria ferentes, et inter alia victimas, quales defunctorum manibus mactari solebant, quasque moris erat ad tumulum cremare. Rogata Chrysothemis, *cui victimas illas ferat*, respondet, *a matre se missam, ut patris tumulo infundat libamina.* Nempe libatio sine victima fieri non poterat, siquidem in inferiis sanguine libare mos erat, Virgilius Aen. III. 66.

inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
sanguinis et sacri pateras,

Aen. V. 77.

hic duo rite mero libans carchesia Baccho
fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro.

Inde liquet perperam in glossa τάδ' ἔμπυρα exponi ταύτας τὰς σπονδάς. B. Ἐμπορεύῃ codd. fere omnes, in his Ien. Incruentas interdum fuisse inferias, collatis infra 854. Ant. 423. Eurip. Orest. 115, nec non Oed. Col. 448, probat Purgold.

409. ἠλίῳ δείκνυσι τοὖναρ. Iphigenia in Tauris apud Euripidem 43.

ἃ καινὰ δ' ἦκει νυὺξ φέρουσα φάσματα,
λέξω πρὸς αἰθέρ', εἴ τι δὴ τόδ' ἔστ' ἄκος.

Medeae nutrix apud eumdem v. 56.

ὡς γ' ἱμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε καὐρανῷ
λέξαι, μολοῦσαν δεῦρο, Μηδείας τύχας.

Plautus Mercatoris initio:

Non ego idem facio, ut alios in comoediis
vidi facere amatores, qui aut nocti, aut dii,
aut soli, aut lunae miserias narrant suas.
quos pol ego credo humanas querimonias
non tanti facere, quid velint, quid non velint. B.

Ex more Veterum hoc fecisse videtur. cf. Euripid. l. l. Valerius Flaccus 5, 330.

Senserat ut pulsas tandem Medea tenebras,
Rapta toris, primi iubar ad placabile Phoebi
Ibat. M.

412. πέμπει μ' ἐκείνη. Sic liquido scriptum in C. D. T. meo. Minus bene ceteri et Aldus πέμπει με κείνη. Verum ista absque codicis auctoritate emendari debent. B. τ. τοῦ Φόβου χ. cod. MS. Ienensis verba τοῦ Φόβου, tanquam glossema, inter lineas tantum exhibet, in ipso versu autem τοῦ τάρβους. sed cf. 397.

413. Ab hoc versu incipit Electrae ῥῆσις in Aldina et codd. aliquot [in his Ien.], librarii manifesto errore. B.

θεῶν τῶν ἐγγενῶν, qui iura affinitatis tuentur. vid. ad Antig. 197. Iidem Nostro Oed. Col. 1298. et Platoni ὁμογνιοι θεοὶ dicuntur. Δία ξύναιμον habet Noster Antig. 649. M.

419. λουτρὰ, *libamina*, ut supra 84. ubi perspicuum est eadem significatione usurpari qua λοιβαὶ in v. 52. Huc perti-

net Hesychii glossa: χθόνια λουτρὰ, τὰ τοῖς νεκροῖς ἐπιφερόμενα. ἐκόμιζον γὰρ ἐπὶ τοὺς τάφους λουτρά. Proprie indigetantur hae appellatione aquae libationes. Dioscorides Epigr. XXXVI.

ἀλλὰ περιστείλας με δίδου χθονί· μηδ' ἐπὶ νεκρῷ
· λουτρὰ χέῃς· σέβομαι, δέσποτα, καὶ ποταμούς.

Vide Meursii libellum de Funere cap. XIV. B.

420. ἀλλ' ἢ πνοαῖσιν. Haud quidquam ineptius est Britannorum coniecturis ποαῖσιν, vel ῥοαῖσιν. Vide quae notavimus ad Oed. T. 266. Ai. 999. maxime vero Orvillium ad Charitonem p. 398., ubi egregie de hac structura disputat, qua binis substantivis verbum unum elegantissime subiungitur, quod alterutri vix, ac ne vix quidem, seorsum applicari possit, multaque ex utriusque linguae scriptoribus exempla profert, ab imperitis hominibus temere damnata vel solicitata. Duo tantum promam. Virgilius Aen. VII. 187.

Ipse Quirinali lituo, parvaque sedebat
succinctus trabea.

Lituo *succinctus* non erat; sed *instructus*, *insignis*. Formam de qua agimus ibi observarunt Burmannus et Heynius. Confer Davisium ad Ciceronem de Finibus II. 27. Pindarus Pyth. IV. 184. εἴκοσι δ' ἐκτελέσαις ἐνιαυτοὺς, οὔτε ἔργον, οὔτ' ἔπος, ὑτρά-πελον κείνοισιν εἰπών. Ubi nomini ἔργον verbum εἰπὼν non aptatur, sed extrinsecus arcessitur commodum ποιήσας, vel simile. B.

Hortatur Electra sororem, ut inferias, sibi a Clytaemnestra demandatas, vel ludibria ventis dispergat, vel, si matris reverentia hoc vetet, saltem pulveri infodiat, tanquam thesaurum illi post fata sponte perventurum. Veteres, quaecunque mortuis devovebant, terra superiniecta occultare solebant. vid. ad Antig. 195. Cuius moris origo ad opinionem fortasse referenda est, mortuorum iuris esse, quaecunque terra occultarentur. M.

421. εἰς σὺνήν. Tetigit Dorvillius ad Chariton. p. 97. M.

423. σωζέσθων. Sic in meo. Ceteri omnes, ut impressi, σωζέσθω. Illud praetuli tum euphoniae gratia, tum ob Atticam formam, de qua vide ad Ai. 100. B. Σωζέσθων etiam cod. Ien.

424. τλημονεστάτη, pessima. vid. supra ad 116. Similiter usurpantur ἄθλιος Eurip. Hercul. fur. 1386, ἄνολβος Aiac. 1120, ἀξύλης Aeschyl. Suppl. 755, μέλεος Troad. 1100, ὀλέθριος Trach. 859, τανύλης infra 519, πονηρὸς in loco Theognoti, laudato ad Aiac. 181, τάλας Hecub. 636.

427. αὐτῇ iungendum, non cum σοὶ, sed cum δέξασθαι, ut sit δέξασθαι αὐτῇ pro δέξασθαι ἀπ' αὐτῆς. Pronomini σοὶ superscripta glossa τινί. Bene. Secunda persona pro tertia incerta et indefinita. Vide not. ad Trach. 2. Neutiquam vero necesse est δέξεσθαι contra librorum omnium fidem legere. Vide quae notavimus ad Aeschyli Persas 738. et ad Euripidis Phoenissas 899. B.

Imo προσφιλῶς cum αὐτῇ construendum: benevolenter illi sive in illam, Clytaemnestram.

428. γέρα, ultima longa, non ob metri necessitatem, ut falso tradit auctor glossae in veteri cod.: μακρὸν, διὰ τὸ μέτρον, verum ob contractionem ex γέραα. Vide quae notavimus ad Euripidis Bacchas 921. sic plurale τέρα apud Apollonium Argon. IV. 1410. B. Cod. Ien. γ. τάδ' ἐν τ.

430. ἐμασχαλίσθη. Bene Grammatici μασχαλισθέντας interpretantur, quibus membrorum extremitates amputantur, et axillis cadaveris subiiciuntur. Tradunt porro, hoc ab antiquis factum esse mortui debilitandi causa, ne aeque ad homicidium ulciscendum potens esset. Quod mihi cum hoc Sophoclis loco non satis convenire videtur. Commemoratur enim μασχαλισμὸς ut causa caedi superaddita, cur Agamemnonis odium in Clytaemnestram implacabile esset; unde colligas, contumeliam potius quam homicidae incolumitatem hoc more spectatam esse. De ἀκρωτηριασμῷ, qui ad μασχαλισμὸν proxime sane accedit, clara res est: vide Hom. Odyss. χ'. 476. Apollon. Rhod. 3. 378. Virgil. Aen. 6, 496. Arrianum de supplicio Bessi, Exped. Alex. lib. 4, cap. 7. Iustin. 15, 3. M.

De ἀκρωτηριασμῷ sive ἀκρωνίᾳ cf. etiam inttpp. ad Aeschyli Eum. 183.

ἐπὶ λουτροῖσιν. gl. ἐπὶ καθάρσει. — κάρα dativus est. ὑφ' ἧς θανὼν ἐμασχαλίσθη, καὶ τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ ἐξέμαξε τὰς κηλῖδας αὐτῆς. Vel, si mavis, κἀπὶ λουτροῖσιν ἐκείνη τὰς κηλῖδας τῇ κα-

φαλῇ αὐτοῦ ἐξέμαξεν. Prior ratio magis placet, iuxta quam utriusque verbi idem nominativus est. B.

Eustath. in Iliad. τ'. p. 1237. τὰ ἐκ φαύλου φόνου ἠμαγμένα ξίφη εἰς τὴν τῶν πιπτόντων κεφαλὴν ἀνεμάττοντο. Fecisse hoc videntur homicidae, velut testantes eum, quem occiderant, proprii sceleris debitas poenas dedisse; unde phrasis: tuo capite hoc absterges. Hom. Odyss. τ'. 92. ὃ σῇ κεφαλῇ ἀναμάξεις. Croesus apud Herodotum 1, 155. ἐμῇ κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω. Eodem forte alludit Apollon. Rhod. 4, 234.

— τάδε πάντα, δαήσονται κεφαλῇσι
Πάντα χόλον, καὶ πᾶσαν ἐὴν ὑποδέγμενοι ἄτην. M.

431. v. ἆρα μὴ δοκεῖς, contrario ac locus requirit sensu: nam in hac forma ad aliud verbum μὴ refertur, ad aliud ἆρα. vid. G. Hermann ad Viger. p. 788., quem laudat etiam Erfurdt ad h. l. Neque hoc fugit viros doctos, quorum ipse Erfurdt pro μὴ reposuit καὶ, M. μὴν, Purgold πῇ. Vitio iotacismi audire visus est, ni fallor, μὴ librarius, cum μοι dictatum esset. sic ἡμὶν 477.

434. τεμοῦσα κρατὸς βοστρύχων ἄκρας φόβας. B. ad Euripidis Orest. 128. monet, in recenti luctu moris fuisse, caput ad cutem radi (Eurip. Helen. 1207), in veteri tantum summos cincinnos esse abscissos, velut h. l. Contra M. dubitat, capillorum summos apices vel deo consecrasse veteres vel mortuis honoris causa obtulisse, itaque de emendandis hisce Euripidis et Sophoclis locis cogitat. Neuter horum vel satis recte, vel omnino male; nam publice receptum fuisse usum, in veteri luctu summos tantum capillos secandi, nullo scriptorum testimonio probare potuit B., sed factum hoc esse interdum, vel his duobus Tragicorum locis conficitur. Nempe arbitror, singulorum arbitrio fuisse permissum, utram consuetudinem sequi vellent, probosque et ex animo lugentes caput ad cutem rasisse, seu recens seu vetus luctus fuerit, malos vero, qui speciem tantum prae se ferrent tristitiae, item timentes, ne quis luctum suum secus interpretaretur, summos cincinnos abscindere satis habuisse. Apte igitur Electra de mala et versuta Helena, Clytaemnestram lugente, Orest. 128:

Ἰδετε, παρ' ἄκρας ὡς ἀπέθρισεν τρίχας!

sic enim legendum, neque audiendi, qui reponunt γὰρ ἄκρας, sed coniungenda est praepositio cum verbo, ut τρίχας παραποθρίσαι, i. e. male, vafre, abscidisse, dicatur Helena. Schol. ibi: ἡ Ἑλένη, φυσικῶς οὖσα κακὴ, εἰ καὶ ἔδοξε ποσῶς τὴν ἀδελφὴν θρηνεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἀποκεκοφέναι τὰς τρίχας, ἀλλὰ πανούργως τοῦτο πεποιηκέναι λέγεται, ἐξ ὧν ἄκρας αὐτὰς ἔτεμε, τοῦτο πιστωσαμένη· εἰ γὰρ κατὰ ἀλήθειαν ἐθρήνει, πάντα τὸν πλόκαμον ἔδει τεμεῖν. Rursus, iram matris et Aegisthi veritae, Chrysothemis atque Electra capillorum apices abscindere finguntur, ne quis luctum sentiat suum inimicus. Tmesin verbi παρατίθρισεν ne mireris in senario, adi Valck. ad Eurip. Hippol. 934.

436. τήνδε λιπαρῆ τρίχα, id est τήνδε ἑκάτιν τρίχα. Sic omnino legendum, ut ex veterum criticorum commentariis, quorum meminit Scholiastes, olim lectitatum fuisse constat. Hoc iam olim reposuissem, nisi vulgatae lectioni τήνδ' ἀλιπαρῆ gravis Hesychii auctoritas patrocinari mihi visa fuisset, in glossa, ἀλιπαρῆ, αὐχμηράν, quae procul dubio huc spectat; verum deceptus et ipse fuit Hesychius menda quae antiquitus inolevit. τήνδ' ἀλιπαρῆ per metrum stare non potest. Si τήνδε γ' ἀλιπαρῆ scripsisset poëta, quae Heathii coniectura est, id multo minus facile depravatum fuisset, quam proclive fuit ex τήνδε λιπαρῆ facere τήνδ' ἀλιπαρῆ. Caussa autem mutationis fuit, quia imperitus librarius λιπαρῆ accepit pro λιπαρὰν, *nitidam*, cuius contrarium quum videret prorsus requiri, barbaram vocem excudit ἀλιπαρῆ. Nec λιπαρὴς, nec ἀλιπαρὴς pro *nitidus* et *sordidus* graeca vocabula sunt. Graecum est λιπαρὸς, prima semper brevi: ἀλίπαρος caret auctoritate; nescio an exstet uspiam. ἀλιπαρὴς, ut dicebam, plane barbarum est, et e graecis lexicis in posterum, me auctore, eximetur. In λιπαρὴς, λιπαρεῖν prima semper producitur. λιπαρὴς et λιπαρὸς, quae forma parumper differunt, sed prosodia et significatione permultum, alibi confundi observavimus. Vide notam ad Comici Lys. 673. λιπαρὴς θρίξ hic dicitur, ut infra 1348. λιπαρὴς χεὶρ, *supplex manus*. λιπαρεῖν τινα, *supplicare*. Vide Aeschylum Prom. 1012. cuius locum protulimus ad Comici Acharn. 452. B.

437. ζῶμα. Plerumque significat pallium, ut indicare vi-

detur Scholiastes. Pallia tamen mortuis oblata non temere invenias; unde probabiliter idem de zona vel cingulo interpretatur, quam ab Electra, taeniam in promtu non habenti, quippe subito oblatam occasionem celeriter arripienti, vice taeniae consecrari minime absurdum erat. M. Barocc. 2. ζῶσμα.

440. ἐξ ὑπερτέρας χερός. Sic infra 1050. καθύπερθεν χερί. Eurip. Bacch. 879. χεῖρ' ὑπὲρ κορυφᾶς τῶν ἐχθρῶν. Ἐξ pro μετὰ hic poni videtur. Nicander Theriac. 14. Ἑκορτίον, ἐκ κέντροιο τεθηγμένον. M.

442. ἀφνειωτέραις. In D. ἀφναιωτέραις, mendose pro ἀφνειοτέραις. Librario obversabatur usitatior forma ἀφνειός. Sed et altera proba est, quod ex hoc loco Eustathius observat ad Homerum p. 623. Ὅτι δὲ ὁ ἀφνειὸς δύναται καὶ ἀφνεὸς λέγεσθαι, δῆλον ἐκ τοῦ Χερσὶν ἀφνειωτέραις παρὰ Σοφοκλεῖ. οὕτω δὲ καὶ ὁ θειότερος, θεώτερος ἐν τῷ περιηγητῇ. B.

447. ἐμοί τ' ἀρωγά. Sic Aldus et codd. omnes veteres. Triclinius inepte κἀμοί τ', quod illi Turnebus relinquere debebat. B. Ἐμοί τ' etiam cod. Ien.

452. ἐπισπεύδειν. Sic Tragici exemplaria omnia. Apud Stobaeum in sermone *de Veritate* legitur etiam in codd. ἐπισπεύδει perperam. Hunc locum Toupius ad Suidam II. 133. ridicule vertit, constructione sic ordinata: τὸ γὰρ δυοῖν ἐρίζειν οὐκ ἔχει δίκαιον λόγον. Mira sane phrasis, longeque impeditior ea, unde Henr. Stephanus tam aegre se extricat in Philocteta v. 1109. Tales in senariis verborum traiectiones nusquam occurrunt. Optime sensum et structuram declaravit Grammaticus in minoribus scholiis. B.

Nempe sic grammaticus: τὸ γὰρ δίκαιον οὐ παρέχει ἀπολογίαν δυοῖν ὥστε ἐρίζειν, ἀλλὰ παρέχει δηλονότι ὥστε σπεύδειν ἐπὶ τὸ δρᾶν. Sed quis sic locutus est: τί ἔχειν λόγον τινὶ πράσσειν τι? Quin vulgatum λόγον corruptum est, atque emendandum λόγοιν δυοῖν. Eurip. Hecub. 125.

Τὼ Θησείδα δ', ὄζω Ἀθηνῶν,
Δισσῶν μύθων ῥήτορες ἦσαν.

Idem Antiopae fragm. 28.

Ἐκ παντὸς ἂν τις πράγματος δισσῶν λόγων

Ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.

Infinitiva, etiam absque articulo, pro substantivis passim usurpantur, velut h. l. ἐρίζειν et ἐπισπεύδειν pro ἔριν et ἐπίσπευσαν. Eurip. Phoen. 504.

Νῖν δ' οὔθ' ὅμοιον οὐδὲν, οὔτ' ἴσον βροτοῖς,
Πλὴν ὀνομάσαι· τὸ δ' ἔργον οὐκ ἔστιν τόδε.

Ad q. l. bene Schol.: ἤγουν ὅμοιον μὲν καὶ ἴσον ὀνομά ἐστι παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἔργον δὲ ὅμοιον καὶ ἴσον οὐκ ἔστι.

462. ὕπεστί μοι θράσος. Aldus et codd. omnes veteres θάρσος, quod salvo metro retineri poterat. Versus est dimeter iambicus brachycatal. B. Fallitur B., ut p. in rebus metricis.

463. κλύουσαν. Sic Aldus et codd. omnes, praeter antiquissimum, in quo κλύουσα librarii errore. Si quis mala re magna mactari non reformidat, taedium subeat legendi Parisini editoris notam ad hunc locum, unde nihil aliud reportabit, quam Th. Iohnsoni coniecturam, multis obrutam nugis, κλυούσᾳ. Illam in Tragicorum lectione multo tritior utroque flocci non existimat Heathius, nec ego pluris facio. Immo perplacet mihi, sic formas poëtici sermonis variari per ἀνταλληλίαν, unde nulla oritur obscuritas. Schema est, quod vocant σολοικοφανὲς, quo constructio ad intellectum, non ad verba refertur. Hic verbale positum est pro verbo: ὕπεστί μοι θαρσεῖν ἀδυτνόων κλύουσαν ἀρτίως ὀνειράτων. Vel subintelligitur verbum e proximo nomine arcessendum: ὕπεστί μοι θάρσος, ὥστε θαρσεῖν ἐμὲ κλύουσαν — Simile est in Euripidis Medea 813.

σοὶ δὲ συγγνώμη λέγειν
τάδ' ἔστι, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγὼ, κακῶς.

Ibi si legeretur, ut nihil vetabat poëtam scribere,

σοὶ δὲ συγγνώμη λέγων
τώνδ' ἔστι, μὴ πάσχουσαν, ὡς ἐγὼ, κακῶς.

geminum gemellum exemplum esset. Nihil frequentius ista casuum enallage, cuius venustas librariorum libidini saepe fuit obnoxia; at multis in locis nullo pacto obliterari potuit. In Antig. 982. legitur,

ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων, κακῷ

κλάζοντας οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ.

Quis illic offendere possit? usitata tamen syntaxis flagitat κλαζόντων, quod nullus dubito quin a quopiam librario suppositum fuisset, ni metri lex manifesto obstitisset. In Euripidis Iphig. T. 954. scripserat Tragicus:

ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε, πρῶτα μέν μ' οὐδεὶς ξένων
ἐκὼν ἐδέξαθ', ὡς θεοῖς στυγούμενον.

Imperitae librarii curae debetur vulgata lectio, ἐλθόντα δ' ἐκεῖσε. Variatur constructio, quae frequentius per genitivum absolutum fieri solet; participiumque quod hoc casu ponendum erat, casu vel recto, vel quarto effertur. Ibi ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε est pro ἐλθόντος δ' ἐμοῦ ἐκεῖσε. In Oed. Col. 1088. (?) τέκνα φανέντ' ἄελπτα, est pro τέκνων φανέντων ἀέλπτως. Et sic facile expeditur difficultas in Aeschyli loco Choëph. 408. quem post Pauwium temere solicitat, et peius adhuc corrumpit idem Sopholis Parisinus editor:

πέπαλται δ' αὖτ' ἐμοὶ φίλον κέαρ
τόνδε κλύουσαν οἶκτον.

quem ad hunc modum resolvas: κλυούσης δ' ἐμοῦ τόνδ' οἶκτον, πέπαλται αὖτέ μοι φίλον κέαρ. Parum sibi constabat Heathius idem alio in loco damnans, in alio probans. κλύουσαν apud Sophoclem defendit, apud Aeschylum mutari vult in κλύουσα: haud tamen ita absurda ratione, qua participium hoc femininum Parisinus Professor cum φίλον κέαρ connectit; sed id pro nominativo absoluto habet, hancque emendationem metrica lege confirmari arbitratur. Verum usquequaque falsus est. Nec structurae, nec metri ratione quidquam mutandum est: versus est choriambicus, ut duo sequentes. B. cf. Forsteri Index Platonic. v. Accusativus. M. cf. 921. Antig. 700. 1003.

467. v. χαλκόπληκτος. Dorismum servavit MS. Ion.

468. ἀμφάκη. Dorismum invitis libris restituï. Huc respexit Hesychius in mutila glossa Ἀμφακῆς, quae sic scribi debuit: ἀμφάκης γένυς, ἀξίνη. B.

471. ἦξει καὶ πολύπους. Sic Aldus et codd. omnes veteres. Inepte Triclinius particulam δὲ insersit, quae Heathio fraudi fuit, de huius versiculi metro disputanti. Est revera, ut strophicus, choriambicus incipiens a spondeo. B.

475. M.: Pro ἀμιλλήμαϑ', inquit, cum duo Bodleiani praebeant ἀμιλήματα, non longe quaerenda erat vera lectio, ὁμιλήμαϑ'. Sic Eurip. Helen. 1420. νυμφικὰς ὁμιλίας. Vox ὁμίλημα extat apud eundem in fragmento Antiopae apud Stobaeum serm. 36:

Κόσμος δὲ σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ·
Τὸ δ' ἐκλαλοῦν οὔϑ' ἡδονῆς μὲν ἅπτεται,
Κακὸν δ' ὁμίλημ', ἀσϑενὲς δὲ καὶ πόλει.

Item apud Platonem p. 841, A. M. Alii quoque vocem adhibuerunt. vid. lexica. Ἀμιλήματα etiam codd. Barocc. 1. 2. Sed minime inducendam puto languidiorem vocem. vid. supra ad 287.

476. πρὸ τῶνδε. Heathius legendum censet πρὸς τῶνδε. Miror eum ignorasse πρὸ saepe idem valere ac ὑπέρ. B.

πρὸ τῶνδε, ob haec. Sic πρὸ Φόβοιο ἔλωρ δηΐοισι λίποιεν, Iliad. ρ'. 667. M. Ceterum v. legitur π. τῶνδέ τοί μ' ἔχει, quod nihili. Similes soni verborum δεῖμ' et τοί μ' etiam h. l. librarios deceperunt. Bene δεῖμ' ἔχει convenit sequenti ἡμῖν, quod iunctum illis τοῖς δρῶσι καὶ ξυνδρῶσιν idem valet atque ἡμῶν τ. δρ. κ. ξυνδρ., ut modeste sceleris principum suorum participem se fingat chorus, itaque et sibi metuat.

478. Recte Schol. Ien., a Lud. Purgoldo, viro doctissimo, publicatus: ἀψεγὲς ἐνταῦϑα οὐ τὸ μὴ ψόγον, ἤτοι κατηγορίαν ἔχον λέγει, ἀλλὰ μάλιστα τὸ τολὺν δυνάμενον ψόγον ἔχειν, ἀπὸ τοῦ α ἐπιτατικοῦ.

484. Κατασχήσει. Non displiceret κατασκήψει, ut ἐργαὶ κατασκήπτουσιν Eurip. Hipp. 1436. vid. et Aeschyl. Pers. 514 et 742. Vulgata si retineatur, metaphora erit a navibus, quae κατασχεῖν dicuntur, cum terrae appellunt. M. Κατέχειν etiam dicuntur, quaecunque obtinent, valent, vigent. sic ὁ λόγος κατέχει, fama obtinet, apud Thucydidem. vid. H. Stephani thesaur. graec. ling. v. κατέχω.

485. Πολυλύτους hic et 490. retinendum esse, ex metrorum ratione intelligitur.

487. ἐκοιμάϑη. cf. Oed. Tyr. 940. Antig. 820. M. Historia de Pelope et Myrtilo, auriga Oenomai, Mercurii filio, qui, prodito domino, in mare a Pelope proiectus est, unde

agnus aureo vellere, in gregibus Atrei repertus, omnesque Pelopidarum calamitates, in vulgus nota.

488. v. πρόῤῥιζος, versu claudicante, nam ἐκ, quamvis ante liquidam, corripi posse, non adducor ut credam. Πρόῤῥιζ' etiam Schol. legisse videtur, adverbio vocem explicans: ἀντὶ τοῦ παντάπασι.

490. v. ἔλειπεν, inconcinne. Schol. Ken. ἔλιπε.

491. ἀνειμένη, libera, custodia soluta. Sic vertendum esse, ostendunt proximi 2 versus, pariaque ipsa de se Electra testatur 297, 8. — στρέφῃ pro ἀναστρέφῃ. Plato epist. 7. pag. 1284. A. ἐπὶ γῇ στρεφομένῳ. Liban. vol. 1. pag. 843. A. κατὰ τὴν πόλιν στρέφονται. M.

497. ἄρχω καθυβρίζουσα. Distinctio inter duas voces poni non debuit: est enim πρὸ ἄρχω ὕβρεως. ἄρχειν hìc valet προκατάρχειν, ut apud Homerum, ἐγὼ δ' ἦρχον χαλεπαίνων, id est Eustathio interprete p. 241. προκατῆρξα σοῦ χαλεπαίνειν. τὸ δὲ τοιοῦτον ἄρχειν, καὶ κατάρχειν λέγεται παρὰ τοῖς ὕστερον καὶ ὑπάρχειν, ἐξ οὗ καὶ ἡ ὑπαρχή. καὶ Ὅμηρος μὲν μετοχῇ αὐτὸ συνέταξεν· οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον, καὶ γενικῇ αὐτὸ συντάσσουσιν, οἷον ἄρχω ἀπειλῆς ἢ μάχης. ἔστι δ' ὅτε παθητικῶς προφέροντες, καὶ αἰτιατικὴν ποιοῦσιν ἐν αὐτῷ σύνταξιν, οἷον καὶ τὸ Κατάρχομαι νόμον βακχεῖον. Haec χρῆσις sumta ex Euripidis Hec. 681. Sic infra 527. ἄρξασά τι λυπηρόν. B.

499. v. Λ. κακῶς κλύουσα, ex interpretatione. Elegantem veramque lectionem servavit cod. Barocc. 2.

500. πατὴρ γὰρ — *Haec longe a vulgatis diverso sensu accipio*, ait Parisinus editor, et ideo accipit pessimum in modum, quem non fert sermonis indoles. Ex praecedentibus quaedam repetenda sunt: καὶ γὰρ πρὸς σοῦ κλύω, ὡς πατὴρ τέθνηκεν ἐξ ἐμοῦ. ἐξ ἐμοῦ· καλῶς ἔξοιδα. In parenthesi sunt verba οὐδὲν ἄλλο σοι πρόσχημ' ἀεί. B. Non παρενθέτως haec accipienda, siquidem sic ordinanda sunt: πατ. γάρ σοι προ. ἀεὶ, οὐδὲν ἄλλο, ὡς etc.

503. Scatet ineptissimis interpolationibus Triclinii recensio. Hic legere ei placuit εἶλε, κοὐκ ἐγὼ — Quinto post versu pro ἡ τίκτουσ', quae codd. omnium [etiam Laud. et utriusque Barocc.] lectio est, supposuit ἡ τεκοῦσ', spreta temporum ra-

tione. ὥςπερ ἡ τίκτουσ' ἐγὼ valet ὥςπερ ἐγὼ, ὅτε ἔτικτον. B. Cum Triclinio faciunt codd. Ien. et Bodl. Iohns.; sed elegantior est Aldi lectio, quam recepit B.

509. Perperam in Aldina τοῦ, χάριν τίνος — In Triclinii recensione τοῦ, χάριν τίνων. Turnebus absque ullo commodo distinctionem mutavit, τοῦ χάριν, τίνων — Perperam uterque τίνων accepit pro genitivo plurali, quum sit participium. B. τίνος etiam cod. Ien., perperam, et Laud.

511. τὴν ἐμὴν, meam, meam filiam. s. p. de cognatis, velut mox Τἀμ', Antig. 48.

512. ἀντ' ἀδελφοῦ. Sic libri omnes recte, *fratris vice*. Temere Heathius mutat in αὐταδέλφου. B. V. quoque signo (;) distinguitur post Μενέλεω, recte improbante doctissimo Buttmanno, itidemque post δίκην. Obiectio haec est.

518. δαίσασθαι. Mortem sic depingi, rariusculum est. Gratius tamen Cynegetico 347.

— totumque avidissimus Orcus
Pascitur, et nigris orbem circumagonat alis.

Seneca Herc. fur. 554. — mors avidis pallida dentibus. cf. etiam Eurip. Alcest. 857. Antipater Anthol. p. 219. — λοιμὸν, ὅλας θοινάτορα χέρσου. M. Catull. in mortem passeris:

At vobis male sit, malae tenebrae
Orci, quae omnia bella devoratis.

520. Scholiastes Bodleianus Μενέλεῳ, quod miror Musgravio placuisse.

521. κακοῦ γνώμην. Sic libri omnes. Glossa in plurimis codd. κακοτρόπου, quod olim perperam in textum intuli. B. Lectionem illam et glossam praebet etiam cod. Ien.

526. τοὺς πέλας, alios. Sic τοῖς ἐρῶσι τῶν πέλας, Eurip. Hippol. 441: iis, qui alios amant. M. Τοὺς πέλας, ἡμᾶς, ἐμὲ, ut recte Scholiastae: se enim solam intelligit Clytaemnestra. Sic Creon de se ipso Antig. 472. Similiter usurpantur ἕτερος, ibid. 678, et τις ibid. 742.

529. τοῦ τεθνηκότος γ' ὕπερ. Sic Aldina et plerique veteres codd. [in his Ien. et Laud.] Pro γε in Triclinii recensione est τε. In meo neutra particula comparet. B.

532. λυπηρὰ κλύειν. Eadem structura ac οἰκτρὰ βόσκειν in Philoct. 1135. B.

539. Πολλὰ aliud significat, aliud τὰ πολλά. τὰ πολλὰ idem valet atque apud Herodotum 2, 55. τὰ πολλὰ πάντα, pleraque omnia: nec domum enim neque in Asiam traiiciendi potestas erat Graecorum classi. vid. 548, 9. Ea vis est articuli. cf. 890. Sic diversa indicant etiam ἄλλοι et οἱ ἄλλοι. cf. Vechneri hellenolex. pag. 164, ed. Heusinger. Rarissime πολλὰ idem valet, ut Trach. 1206.

542. ἐξεκίνησεν. Heathius legendum censet ἐξενίκησεν, quod quidem August. cod. solus exhibet, sed librarii errore. Ceteri omnes codd. et Scholiastes vulgatum tuentur, quod probum est. B.

546. ὡς perperam Iohnsonus vertit *donec*, qua potestate haec particula ab Atticis numquam adhibetur. B.

550. μόλις. In D. μόγις. Significatione differre haec adverbia tradunt cum alii Grammatici, tum Thomas Mag. Sed nugantur. Promiscue adhibentur et confunduntur passim. Vide ad Thucydidem p. 470. n. 85. B. μόγις etiam codd. Ien. Laud. et Bodleian.

556. In Aldina hic et tertio post versu excusum τίθης. In aliquot veteribus libris scriptum τίθῃς, quod neutiquam solocecum est. Nam μὴ cum indicativo construitur. Exemplis quae protuli ad Comici Nubes 493. adde Euripidem Iph. A. 1545. Ione 1545. In D. subiunctivus est τιθῇς, quod ob usitatiorem structuram praeferri debet. B. τίθῃς etiam codd. Ien. et Barocc. 1. 2.

558. εἰ δίκης γε τυγχάνοις. Sic recte Turnebus edidit. Codd. omnes et Aldus habent τυγχάνεις, soloece: vide quae notavimus ad Comici Plutum 1037. Aberravit librarii oculus ad finem tertii exinde versus, ubi rectum est τυχάνεις, B. Cod. Ien. πρ. 2. γ' ἄν, εἰ δίκη γε τυγχάνοι, quod elegantius, aurique magis placet.

566. v. τοῦτ' ἐρεῖς, ὡς etc., male: nam de poena in genere sermo non est, sed de poena sic sumenda, ut caedi Agamemnonis superaddatur etiam adulterium.

571. ἰεῖς. Aldus et plerique veteres codd. ἴεις. Ceteri ἴῃς. Vide ad Oed. T. 615. B. Cod. Ien. et Turneb. ἴῃς.

573. v. ἔλ., εἰς ἡμᾶς νέμω, quomodo nemo unquam locutus est. Iotacismi et hoc vitium.

575. τοῦ τε συννόμου. In duobus codd. notae non melioris ξυννόμου. B. ξυννέμου etiam cod. Ien., quod praestat.

583. ἴδρις. vid. ad Antig. 299.

584. Homerus in Odysseae fine: μή τι καταισχύνειν πατέρων γένος. ubi haec observat Eutathius: Οτι καταισχύνει τις γένος, ὅτε κατ' ἀρετὴν ἀνόμοιος τοῖς προγόνοις ἐκβαίνει. ἐντεῦθεν τὸ τραγικὸν ἐῤῥέθη ἀντιστρόφως κατά τι σκῶμμα,

εἰ γὰρ τέφυκα τῶνδε τῶν κακῶν ἴδρις,
σχεδόν τι τὴν σὴν οὐ καταισχύνω φύσιν.

ὡς γὰρ παῖς ἐκβὰς ἀγαθὸς οὐ καταισχύνει ἀγαθοὺς γονεῖς, οὕτως οὐδὲ τοὺς φαύλους, παῖς κακῶν ἴδρις κατ' ἐκείνους γενόμενος. B.

589. καὶ ταῦτα τηλικοῦτος. Iohnsonus vertit, *idque tantula aetate*. Inepte, si quid recte iudico. Electra XXV annos ad minimum nata erat. τηλικοῦτος vox media est, et tam de maiore, quam de minore aetate dicitur B.

599. νὶν, ista. Sic et Eurip. Bacch. 979, Helen. 1561, et Oed. Tyr. 850. plurale est. M. Malim tamen Σύ τοι λέγεις νυν, i. e. σὺ τοίνυν λέγεις, nam νιν fere melicis reservatur.

602. θράσους ἀλύξεις. Eadem constructio est Antig. 481, Oppian. Halieut. 3, 104 nec dissimile est τῆς νόσου πεφευγέναι Philoct. 1018. M. Cod. Ien. μόλοι, vitio itidem Iotacismi.

603. μεθεῖσα. In C. παρεῖσα. gl. ἐνδοῦσα. B.

611. δειμάτων ὧν νῦν ἔχω. Sic Aldus et codd. omnes veteres praeter C. in quo ἃ pro ὧν, quod et Triclinius praetulit. Supra 416. ὧν ἔχεις, 738. ὧν ὅτῳ', metri lex ne mutarentur obstitit. Vide quae notavimus ad Comici Vespas 907. B.

612. Φοῖβε προστατήριε, Phoebe, ante aedes stans. Hesych. Ἀγυιεύς· ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστὼς βωμὸς, ἐν σχήματι κίονος. Plura ibi dabunt inttpp. M.

613. κεκρυμμένην βάξιν. Non putem, Clytaemnestram submissa voce haec eloqui, ut audire Electra non posset, sed β. κεκρ. vocare, quod mentem suam verborum ἀμφιβολίαις occul-

tarè studeret. Mox enim dicit, non sibi expedire πᾶν ἀναπτύξαι, i. e. totam rem dilucide enarrare. M.

619. τῇδε νυκτί. s. codd. Laud. et Bodl., bene, quia iam ictu gaudet vox gravior τῇδε. Ceteri νυκτὶ τῇδε.

620. δισσῶν ὀνείρων. Somnia quaedam, ad maiorem rei fidem faciendam, repetita fuisse traduntur. Cic. de Divin. lib. I, 25 et 26. M. ad 403. Cf. etiam Valer. Maxim. Dict. Fact. memorabil. lib. I. cap. 7. §. 7. Roman. et §. 10. extern.

Λύκει' ἄναξ. Saepius hoc nomine Apollo invocatur, tanquam averruncus deus. vid. Aeschyl. Sept. adv. Theb. 145, ibique Schütz, item supra ad 6.

621. πέφηνεν. Scholiastes minus bene legit πέφυκεν. Glossema est genuinae vocis, cuius locum etiam invaserat in Aeschyli Prom. 111. B.

624. Cod. Barocc. 2. βουλεύσουσιν, quod minus forte.

628. τέκνων ὅσων. Substantivum relativo accommodatum: verbum enim requireret τέκνοις. s. p. Legitur quoque v. συμμεροῦσα, minus gratę verborum constructione. quod sensit Erfurdt.

632. πᾶσιν ἡμῖν. Cum se ipsa et Aegisthum singillatim nominare non audeat, pro omnibus se deum apprecari fingit.

637. ἥκασας. Vulgo εἵκασας. Atticam formam reposui. Vide notam ad Comici Nubes 350. B.

639. πρέπει ὡς τύραννος εἰσορᾶν, *decora est videri ut regina*; id est *reginae similis est*. Hoc significatu frequentatur verbum πρέπω. Pindarus Pyth. II. 69.

εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ
πρέπεν οὐρανίᾳ
Ζυγατέρι Κρόνου.

Euripides Bacchis 905.

μορφῇ δὲ Κάδμου Ζυγατέρων πρέπεις μιᾷ.

Ibidem 1177.

πρέπει γὰρ, ὥστε θηρὸς ἀγραύλου φόβη.

ut hic πρέπει εἰσορᾶν, sic apud Aeschylum Suppl. 727.

πρέπουσι δ' ἀνδρες νήϊοι μελαγχίμοις
γυίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ἰδεῖν.

ubi πρέπουσιν ἰδεῖν, *conspicui sunt*. B.

643. Ἐδεξάμην τὸ ῥηθὲν, accipio omen. Omen est, quod a paedagogo dictum erat, se ἡδεῖς λόγους afferre. Clytaemnestrae, somniis perturbatae et sollicitae, optime convenit haec exclamatio. M.

646. ὁποῖον codd. Ien. et Bodlei. apud Iohns., ut omitti solent initiales versuum literae.

649. οἳ ἐγώ. Sic praestantissimi e veteribus codd. absque elisione, ut Ai. 782. et passim. Eadem est ratio, quae in τί ἐστι; τί εἶπας; de quibus vide ad Philoct. 713. 891. et quae notavimus ad Aeschyli Persas 515. B. Satius videtur tamen, ι literam elidi.

651. τότε, *dudum*. In Triclinii recensione scriptum νῦν τε καὶ πάλαι λέγω. altera superscripta lectione. Illa in August. quoque nostrae superscripta. B. Est quoque in Turn. ad marg.

657. πρόσχημα, inquit Budaeus, *decus* significat *et rem visendam*. Herodot. L. V. 28. καὶ δὴ καὶ τῆς Ἰωνίης ἦν πρόσχημα Μίλητος. Eadem significatione simplex σχῆμα adhibet Euripides Andromachae initio:

Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις.

Ἑλλὰς ἀγὼν, *conventus Graecorum*. ἀγὼν *certamen* hic non significat, quod non animadvertens Oudendorpius ad Thomam M. in πρόσχημα, ἀγῶνος cum sequentibus iungit, ἀγῶνος Δελφικῶν ἄθλων χάριν. Adiective sumitur Ἑλλάδος, ut Philoct. 219. B.

V. legitur: Ἑλλάδος πρόσχημ' ἀγῶνος, Δελφικῶν ἄθλων χάριν. Sed audiendus M. Honestius enim est, inquit, propter certamen et praemia Delphica, quam, quod vulgata duntaxat dicit, propter praemia Delphica.

Triclinius: πρόσχημα, εἶδος, καλλώπισμα, λέγει δὲ τοὺς Δελφούς.

661. Vulgo legitur, δρόμου δ' ἰσώσας τῇ φύσει τὰ τέρματα. Quod quid sit, nemo adhuc diserte potuit exponere. Quae in scholiis afferuntur explicationes sunt futilissimae. Cursus qui δολιχὸς appellabatur, diu post heroïca tempora in usu fuit. Huius de mensura non convenit inter criticos. Probabile est fuisse XXIV stadiorum. Verum utut fuerit, quis credat poëtam tam obscuro aenigmate significare voluisse, tot stadia Orestem cucurrisse, quot annos tum esset natus? Quid

ostendit Φύσιν hìc *aetatem* significare? glossa ἦγουν δραμὰν ἁρμοδίως τῇ αὐτοῦ Φύσει nihil expe'it. Unius literae mutatione sententiam restituit Musgravius felici coniectura ad Euripidis Phoen. 1135. proposita:

δρόμου δ' ἰσώσας τῇ ἀΦέσει τὰ τέρματα.

Eadem laus Oresti tribuitur, quam cursori Ariae impertit Antipater Sidonius Epigr. XXXIX.

ἢ γὰρ ἐΦ' ὑσπλήγγων ἢ τέρματος εἶδέ τις ἄκρου
ἧΐξεον, μέσσῳ δ' οὔπετ' ἐνὶ σταδίῳ.

Is sane sciebat, quid esset τὰ τέρματα τοῦ δρόμου ἰσοῦν τῇ ἀΦέσει, *metam carceribus cursu iungere*. Librario fraudi fuit elisio τῇ 'Φέσει, quod quum non caperet', notius substituit Φύσει. B.

Antipatri epigramma laudat etiam M., Suidaque hunc locum: ἀπὸ γραμμῆς· οἷον ἀπ' ἀρχῆς· ἐκ μεταΦορᾶς τῆς τῶν δρομέων ἀΦετηρίας καὶ γραμμῆς, ἣν ἄΦεσιν καὶ βαλβίδα καλοῦσιν. Sensus est: metam carceribus pernicitate adiungens. Sic illo.

664. τοιάδ' ἀνδρὸς ἔργα. Hoc est codicis mei lectio, quam vulgatae τοιοῖδ' praefero. In T. superscripta varia lectio ἐργ' οὐδὲ κράτη, quam D. in contextu exhibet. Glossa, τοιαῦτα ἔργα καὶ κράτη ἀνδρὸς, τοιαύτας ἀνδραγαθίας, ἢ τοιαύτην ἰσχύν. quae explicatio ad nostram lectionem refertur. Eam descripsi e cod. C. qui tamen in textu habet τοιοῖδ'. B.

665. βραβῆς. Vulgo βραβεῖς. Vide ad Oed. T. 18. Quae sequuntur verba δρόμων διαύλων πεντάεθλ', non carent difficultate. Intelligenda sunt, tamquam si scriptum esset, ὅσων γὰρ ἀγώνων νενομισμένα πένταθλα οἱ βραβεῖς εἰσεκήρυξαν, τούτων — Pro ἀγώνων posuit δρόμων διαύλων, quia *cursus* certaminum est nobilissimum: quamobrem in omnibus ludis primum hoc committebatur, et signabantur singulae Olympiades athletae nomine, qui stadio vicerat: itidem *Quinquertii* pars erat nobilissima *cursus duplicati stadii*, huiusque certaminis nomine ceterae quatuor *Quinquertii* partes synecdochice continentur: ἀπὸ μέρους, ut aiunt, τὸ ὅλον. Orestes hìc fingitur primum vicisse *stadio*, postea eodem die *pentathlo* certasse, qua in commissione quinque coniunctorum certaminum, victor omnium renuntiatus est. Idem contigit Xenophonti Corinthio, cuius laudes cecinit Pindarus Olympion. XIII. Exstat vetus Epigramma εἰς τὸ πένταθλον apud Eu-

stathium p. 1520. et in Analectis nostris T. III. p. 247.

ἅλμα ποδῶν, δίσκου τε βολή, καὶ ἄκοντος ἐρωή,
καὶ δρόμος, ἠδὲ πάλη· μία δ' ἔπλετο πᾶσι τέλευτή.

Verti debuit: *Quorumcumque enim certaminum a ludorum arbitris inducta fuere pro more quinquertia, horum* etc. B.

Brevius πένταθλον descripsit Simonides hoc versu:

Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην.

Ceterum cod. len. ὅσον, sed a seriori manu adscriptum ὅσων.

666. V. πεντάεθλ', ἃ *νομίζεται*, versu elumbi. M.: Legendum et distinguendum:

Δρόμων, διαύλων, πένταθλ' ἃ νομάζεται,

i. e. ἃ ὀνομάζεται. Reliquorum certaminum natura ex nomine cognoscitur; non item pentathli. Hinc paedagogus, eorum quae pentathla vocantur; more hominum, quibus in sermonem nomen paulo insolentius incidit. Δρόμον a Diaulo diversum esse, ostendet, si cui dubium id est, Pindarus Olymp. 13, antistr. 2.

Sic M. Sed nemini placeant ἀσυνδέτως composita δρόμων et διαύλων, nec male B. explicasse mihi videtur δρόμων, nisi quod διαύλων pro διαυλίων dure accipit. Scripsi igitur δρόμων διαύλου, certaminum stadii, quomodo Eurip. Troad. 834. γυμνασίων δρόμοι dicuntur, et ᾗ νομίζεται, sicut et ὡς νομίζεται, ὥσπερ νομίζεται, frequentantur eodem sensu. cf. 906, et Oed. Colon. 1557. Πένταθλ' etiam Schol.

674. τέλλοντος. gl. ἀνατέλλοντος. B.

676. v. Ἀχαιὸς, ex interp. Sequor Barocc. 1. 2.

678. Θεσσαλὰς ἔχων. In D. ἄγων, quae lectio in T. alteri superscripta.

680. Μάγνης. Lydusne fuerit, Ion, an Thessalus, incertum: nam 3 dantur Magnesiae: sed Ionem vel Lydum puto, ut etiam ex Asia fingatur aliquis affuisse.

681. Αἰνιάν. et infra 699. Αἰνιᾶνος. Perperam Aldus et plerique codd. habent Αἰνειὰν et Αἰνειᾶνος, ut scriptum est etiam in Triclinii recensione. In meo emendate Αἰνιὰν, Αἰνιᾶνος, quod adserit Eustathius ad Homeri catalogum p. 335. Vide Stephanum Bysant. in Αἰνία — λεύκιππος perperam ab editoribus acceptum fuisse videtur pro nomine proprio. Epitheton est, quo Stesichorum usum fuisse docet Eustathius p. 524. B.

Aenianes, qui Homero Il. 2, 749. Ἐνιῆνες audiunt, populus Epiri.

Haec adumbrata secundum scriptorem Iliadis libri 23. Dacier.

683. δέκατον ἐκπληρῶν ὄχον, decem curruum numerum explens: an potius decimum currum implens, i. e. ipse suo corpore obtinens. Iudicet lector. M. Facilior haec ratio priore. conf. Eurip. Orest. 54.

688. cod. Bodl. ἐκ δέ.

691. Codd. Ien. et Barocc. 2. ὑπερβάλῃ.

694. ἤφριζον — Hinc Virgil. Georg. 3, 111.

— humescunt spumis, flatuque sequentum. B.

695. Ad laevam erat meta. Verbotenus haec desumta esse ex Iliadis libro supra laudato, monet Dacier.

ἔχων. Ab hoc participio regitur σύριγγα. Constructio est: ἔχων σύριγγα ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτην στῆλην ἔχριμπτ' ἀεί. Conf. annotata ad Philoct. 301. M. Schol. Ien.: λίθοι ἦσαν [αἱ στῆλαι] κυβοειδεῖς, γράμματά τινα ἔχοντες ἐγκεκολαμμένα. ἐσχάτην δὲ λέγει, ἐπεὶ καὶ ἄλλαι ἦσαν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ δρόμου. cf. minora Schol. et Fasold. Ἱερολογίας Graecor. decad. 1. vid. etiam ad 719.

709. ἐκ δ' ὑποστροφῆς, et in reflexione. Sic ἐκ νυκτῶν in nocte, Theaetet. Anthol. p. 211, ἐκ ποδὸς Theocrit. 7, 6. ἐκ τόξων Philoct. 694, ἐξ ἀσιδήρου χειρὸς Anthol. p. 38. Cf. Philoct. 91. 1050. M. Sic et 755 ἐξ ἡμέρας, interdiu, 1030 τὰ ἐκ δόμων, res domesticae, τὸ δ' ἐκ τυράννων regum genus, Antig. 1038. ἐξ ἀκινήτου ποδὸς pro ἀκινήτῳ ποδὶ Trach. 856.

701. τελοῦντες, non ad solum Aenianem, sed etiam ad Barcaeum refertur. Nam Aenian non agebat simul sextum et septimum cursum; sed quum is septimum ageret, sexies iam circumacta meta, tum Barcaeus sextum cursum agebat, sicque adversis frontibus in se invicem impegere. Est itaque τελοῦντες nominativus pendens, vice genitivi absoluti. ἐκ δ' ὑποστροφῆς μέτωπα συμπαίουσι Βαρκαίοις ἅρμασι, τελούντων αὐτῶν ἤδη ἕκτον καὶ ἕβδομον δρόμον. In fine versus 700. comma poni debuit. In curulibus certaminibus duodecies circa metam flectebantur equi. Inde curules victorias Pindarus appellat ἄνθεα τεθρίππων δυωδεκαδρόμων: et metam, δωδεκάγναμπτον τέρμα δρόμου ἵππων. B.

702. συμπαίουσι. Mendose Aldus συμπταίουσι. B. ὄχοις, equis, ut bene Heath, ostendens etiam ex fragmento Phaëthontis, ὀχήματα equos significare. Adde Eurip. Ion. 1170. M. Βάρκη πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Πτολεμαΐς καλουμένη. Schol.

709. ὑστέρας ἔχων.] Aldus et codd ad unum omnes ὑστέρας δ' ἔχων. Melius esset cum Heathio legere ὑστέρας τ' ἔχων. Verum neutra particula opus est, nec ullam adgnoscit August. codex, quem hic sequimur. Librarius de suo infersit δὲ, ob praecedens μέν. Vide ad Trach. 830. Reduplicatio est, quales iam multae observatae fuerunt, in ἔσχατος ἥλαυνε, ὑστέρας ἔχων πώλους, antiquam simplicitatem redolens. Sic in Euripidis Andromacha 393.

ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν ἀφεὶς,
πρὸς τὴν τελευτὴν, ὑστέραν οὖσαν, φέρῃ.

Ibi voces ὑστέραν οὖσαν sine ullo sententiae detrimento tam bene omitti poterant, quam hic voces ὑστέρας ἔχων πώλους. Faceta est coniectura Parisini Editoris:

ἥλαυνε δὲ ἄνατος μὲν, ὑστέρας δ' ἔχων —

Hominis temeritatem satis mirari nequeo, qui Tragici Graeci emendationem in se suscipit, paremque se huic negotio putat, et tamen ignorat, talem hiatum, qualis in δὲ ἄνατος est, totius theatri sibilis excipiendum fuisse, nec unicum in superstitibus omnibus Atticae scenae reliquiis exemplum esse, quo defendi possit. Scriptum oportuisset ἥλαυνε δ' ἄνατος, et tum claudicaret versus in secundo pede. B.

Etiam codex Ien. ὑστέρας δ' ἔχων.

Non de nihilo est illud δὲ post ὑστέρας. unde colligas, adiectiva duo diversa potestate opposita inter se fuisse h. l. Vide an rem tetigerim. ἄσχετος, μένος ἄσχετος, Orestes dicitur, ut 672. ἰσχύων. Ipse vigebat, sed equi tardiores erant. Etiam Musgravio scrupulum iniecit locus, in quo v. legitur ἔσχατος pro eo, quod nos reposuimus, ἄσχετος. Legendum, inquit, fortasse εὐσφύρους [pro ὑστέρας], bonis talis praeditos. Ratio sc. hic reddenda erat spei, quam de se excitaverat Orestes [atque hoc ante reportatis victoriis effecerat], qui, paedagogo teste, τῷ τέλει πίστιν ἤνεγκεν, fiduciam de fine certaminis fautoribus suis dedit. Εὔσφυρος epithetum est onagri Oppian. Cyneg. 3. 183.

713. καξισώσαντε ζυγά. Sic bene in scholiis legitur. Tragici exemplaria pluralem pro duali habent, qui hic elegantior est. B. vid. ad A. 133.

714. τότ' ἄλλος. Sic membr. et plerique codd. etiam is qui Triclinii recensionem habet. Turnebus tamen pravum πότ' ex Aldina retinuit. Correlativa sunt τοτὲ, ἄλλοτε. Hoc, quia fere geminari solet, vel alteri cognatae significationis adverbio opponi, infra v. 727. ubi solum absque correlativo ponitur, erudito Heathii amico suspectum fuit. Pro ἄλλοτ' οὐρανῷ coniecit ἀλλὰ τοὐρανῷ, quod equidem cum eo non accipiebam pro τὰ, sed pro τῷ οὐρανῷ. Verum coniecturae non est locus. E praecedenti Φορούμενος πρὸς οὖδας satis intelligitur, impliciti loris cadaveris crura modo in solo porrecta fuisse, modo sursum iactata. B. τότ' etiam codd. Ien. Laud. Barocc. 1.

719. Dignum est, quod transscribatur, scholium ad h. l. codicis Ienensis, primo vulgatum a Fasoldo l. l. ad 695. decad. 1. Fest. 1. n. 17. Στήλην ἄκραν. Ὅτι ἐν τῷ σταδίῳ, ἐν ᾧ ἠγωνίζοντο, τρεῖς ἦσαν στῆλαι, κίονες κυβοειδεῖς. ἡ μὲν πρώτη περὶ τὰς ἀρχὰς, ἡ δευτέρα περὶ τὰ μέσα, ἡ δὲ τρίτη περὶ τὸ ἄκρον. ταύτας περιήρχοντο οἱ ἀγωνιζόμενοι. καὶ ἡ μὲν πρώτη εἶχε γράμματα ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους. ΑΡΙΣΤΕΤΕ· ἡ δὲ μέση ὁμοίως, ΣΠΕΥΔΕ· ἡ δὲ τρίτη, ΚΑΜΨΟΝ. εἶτα ἐπὶ τοῦ ἑτέρου μέρους τὰ αὐτὰ ἦσαν ἐπιγράμματα. ἡνίκα δὲ τοὺς τεταγμένους ἐπεπλήρουν δρόμους, τὴν τελευταίαν στήλην φθάσαντες, διέλυον τὸν ἀγῶνα.

Antiquum hunc pannum censeo cum Purgoldo; quanquam censor Purgoldii libri in *Neue Bibliothek der schönen Wissens. und Künste* 67. *Bd.* 2. *St.* non inepte dubitat, de omnibus haec Graecorum stadiis an potius de solo Delphico accipienda sint.

726. v. λαγχάνει legitur pro τυγχάνει, quae lectio, a Scholiasta commemorata, elegantior est, itaque glossemati λαγχάνει locum dedit. Recte animadvertit M. quoque, τυγχάνειν accusativum, quanquam rarius, adsciscere. vid. Eurip. Phoen. 1709. Oedip. Tyr. 685.

732. κήαντες. Sic Aldus et veteres codd. omnes, partim ut edidimus, partim cum ι subscripto κῆαντες. In C. a prima manu scriptum fuerat καίαντες. In Triclinii recensione est κείαντες. Homerica forma est ἔκηα, unde participium κήας. Magis Atti-

cum videri possit κέαντες, quod in Euripidis Rheso ex codd. auctoritate restituit Musgravius:

ἀλλ' ἐκκέαντες πύρσ' ἐπ' εὐσέλμων νεῶν.

Vide Piersonum ad Moeridem pag. 231. B. κήαντες etiam codd. Ien. Laud. Bodl. Bar. 2.

733. μέγιστον σῶμα δειλαίας στοδοῦ, i. e. δειλαίαν στοδὸν μεγίστου σώματος, ut recte explicat vetus Scholiastes; antiptosis enim est. quod minus advertens M., legebat δειλαίας στοδούς: occurrere enim huius nominis plurale in versu Sotionis apud Athenaeum lib. 8. p. 336. F.

735. ἐκλάχῃ cod. Ien. cf. laudatum Purgoldo, Dawesium Miscc. critt. sect. 3. p. 82. sqq. et B. ad 57. v. male ἐκλάχοι.

745. δεινὸν τὸ τίκτειν ἐστίν. Comicus in Lysistr. 884. οἷον τὸ τεκεῖν. Vulgo legitur οὐδὲ γὰρ κακῶς πάσχοντι. Nimis languidum est istud γάρ. Pro τίκῃ Triclinius habet τέκοι, quod in D. superscriptum. Vide not. ad Oed. Col. 372. B. γὰρ etiam cod. Ien., quod restituendum esse, vidit Purgold.

757. Διῆγε, ut ὁ δὲ διάγει με πολὺν ἤδη χρόνον Philostrat. Vit. Apollon. lib. 3. cap. 38. Idem lib. 5. 42. διήγετο pro ἐτρέφετο, sc. μελιτταύταις διήγετο καὶ ἄρτοις. M.

758. νῦν δὲ — νῦν ἔκηλά που. Intermedia in parenthesi sunt. Eleganter repetitur, ut saepe, adverbium νῦν: sed addita posteriore loco particula δὲ venustatem omnem sustulerat. In D. scriptum νῦν δὴ 'κηλα που, quod vulgato melius non est. B.

765. ἆρ' ἔχει καλῶς. v. interrogationem hanc putant, opinor, quia longam τοῦ ἄρα priorem syllabam poscit versus, nec coniunctionis ea syllaba produci, itaque circumflexu gaudere, posse videbatur. quod dudum refellit d'Orville Vann. crit. pag. 227., Valck. ad Phoen. 569. Acerbissimi plena doloris, ironice haec dicit Electra, sicut nostrates fere: *Nun es ist schon gut.* Similiter peccatum etiam 791. Sensit hoc etiam Astius.

766. i. e. Οὐ σὺ καλῶς ἔχεις, ὡς ἔχεις (cum adhuc vivas), κεῖνος δὲ καλῶς ἔχει, ὡς ἔχει (cum perierit).

767. Νέμεσι. Sic Aldus et praestantissimi e veteribus codd. In aliis Νέμεσις. τοῦ θανέντος iungendum cum Νέμεσι, non cum ἄκουε. Ineptum scholion, quod ad hunc versum vulgavit Iohnsonus, consulto omisimus. B. Νέμεσι codd. Ien. et Bodl.

Recte, me iudice, M. retinendum censet Νέμεσις, collatis Eurip. Iphig. Taur. 929, Helen. 1419. Exquisitior est nominativus, gravioresque iam in re gravi ad aures accidit versiculus, qui v. meris iambis cum uno tribracho decurrit. Νέμεσις etiam Schol. Ien. et Triclinius.

772. πολλῶν ἂν ἥκοις. Perperam in August. et in Triclinii recensione ἥκεις. In E. εἶης, quod e glossa quam edidimus, ortum. B.

775. κατ' ἀξίαν MS. Ien., qui pro glossa habet vulgatum κάταξίως. Illud vero proximum.

789. Perperam vulgo distinctum καὶ πατρὸς ἥδη. Particulae ᾗ δὴ in unam vocem librarii errore coaluerant. B. Verisimilius, ni fallor, nos.

703. Dawes Misc. crit. p. 261, Atticis negans ἔσεται, nedum ἔσσεται permissum esse, corrigit ἔσομαι ξύν., itaque arsi privat τὸ ξύν.

794. v. αὐανῶ. sed vid. ad Phil. 928.

796. ἦν θάνω. Sic optime legebat Scholiastes, quem vide ad v. 934. Tragici exemplaria habent ἦν κτάνῃ. Quanto praestantior sit nostra lectio, ex membrorum diserta oppositione apparet: χάρις ἦν θάνω, λύπη ἐὰν ζῶ B.

798. Hic versus et tres sequentes vulgo tribuuntur Choro, manifesto errore. Ab Electra eos proferri debuisse liquet ex Chori subiecta admonitione μηδὲν μέγ' αὔσῃς, quae ad ista Electrae verba refertur. Inepte Iohnsonus vertit, *ne altum nimis clamaveris*. Recte glossa: μηδὲν ἀπρεπὲς εἰς τοὺς θεοὺς εἴπῃς. Vide scholia ad Ai. 386. B.

Electrae Mudgius quoque haec attribuebat, tanquam ipsi, summa desperatione affectae, magis quam choro convenientia. At bene observat M., versu 797. ῥῆσιν suam rectius terminare virginem, utpote quae, omni deinde usu loquelae omisso, mortem oppetere decreverit. Quae enim, inquit, hoc de se professa erat:

Λύπη δ', ἐὰν ζῶ, τοῦ βίου δ' οὐδεὶς πόθος,

an ab ea statim obiurgari deos expectes? Choro contra, prosperis impiorum rebus, Electraeque immerentis infortunio, indignanti, optime quadrat huiusmodi exclamatio.

800. κρύπτουσιν, obscurant, i. e. negligendo obsolescere et obscurari sinunt. Raro scelera, frequentius paulo res honestae factaque egregia, κρύπτεσθαι dicuntur. vid. ad Oedip. Colon. 262. M.

801. v. αἰ bis legitur, obscurato metro.

802. Μηδὲν μέγ' ἀΰσῃς. Interpretatur Heath, quem sequitur B.: ne insolenter quidquam contra numen dicas. Et sic quidem μηδὲν μέγ' εἴπῃς Ai. 375, quibuscum M. confert Theocrit. idyll. 10, 20. Virgil. Aen. 10, 547. Verum si hoc voluit chorus, quamne spem subdidisse dicitur Electrae 803? Nempe nulla in hisce. ita declaratis, nec spes inesset, nec consolatio. Quare sentio cum Musgravio, non contemnendam esse Iohnsoni versionem, ut tacere iubeatur virgo regia, quasi non ita gravis sit doloris causa, spesque minime abiicienda. Μέγα s. p., monente M., ab Homero cum verbo ἰάχω coniungitur; μηδὲν autem pro adverbio μὴ accipiendum. vid. Suid. in μηδὲν μακράν.

803. τῶν. Unus Orestes intelligitus. p. cf. 907.

804. v. κατ' ἐμοῦ, minus bene: nam si nova oratio inciperet in verbis Εἰ τῶν φανερῶς, coniunctio ὡς vel similis quaedam addenda fuisset. Ut nunc se locus habet, adstruenda haec τῷ Ἀπολεῖς, —. Ἐπεμβαίνειν genitivum, dativum et accusativum cum praepositione assumit; at ἐπεμβαίνειν κατὰ τινὸς metaphoram corrumpit, neque usquam, ni fallor, legitur.

806. ἕρκεσι κρυφθέντα γυναικῶν, *mulierum laqueis irretitum, captum, obrutum.* Allusio esse possit ad monile Eriphylae datum. Addita in Aldina et in codd. vox ἀπάταις a mala manu est et eiici debuit: tam sententiae inutilis est quam metro. B. Ἀπάτ. glossema est verbi ἕρκεσι. Cod. Ien., ut B.

κρυφθέντα. Amphiaraum in profundum terrae specum demersum non male depingit haec vox. Oraculum Alcmaeoni datum apud Athenaeum 6, p. 232, F.

— — — ᾧ ποτε μήτηρ
Ἀμφιάρεων ἔκρυψ' ὑπὸ γῆν.

Nec aliter Alcaeus in Anthol. p. 254. de naufrago quodam: σῶμα δὲ πόντος ἔκρυψ'. Videtur tamen vox κρύπτεσθαι de quovis genere mortis poëtis in usu fuisse. cf. hui. fab. 828. Eurip. Bacch. 955. Diotimus Anthol. p. 208.

Δέσβον ὁ λυσιμελὴς ἀμφεκάλυψ' αἴδης.

An et huc pertinent Hesychiana illa: Κρύβες, νεκροὶ, Κροβησία, νεκυσία, Κρυβήτας, τετελευτηκέτας? M.

808. πάμψυχος ἀνάσσει. Cicero de Divinatione I. 40. Amphiaraum autem sic honoravit fama Graeciae, Deus ut haberetur, atque ut ab eius solo, in quo est humatus, oracla peterentur. πάμψυχος glossa exponit ζῶν, recte, ὁ κατὰ πάντα τρόπον ζῶν. Nempe quia, ut Homerus ait de Tiresia,

τῷ καὶ τεθνηῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια
οἴῳ πεπνύσθαι· τοὶ δὲ, σκιαὶ ἀίσσουσιν. B.

809. Haec v. sic exhibentur:

ΗΛ. Φεῦ.
ΧΟΡΟΣ. Φεῦ δῆτ'. Ὀλοὰ γάρ.
ΗΛ. Ἐδάμη.
ΧΟΡ. ναί.

M., aliquanto melius, ut chorus dicat, quae consolatoria sunt, Electra, quae tristia:

ΗΛ. Φεῦ.
Φεῦ δῆτ'. ΧΟ. Ὀλοὰ γὰρ
Ἐδάμη.
ΗΛ. ναί· οἰὸ', etc.

Sed nec sententiae convenit istud γὰρ (nam ad τὸ πάμψυχον ἀνάσσειν τὸν Ἀμφιάρεων quid, quaeso, pertinet Eriphylae mors?), et metrum pessumdat. Iam quaestioni Electrae bene respondet etiam chori Ναί. Ceterum in Schol. et cod. Ien. verba Φεῦ δῆτ'. Ὀλοὰ γὰρ Electrae attribuuntur; bene quidem, nam δῆτα in iteratis exclamationibus usurpari solet, monente Purgoldo ad h. l. cf., quem idem in eam rem laudat, infra 1123.

Γὰρ, quod v. legebatur post ἐδάμη, recte abest a MSS. Ien. Iohns., et edd. Colinaei et Brunckii.

811. Barocc. 1. 2. ἔτ. ἦν, ᾤχετο δὴ, ex interp.

812. δειλαία δειλαίων κυρεῖς. *Misera miserarum*, id est, *miserrima es.* Perperam Iohnsonus vertit: *misera, miserias sustines.* Geminatio eiusdem adiectivi pro superlativo est. Vide ad Oed. T. 465. B.

Δειλαία δειλαίων coniungit vetus interpres, ut sensus sit: inter miseros miserrima; ad quam formam et ἑορτὴ ἑορτῶν dici

monet. Plura huiusmodi damus ad Oed. Col. 1204. M.

815. In Aldina δεινῶν στυγνῶν τ' ἀχέων. et sic codd. metro claudicante. Oportuit δεινᾶν τε, quod iam vidit Heathius. In membr. librarii errore frequentissimo, quo αι et ε confunduntur, scriptum ἀχαίων. Reliqui omnes veteres habent, ut Aldus, ἀχέων. Glossa in E. ἀλγᾶν. In mendosum codicem incidit Triclinius, nec adeo catus fuit, ut mendam animadverteret: inde fecit Αχαιῶν, variamque lectionem, nescio unde enotatam, adposuit: γρ. ἀρχαίων. Hoc *metro convenire, et ad sententiam non ineptum esse* dicit Heathius. Ineptissimus itaque sim ego, qui non videam, quo pacto ἀρχαίων stare possit, id est quid sibi velint quatuor adiectiva sine substantivo. ἀρχαίων e Triclinii cerebello prodiisse affirmo, nec umquam in ullo Tragici probo exemplari extitisse. πανσύρτῳ παμμήνῳ accipe pro διὰ τὸ πάνσυρτον καὶ τὸ πάμμηνον. B.

Violentior est Brunckii medicina, nec dubito, quin verum viderit M., reponens αἰκίων, i. e., ut ipsi placet, ἀεικείων, qua de significatione laudat Dawesium Miscell. p. 317. sed praestat genitivum pluralis intelligere nominis αἰκία, quod frequentant poëtae. vid., quos laudat M. supra 470. Aristoph. Eccles. 663. Αἰκία mediam producit.

816. Cod. Ien. οἴδαμεν. Pro vulgato θροεῖς Erfurdt reposuit θρηνεῖς, quod et elegantius, et pondus addit dochmio in re tristi. Saepe hae voces confusae.

818. τί φῄς; additum in Aldina et in veteribus codd. αὐδᾷς δὲ ποῖον; ineptum centonem a mala manu adsutum fuisse nemo non videt. B. cod. Ien. α. δ. ποίαν; cum glossa γνώμαν. Fallitur, quicunque tam elegantem loquendi formam interpolatoris esse censet. Imo τί φῄς; glossema est. Faciunt cum Aldo etiam codd. Iohnsoni omnes.

820. v. ἀρωγεί. Verum servavit Schol., monente M.

827. ἄτερ ἐμᾶν χερῶν. Sic bene codd. ut metrum flagitat. Mendose Aldus χειρᾶν. B. Trochaïcus et hoc ferret. V. autem chorus semel tantum Παπαῖ, versu imperfecto. Nempe simile verbum excidit, sicut p. Recte Schol. Aristophanis ad Pac. 248. Βαβαῖ, βαβαιάξ esse dicit σχετλιαστικὸν pro φεῦ φεῦ. qua potestate cum rarius adhibeatur παπαιάξ, illud praetuli.

829. γόων, luctuum, quos praesente corpore ante sepulturam. celebrari mos erat. — M.

830. ὑφ' ἡδονῆς σοι. Aldus et codd. τοι male. Vide supra ad v. 365. (?) Eleganter abundat σοὶ, ut saepe. Accipi etiam potest pro σοῦ χάριν, vel pro πρὸς σέ. B.

διώκομαι, festino. Hesych. διῴκειν — μεθ' ὁρμῆς φεύγειν. vide annotatt. M. ad Eurip. Hercul. fur. 1083.

831. Τὸ κόσμιον, verecundiam incessus. Deinde subaud. ὥστε: Omittens, vel negligens verecundiam incessus, ut cito venirem. M.

Similiter Pylades, citius quam pro homine libero accurrens, ut Orestae opituletur, Eurip. Orest. 727: Θᾶσσον, ἦ μ' ἐχρῆν, προβαίνων, ἱκόμην.

837. ἐναργῶς cum πάρεστι iungendum, non cum κλύουσα. gl. πάρεστι φανερῶς, ὥσπερ ὁρᾷς ἐμὲ ἐναργῶς παροῦσαν. B.

838. ἀλλ' ἦ. Sic codices alii. In membr. ἀλλ' ἦ cum signo tamen interrogationis in fine sententiae. Ista quid differant, docebit te Valckenarius ad Hippol. 932. B. Scilicet ἀλλ' ἦ formula interrogantis est, num; ἀλλ' ἦ, asseverantis, profecto. vid. Tib. Hemsterhuis ad Lucian. t. 1. p. 457, 26.

844. v. ἐμοῦ τε. correxit Erfurdt.

846. v. male ἐς τί μοι βλ.

847. ἀνηκέστῳ. δεινῷ, μανιώδει. In Ai. 52. ἀνήκεστες χαρά. Homericum est epitheton. Il. O. 217.

ἴστω τοῦθ' ὅτι νῶϊν ἀνήκεστος χόλος ἔσται.

ad quem locum Eustathius: Ὁρα καὶ τὸ ἀνήκεστος. ὡς ἐπὶ νόσου γὰρ δεινῆς, τοῦ χόλου, ἐῤῥέθη αὐτό. et E. 394.

τότε κέν μιν ἀνήκεστον λάβεν ἄλγος.

In Oed. T. 98. propria significatione adhibetur: ἀνήκεστον μίασμα, id est ἀθεράπευτον. B.

πυρί. Passim apud Hippocratem febrim valet πῦρ. Ad perturbationem mentis, pariter ac Sophocles, transfert Max. Tyrius diss. 13, cap. 7. πῦρ αὐτὸν (sc. Alcibiadem) ἐπινέμεται πολὺ καὶ ἄγριον, καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐπιταράττει. M.

852. v. ἀρχαῖον τάφον. Saepius in voce ἀρχαῖος lapsi librarii. Vid. Trach. 544. Aeschyl. Agam. 588 — 598. edit. Schütz.

Τροίην ἑλόντες δῆποτ' Ἀργείων στόλος

Θεοῖς λάφυρα ταῦτα τοῖς καθ' Ἑλλάδα
Δόμοις ἐπασσάλευσαν, ἀρχαῖον γάνος.

Ubi parum apte spolia recens allata γάνος ἀρχαῖον audiunt. Haud melius intelligas, Agamemnonis non ita diu peremti tumulus qui vocari possit ἀρχαῖος. Reposuimus igitur priore loco ἀκραῖον, posteriore ἀρχηγὰν, i. e. ἀρχηγικὸν, βασιλικόν. Hecuba de se ipsa Eurip. Troad. 195.

— — ἃ Τροίας
Ἀρχαγοὺς εἶχον τιμάς;

Musgravio placebat ἀγέραστον, inhonoratum. cf. Eurip. Electr. 325. sqq.

855. πάντων. Glossa omissam praepositionem suppiet ἀτὸ, et κύκλῳ abundare docet. Superscriptum περισσὸν. θήκην exponit τὸν τάφον. B.

857. Ald. ἐγχρίπτῃ.

860. νεωρῇ nihil aliud significat quam νέον, ut Oedip. Col. 706. Hic vice adverbii νεωστὶ adhibetur. νεωρὸν apud Hesychium perperam scriptum pro νεαρὸν. B.

Πυρᾶς ἐσχάτης. sic Hom. Odyss. γ'. 251. Ἦ οὐκ Ἄργος ἦεν Ἀχαιικοῦ. Noster Philoct. 620. νεὼς ἀγοντα. In omnibus suppiendum videtur ἐπί. M.

861. ἐμπαίει τί μοι. παίω τὸ τύπτω, ἀφ' οὗ εἰςπαίω τὸ εἰςέρχομαι. ἐκ τούτου τὸ εἰςπέπαικε παρ' Ἀριστοφάνει (Plut. 805.). Schol. Ien.

862. v. ὄμμα, quod propterea mihi displicet, quia mox itidem legitur, etsi alia potestate, hoc verbum. Reposuimus igitur ὄνομα cum Hermanno, quem vide ad Eurip. Hecub. p. 123. Utraque voce persona describitur.

864. βαστάσασα, prehendens vel contrectans. vid. infra ad 1418, et quae dedi ad Eurip. Cyclop. 397. M.

866. ἐξεπίσταμαι. Non vertendum: certo scio, sed: valde existimo. Hesych.: ἐπίσταμαι — οἶομαι. vid. et Porti Lexicon Ionicum. M.

873. οὔτε δρῶσ' ἐλάνθαν' ἄν. Sic ex indole linguae omnino legendum. Soloece vel inepte vulgo οὔτε δρῶσ' ἐλάνθανεν, quod significaret Clytaemnestram fecisse id, quod plane fecisse neganda est. Ex vi sententiae vertit Iohnsonius, *neque, si fecisset, latuis-*

set, quem quidem sensum graeca ab Heathio dudum emendata fundunt. Nihil verius hac lectione, quidquid ogganniat Parisinus editor. Quam saepe imperiti librarii potentialem ἄν omiserint, indices nostri ostendunt in Aristophanem et Sophoclem. B. At omitti potest ἄν in hac forma. vid. inprimis G. Hermann ad Hecub. v. 1087 et ad Aristoph. Nub. 1344. Brunckii scriptura κακόφωνος merito videtur Erfurdto.

874. ἐπιτίμια, munera. cf. 1332. M. Absque versu 867. esset, glossema hoc putarem lectionis τἀγλαΐσματα, a vetere Schol. commemoratae. conf. Eurip. El. 325. Aeschyl. Cho. 182. Abest versus a Barocc. 1.

875. ἀγ' ὦ φίλη. Male vulgo legitur ἀλλ' ὦ φίλη. Istud ἀλλ' ab oscitante librario e praecedenti versu repetitum fuit. Valckenario obsecutus sum bene monenti ad Hippol. 288. θάρσυνε. Verbum hoc quod transitive solet adhiberi, hic neutrum est, et passive significat. Vide Musgravium ad Euripidis Rhesum 639. Heracl. 16. et quae notavimus ad Or. 269. Bacchas 1041. B.

θάρσυνε. Non semper transitiva sunt huius formae verba. De ταχύνω vid. ad Ai. 1128. Plutarchus Marco Catone vol. 1. p. 348. B.: τὰ δινώδη καὶ τραχύνοντα τοῦ ποταμοῦ. Adde citata ad Trachin. 1139. M.

876. οὐχ ὡὐτὸς αἰεί. Perperam in libris οὐκ αὐτός. Vide ad Philoct. 511. Ut αὐτοῖσι, absque articulo τοῖς, nihil aliud significaret quam *illis, ipsis*, nequaquam vero accipi posset pro *iisdem*; ita αὐτὸς sine articulo nihil aliud esset quam *ille, ipse*, non vero, quod sententia flagitat, *idem*. B.

878. κῖρος. gl. βεβαίωσις. B.

879. Schol. Ien. ἀποικτείρω πάλαι. Οὕτω καὶ Ἀριστοφάνης (Plut. 261.), καὶ μὴν πάλαι δήπου λέγω. ἔστιν οὖν ἀναχρονισμὸς Ἀττικὸς, ἀντὶ τοῦ πάλαι οἰκτειρα.

880. πρὸς ἡδονήν. gl. ἡδέως καὶ τερπνῶς. Sic supra 354. πρὸς ὀργήν. 449. πρὸς εὐσέβειαν. Cum variis substantivis πρὸς adverbii vicem fungitur. B.

881. ὅποι γῆς. Vide ad Eurip. Bacch. 506. Liban. vol. 2. p. 441, B. οὐδὲ, οἵ γῆς ἦσαν, διὰ τὸν οἶνον εἰδότων. M.

882. κάτοιδα. gl. ἀκριβῶς γιγνώσκω. B.

883. τἀκείνου, id est τὰ ἐκείνου, ut ob crasin prima longa sit. Sic accurate scriptum est in codd. Perperam in impressis τὰ κείνου, metro ruente. Facillimam emendandi rationem Canterum fugisse miror, qui Var. Lect. IV. 29. τἀκ κείνου legendum decernit. B.

887. Bar. 2. τι pro τοι, vitio iotacismi.

888. ἡδὺς — δυσχ., i. e. ἡδὺς μητρὶ, οὐδὲ δυσχερής. vid. ad 225. ad 709. Scholiastae commemorata lectio δυσμενὴς pro glossemate habenda est.

892. τινά. gl. ἄνθρωπον Φίλον δηλαδή. B.

902. ἄ 'ν, id est ἃ ἄν. In codd. sic fere scribi solet, ἄ'ν, quae quidem scriptura melior. Quippe quum duae voculae per crasin in unam coalescant, geminato accentu usus non est. In codd. autem omnibus, etiam in Triclinìano, scriptum est, ut edidimus, ἄ'ν ἐγὼ παραινέσω, ut nesciam unde in Aldinam irrepserit pronomen σ', quod a male feriato homine insertum fuit sustentando versui, qui hoc fulcro non indiget. B. ἄ'ν etiam cod. Ien. Codd. Iohns. praeter Bar. 2. agnoscunt σ'.

910. ἔγωγ' — Vulgo minus bene ἐγὼ δ' — Mox legitur in impressis, et plerisque codd. βίῳ θάλλοντά τ' εἰςήκουον. Copulae non est locus, nisi post βίῳ distinguatur, hocque nude positum censeatur per ellipsin prepositionis ἐν, ut sit: ἕως εἰςήκουον τὸν κασίγνητον ἐν τῷ βίῳ, καὶ θάλλοντα. Et sic quidem glossa exponit. In Trach. 226 καὶ ζῶντα, καὶ βάλλοντα. Sed duriuscula videtur phrasis; idcirco praetuli lectionem cod. D. βίῳ θάλλοντά γ' εἰςήκουον. B. Et sic etiam Florentina 2. Non male Reiske θάλλοντ' ἔτ' ε.

912. πράκτορα. gl. ἀπαιτητὴν, ἐκδικητήν. B.

915. κατοκνήσεις. Sic liquido in membr. A. et in E. [et codd. Laud. Bodl.] ad Attici sermonis normam. v. soloece κατοκνήσῃς. B.

918. ὀρθὴν, salvam, sospitem. cf Oedip. Tyr. 39, 50, 51, 88. 677 M. quibus in locis etiam ὀρθοῦν et ἀνορθοῦν pro servare et restaurare usurpatur conf. Antig. 83. 161, Ai. 160, Aeschyl. Eum. 834.

919. ἐστερημένῃ — γηράσκουσαν. Enallage casuum, de qua supra ad 463.

921. ἄλεκτρα, ἀνυμέναια. Neutra pluralia pro adverbiis. B.

927. εὐσέβειαν — οἴσῃ, famam pietatis adipisceris. vid. Antig. 909. Eurip, Iph. Taur. 682. M.

930. καλῇ. Praesens pro futuro. vid. Aeschyl. Prom. 766 et 847. Oed. Tyr. 747. Antig. 872. (?) et quae dedi ad Eurip. Electr. 1066. An καλοῦμαι hic ponatur pro εἰμί, minus certum est. vid. supra ad 217. M.

932. v. λόγῳ. sed εὔκλεια λόγῳ esset gloria vana, celebritas λόγῳ, οὐκ ἔργῳ, contrario, ac locus requirit, sensu. Λόγων εὔκλειαν, i. e. λόγους εὐκλεεῖς, quomodo dicitur λόγων ἀκοσμία Eurip. Iphig. Aul. 317, λόγων εὐφημίαν ib. 608, λόγων εὐμορφίαι Eurip. Cyclop. 316. — l's valet γὰρ, antiquo more, sicut Antig. 1159.

933. v. πεισθεῖσ' ἐμοί. correxit Erfurdt.

936. τῶδε τὼ κασιγνήτω. Nihil notius hoc schemate. Vide Indicem in ΤΩ ΧΕΙΡΕ. Multus est ad Homeri versum in scholiis laudatum Clarkius, cuius in longiori nota vix quidquam est sani. Diversas loquendi formas confundit, in quibus nihil est simile. Masculinus articulus cum feminino substantivo iungitur tantum in duali. τούτους de duabus feminis nemo graece dixit. Pausaniae locus qui laudatur in medio cubat, et a Clarkio male fuit intellectus. De duobus Niobes liberis, quibus Latonae pepercit ira, ibi agitur, Meliboea puella, cui Chloris inditum post modo nomen, et Amycla, qui mas fuit, non femina. Hoc cum aliunde colligi potest, tum ex ipsius Pausaniae loco p. 417. Χλωρὶς Ἀμφίονος θυγάτηρ μένη λειφθεῖσα τοῦ οἴκου· σὺν δὲ αὐτῇ καὶ ἑνὶ περιγενέσθαι φασὶ τῶν ἀρσένων. Itaque de mare et puella agens rite dixit L. II. cap. 21. ΤΟΥΤΟΥΣ δέ φασιν Ἀργεῖοι τὸ ἐξαρχῆς οἰκοδομῆσαι τῇ Λητοῖ τὸν ναὸν, quemadmodum paullo ante dicere debuit περιγενέσθαι δὲ ΕΥΞΑΜΕΝΟΥΣ τῇ Λητοῖ, ubi mendose ex librarii errore legitur εὐξαμένας. Diversum est schema, quum mulier de se ipsa loquens numero plurali, pronomine, vel adiectivo, vel participio masculino utitur, numquam, apud Atticos saltem, feminino. De hoc schemate egimus ad Antig. 911. cuius exemplum est supra 384.

πεσούμεσθ', εἰ χρὴ, πατρὶ τιμωρούμενοι.

De se sola Electra loquitur. Hecuba apud Euripidem in cogno-

mine fabula v. 511. quum ait οὐκ ἄρ' ὡς θανουμένους μετῆλθες ἡμᾶς; non *de se ipsa et filia* loquitur, ut falso tradit Clarkius, sed de se sola. Dicere non posset, nisi soloece admodum, θανούμενον ἐμέ; et inverecunde prorsus diceret θανουμένας ἡμᾶς. Exempla ubi ad νέκυς et νεκρὸς structura refertur, ἀτροσδόκητα sunt, quia *cadaver*, sive maris sive feminae, nihil umquam aliud est quam *cadaver*. Nec saniori iudicio exemplum e Comici Concionantibus petitum, ubi mulieres viros se esse assimulantes e virorum persona loqui debent. Plautus *Quis ea est* bene dixit aetatis suae more. Nam veteribus Latinis *quis* utriusque generis est, ut ablativus *qui*. θεὸς Graecis utriusque generis est, quorum ex imitatione Virgilius dixit de Venere, *ducente deo:* et hoc tamen nihil ad rem facit, siquidem ibi nulla est structurae varietas, nec generis enallage, qualis in τώδε κασιγνήτω. Nam sive *deo*, sive *dea* scripserit Virgilius, semper manserit *ducente*. Quam aliena ista omnia a schemate de quo hic agitur, ostendere volui, quia ista Clarkii nota saepe doctos viros abusos fuisse animadverti, quo insulsissimas coniecturas, seu vitii manifestas lectiones tuerentur. Vide quae notavi ad Antig. 967. B.

Versus ille Homericus, Iliad. 5. 778., v. sic legebatur:

Τὼ δὲ βάτην, τρήρωσι πελειάσιν ἰθμαδὸν ὁμοῖαι,

nunc vero, ex F. A. Wolfii, viri celeberrimi, emendatione, legitur: Αἱ δὲ βάτην etc.

938. εὖ βεβηκόσιν. Similiter infra 1054. μοίρᾳ ἐπ' ἐσθλᾷ βεβῶσαν, Oed. Tyr. 752. ἐς τοσοῦτον ἐλπίδων ἐμοῦ βεβῶτος, Eurip. Heraclid. 610. βεβάναι εὐτυχίᾳ, plane ut h. l. εὖ βαίνειν. M. Contrarium est ἐν κακοῖς βαίνειν infra 1016. Et latius patet haec metaphora, omnibus, quos novimus, nationibus usitata. vid. Antig. 67, nec non ad Oedip. Col. 1317. Aiac. 181. ἐπ' ἀριστερὰ βαίνειν pro ἐπαρίστερον εἶναι. cf. Phil. 1425.

Hesych. εὖ βεβηκότι, εὐσταθεῖ. B.

939. προὐστήτην. Non: duces erant, ut interpres [ante B. vulgatus], sed: administrabant. cf. Eurip. Androm. 220. Aristides 3. 96. C. τῆς ῥητορικῆς προϊστάμενοι. Diod. Sic. p. 106. l. 79. οὕτω προεστηκότι τῆς τυραννίδος. Plutarchus Vit. p. 1584. οὐ καλῶς προϊστασθαι τῆς ὥρας. Synesius Ep. 51. τὴν πρᾶξιν, ἧς

προστῆναι δεῖ. etc. vid. M*l* ad Euripidis l. l. Sic nostrates: *einer Sache vorstehn.*

942. οὕνεκ' ἀνδρείας. Sic scriptum est etiam in Triclinii recensione. Turnebus tamen dedit ἀνδρίας. B.

944. μὴ 'κλιπεῖν. Perperam in veteribus codd. μὴ λιπεῖν, vera lectione glossae loco superscripta ἐκλιπεῖν. B. Cod. Bar. 2. μὴ, λιπεῖν.

950. Hic versus v. ponitur post sequentem, nimis inveneste.

953. τὴν εὐλάβειαν. gl. τὴν αἰδῶ τὴν ἑαυτῆς. B.

955. Cod. Ien. ὀκλίζεις, quod non deterius. cf. 1047.

956. οὐκ ἀνήρ. Sic bene in D. ut et in Triclinii recensione. In ceteris, ut apud Aldum, οὐδ' ἀνήρ. Mox χερὶ codd. omnium, praeter Triclinii, lectio est, Perperam in libris ἔλαττον. B. Triclinius: χεροῖν.

964. λύσει, subaudito τέλη, λυσιτελεῖ. Plene dixit in Oed. T. 311. ἔνθα μὴ τέλη λύσει. Nude sic posito λύσει utitur Euripides Medea 571. 1112. 1362. Alcestide 639. B.

966. ὅταν θανεῖν χρῄζων τις. Ex vi sententiae intelligitur supplendum esse adverbium εὐκλεῶς. B. Sic etiam Schol. Ien., intelligens ἐντίμως.

Atqui hoc fieri, linguae indoles vetat; quod non latuit Purgoldum, quem miror posterius θανεῖν mendosum arbitrari. Alio vitio, eoque graviore, laborabat locus, cum versus 966. 67. adhuc Chrysothemidi attribuerentur, cui minime conveniunt. Ceterum Electra, comperto nuntio de Orestae interitu, mori ipsa aut interfici optaverat, 792 — 797, quorum quia neutrius ei potestas facta est (nam violentam sibi inferre manum nescio qua religione deterretur), iam vicem sic deflet suam.

974. πείθου. In C. πιθοῦ, quod ut magis Atticum, praeferri debebat. B.

977. ᾗδη. Perperam in codd. et in impressis ᾄδειν. Vide ad Oed. T. 428. Librorum veterum auctoritas hic si desideraretur, confirmari posset nostra lectio scriptura codicis Eclogarum nominum Atticorum Thomae Mag. in quo legitur ᾗδη. Idem Grammaticus ἀπαγγέλλεσθαι hic αἰτεῖν significare decla-

rat, quo sensu verbum illud adhibuit Xenophon Memorab. Socratis I. 2. 8. Σωκράτης δ' ἐπηγγείλατο μὲν οὐδενὶ πώποτε τοιοῦτον οὐδέν. ubi a sensu plane aberravit interpres. B.

980. Φεῦ seorsim positum in Barocc. 1.

982. πᾶν γὰρ ἂν κατειργάσω. Aldus πάντα γὰρ κατειργάσω, et sic codd. ad unum omnes. In solo C. sincerae lectionis remansit vestigium: πάντα γὰρ ἂν κατειργάσω. Perperam πάντα scriptum fuit pro πᾶν, qui admissus error alteri ortum dedit, nempe ut extruderetur metro officiens particula ἂν, quae, salvo sensu, per linguae indolem abesse non potest. Nam πάντα κατειργάσω nihil aliud valet, quam *omnia confecisti*: neutiquam vero *omnia confecisses*. Vide supra ad v. 873. et quae notavi ad Aeschyli Prom. 622. B. Dawesio Miscell. crit. p. 260. debetur lectio Brunckiana. Ceterum codd. Bodlei. quoque et Bar. 2. ut C.

Musgravio magis placebat, tanquam animosius, πάντ' γ' ἂν κατ. Ironice atque irate haec dicit Chrysothemis.

983. v. Ἀλλ' ἦν φύ, γε, τὸν δὲ v. ἥσσων τότε, quod sic vertit B.: Eram quidem natura talis, sed animo tunc imbecilliore. Satis inepte: nam φύσις, opposita τῷ νῷ, corpus significat, quo tunc nimirum non eadem, quae nunc, esse potuit Electra. Imo τὸν νοῦν eandem semper se fuisse dicit, sed corpore, φύσιν, tunc debiliorem. Quare coniecturam recepi felicissimam Purgoldi. Corpus vel aetatem p. indicat φύσις, velut Antig. 718. Trach. 299.

984. Perbene Schol. Ien. τοιαύτη οὖν legit pro vulgato languidiore τοιαύτη νοῦν.

985. Haec vulgo affirmative accipiuntur, minus apte.

986. πράσσειν. Sic emendate scriptum in membr. E. et meo. Perperam Aldus πράττειν. B. πράσσειν cod. Ien.

κακῶς refer ad utrumque verbum.

988. Fortissimum dictum: laus enim Electrae (quod neque ipsa inficiatur 989) revera erat vituperium. Quod si cui acerbius dictum videatur a tali virgine, is locum haud inepte sic interpretabitur: Sustinendum mihi erit (te amanti) audire aliquando laudes tuas. At has quando audiet? Nempe cum caedis convicta, poenas Aegistho et matri dabit: quod certo

futurum autumat Chrysothemis. cf. 1016. 1017. M., sensum his inesse negans, collato 1017, corrigebat: Ἀ. κλύουσ', ἀχρὶς ἂν μ' εὖ λέγῃς: sustinebo haec audire, donec meum consilium laudaveris.

989. μὴ πάθῃς. Sic optime membr. et E. estque in D. etiam haec lectio alteri inde depravatae μάθῃς superscripta. Sic apud Comicum saepe scriptum τί μαθών; ubi oportuit τί παθών; B. πάθῃς cod. Ien.

Non multum interest, utrum horum eligas, sed μάθῃς plurium consensu codicum MSS. confirmatur. Diversam vim formularum τί παθών; et τί μαθών; Brunckio parum intellectam, bene exponit ad Demosthenis Leptineam F. A. Wolf. μανθάνειν passim audire sonat, velut, monente M., Eurip. Rhes. 690.

990. τὸ κρῖναι. Abundat τό. Similia exempla vid. Ai. 114. 540. Oed. Tyr. 1587. Oed. Col. 421. infra 1039. M. Nec solum accusativus infiniti s. usurpatur, verum etiam genitivus. vid. Philoct. 195.

1007. ἐστιν οὐδὲν ✝ Hoc ordine collocatae voces in D. concinnius quam in aliis οὐδέν ἐστιν. B.

1013. ἦν τυγχάνῃς. Sic Ald. et codd. recte. In Triclinii recensione scriptum εἰ τυγχάνεις. B. ἦν Bar. 2., τυγχάνῃς idem et Laud.

1014. τὸ θηρᾶσθαι κενὰ, vanis studere, quale esset, Chrysothemidem sequi, quam nihili aestimat Electra. Schol. Ien.: παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν μηδὲν ἀνυόντων λεγομένη, καὶ ματαίως ἐπί τι σπουδαζόντων. — cf. Antig. 92.

1019. οἰωνούς. De pietate avium vide Aristoph. Av. 1353, Cic. de Fin. 2, 33. De cygnis Eurip. Hel. 1364, El. 151. De ciconiis Philo vol. 2, p. 200. Symmachus lib. 5. epist. 67: Est huius indulgentiae in quibusdam avibus exemplum, ut nutrimenta senescentibus aetas vicissim prima comportet. M.

1020. τροφᾶς κηδομένους, ἀφ' ὧν — Id est τῆς τροφῆς ἐκείνων, ἀφ' ὧν — In meo scriptum τροφὰς, et in margine τροφούς. Unde olim non male coniecisse mihi videbar τροφῶν, *parentum*. Postmodo nihil mutandum esse vidi. B.

1021. ὄνασιν. Dorismum in hac voce usitatum restitui. Minus bene in libris ὄνησιν. B.

1023. In Aldina et in veteribus codd. οὐ μὰ τὰν — Verum μὰ non admittit metrum, et salva phrasi abesse potest. Vide ad Oed. T. 647. B.

1025. δαρὸν οὐκ ἀτοίνητοι. Aldus et codd. omnes veteres ad unum habent δαρὸν οὐκ ἀτόνητοι. In D. ἀτοίνητοι, cum glossa, quam minora scholia exhibent. Triclinii interpolatio est, quam Turnebus repraesentavit, δαρὸν γὰρ οὐκ ἀτόνητοι. Superscripta in cod. glossa: ἄλυποι, ἀτιμώρητοι. ἔσονται δηλονότι οἱ τοιοῦτοι. Nec particulam γὰρ, nec ἄρ', quam illi substituit Canterus, liber ullus antiquus adgnoscit. ἀτοίνητοι primum comparuit in editione Iuntina, unde hanc lectionem revocavit H. Stephanus, et merito quidem: est enim altera probabilior. Sed sive ἀτόνητοι, sive ἀτοίνητοι legatur, numquam hic versus alieni mangonii expers cum antistrophico congruet, qui trimeter est dactylicus:

ἁ πανόδυρτος ἀηδών.

Nugatur enim cum magistro suo, qui Heathii notam in pauciora verba contraxit Parisinus editor, primam in ἀηδὼν produci affirmans. Metra sibi invicem respondere non possunt, nisi legatur:

δαρὸν ἄρ' οὐκ ἀτόνητοι.

Nec sane video qui hac scriptura corrumpatur sententia: *haud longe aberit, quum laboribus et molestiis exercebuntur.* B.

Γὰρ abest etiam a 2 Bodlei. [Laud.] et 1. Paris., quos contulit M.

1027. Κατά μοι βόασον. Abundat μοι, ut saepe, elegantes. B.

1029. ὀνείδη, rumores, famam, quicquid enim seu boni seu mali, sed praesertim mali, de personis rebusve publice dicitur, id ὄνειδος audit. vid. M. ad Eurip. Orest. 1244.

1030. σφίσ' ἦδη. Perperam in Aldina et veteribus codd. σφίσιν. In D. σφίσι γ'. B. At ι in σφίσι non elidi recte observat Erfurdt, quem sequor, σφίσιν δὴ reponentem.

1031. νοσεῖ. Sic libri veteres omnes. Triclinius aequandi metrorum studio νοσεῖ δή. B. Etiam a Laud. et Bodl. abest δή.

Non de metro solum videndum erat, nam id quidem utcunque sanabat G. Hermann de Mettr., sic disponendo stro-

phae et antistrophae respondentes sibi hosce versus:

Τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμωτάτους οἰω- asynart. ex iamb. penthemim. et iamb. dim. brachycat.

νοὺς ἰσορώμενοι dochmius.

Ὅτι σφίσ' ἤδη τὰ μὲν ἐκ δόμων νοσεῖ,

Τὰ δὲ πρὸς τέκνων

(quanquam productum ὀὲ nemini placeat), verum de sententia versiculi multo magis. Etenim falsus esset chorus, si diceret, nunc demum, ἤδη, laborare Atridarum res domesticas; afflictae erant illae, ex quo trucidatus Agamemnon regni invadendi coniugemque suam publice ducendi locum Aegistho dederat. Quamdiu tamen in vivis numerabatur Orestes, spes erat, ultum iri pessimi paris facinus; quae ubi iam evanescere videtur, nuntiata morte vindicis, recte desertas esse, μονοῦν, i. e. μονοῦσθαι, dicuntur res Atridarum, i. e. Agamemnonis. Scripsi igitur μονώσει pro νοσεῖ, primam verbi syllabam a posteriore simili praecedentis tractam arbitratus, quod genus corruptelarum non ita rarum est, itaque eadem opera sensum metrumque loci probabiliter, nisi fallor, restitui. De activis passiva potestate adhibitis, praesertim apud Sophoclem, vide ad Oed. Col. 74 et infra 1315. Τὰ ἐκ δόμων, res domesticae. vid. supra ad 700. Veteres Atticos plurale verbum neutro plurali iunxisse nunquam, bene monet Porson in Addendis ad Eurip. Hecub. v. 1149.

1035. τὸν ἀεί, subauditur χρόνον. Genitivus πατρὸς non ab ullo substantivo librariorum errore omisso, vel extrinsecus arcessendo, pendet, verum ab adiectivo δειλαία, vel, si mavis, a suppresso ἕνεκα. Sic infra 1168. ὦ τάλαιν' ἐγὼ σέθεν. Nimis stolide futilem Heathii coniecturam olim receperam, Ηλέκτρα, οἶτον ἀεὶ πατρὸς δειλαία· στενάχουσ'. Glossae in codd. τὸν ἀεί. χρόνον ὀηλονότι. δειλαία ἕνεκεν πατρός. B. Coniectura illa est Zachar. Mudgii, docti theologi, cuius animadversiones Heathianis insertae sunt.

1037. v. πανόδυρτος, m. l. sensit Erfurdt.

1038. τοῦ θανεῖν. Perperam Eustathius, cuius locum pro-

tuli ad Oed. T. 58. legit τοῦ μὴ θανεῖν. B.

M. ad h. l: Sic si scriptum dedit Auctor, eundem sensum et in hoc et in sequenti versu posuit; quod vix crediderim. Non igitur dubito quin verum sit τοῦ λαθεῖν.

Sic ille, cuius non nisi in emendatione proposita iudicium desideres: nam et rigidi sculum est, quod Electram dici putat non amplius curare, ut lateat, de quo nunquam valde laboravit, et nimium inter se dissimilia sunt verba θανεῖν et λαθεῖν. Contra τανῦν et θανεῖν, propter similitudinem literarum et pronuntiationis secundum leges iotacismi, saepius confusa reperiuntur. του, τινὸς, τινὸς χρήματος.

1041. τίς ἂν εὔπατρις. Aldus et veteres codd. male τίς ἀν εὖν. B.

Male veterem lectionem τίς ἂν οὖν εὔπατρις, corruptam illam quidem, emendabat Triclinius, οὖν delens, cum εὖ — interpretanti debeatur parum perspicaci, qui levi fortasse depravatione πατρὶς pro πατρὸς, a nobis iam reposito, invenerat: nam aeque atque Electra nobiles omnes erant regum principumque liberi; sed an ulli tam patris, i. e. quasi patris, non matris, liberi, patris tam amantes, patri tam addicti, essent futuri, quam Electra fuit, quae πέφυκε πατέρα στέργειν ἀεί, ut Euripidis verbis utar Elect. 1102, merito dubitabat chorus. Ceterum similiter Minerva de se ipsa Aeschyl. Eum. 694: κάρτα δ' εἰμὶ τοῦ πατρὸς, verissima patris sum filia, et Euripides l. l.:

— — οἱ μέν εἰσιν ἀρσένων,
Οἱ δ' αὖ φιλοῦσι μητέρας μᾶλλον πατρός·

cf. Antigon. 144.

1046. κοινὸν vilem, vulgarem, ut bene explicat, collatis 172 sqq., Frider. Ast in versione Sophoclis germanica.

1047. τὸ μὴ καλὸν καθοπλίσασα, id est κατατολεμήσασα, ut recte Scholiastes exponit. Ea est librorum omnium lectio, cuius loco Heathius legendum censet καθοπλισαμένα, quia supra v. 955. θράσος ὁπλίζεσθαι dicta fuit Electra. Verum ibi vi reciproca verbi medii ὁπλίζῃ significat *induis*, quod ab huius loci sententia quantum potest maxime alienum est. Verbo activo et transitivo opus est. Pudet me tam insulsis conie-

cturis Tragicum olim adulterasse. Paullo ante πάγκλαυστον Aldus et codd. habent veteres. Vide ad Trach. 652. B. Τὸ μὴ κ. κ. idem valet atque ὀπλίσασα κατὰ τὸ μὴ καλόν. s. p. verba cum praepositionibus composita.

1048. δύο φέρειν ἐν ἑνὶ λόγῳ. Aldus et codd. veteres praepositionem ἐν omittunt, quam metro flagitante reposui. Absorpta fuerat a sequenti voce, quod confirmat glossa ἐν μιᾷ φήμῃ. Triclinius inficete ἑνί γα λόγῳ. B. Satius erat, scribere cum Erfurdto τῶν pro τῶνδε in antistrophico.

1051. πλούτῳ τε. Perperam Aldus et plerique veteres libri καὶ πλούτῳ. B. Nihil hic mutandum, sed in ἀντιστοίχῳ male omissum erat γε.

1052. v. ὑπὸ χείρα. Egregie correxit M.

1054. ἐν ἐσθλᾷ. Sic Aldus et codd. plerique: in aliis ἐπ' ἐσθλᾷ: quidam neutram praepositionem habent. Supra 1017. ὅταν ἐν κακοῖς ἤδη βεβήκῃς. B. ἐν etiam Musgravii 3 libri, Laud. et Bar. 2.

1057. τᾷ Διός. Sic libri omnes veteres. Triclinii imperita audacia Ζηνὸς substituit, pessum dato metro. B.

Imo versui melius respondet Ζηνὸς, quam Διὸς, quod Porsonus quoque animadvertit Eurip. vol. 1. pag. 202. edit. Lips., nec Triclinii solum illa lectio, verum etiam veteris Scholiastae, cui quae commemorantur variae lectiones, eae fere optimis annumerandae sunt. Vide de illo etiam ad Trach. 979.

1061. v. φῆκηκεν, ἱστορῶ π. Elegantius verbum conservavit Schol. cf. 1067.

1062. εὖ γ' ἱκάνοις. Sic codd. omnes, etiam Triclinii recensio. Turnebus tamen edidit εὖ γ' — B.

1067. Φωκῆς. Vulgo Φωκεῖς. Illud reposuimus etiam infra v. 1390. B.

1070. Non recte Erfurdt, vir doctissimus, dedit ἀλλά μοι: nam Orestae nuntius Electrae famae, adeoque illius personae huius, opponuntur.

1071. ἐφείτο. gl. ἐνετείλατο. Vide ad Philoct. 609. B.

1079. Cod. Ien. νιν.

1084. τάδε. Sic Aldus et veteres codd. Triclinius substituit τήδε. B. Etiam codd. Bodl. et Bar. 2. τάδε.

1087. ὡς σ' ἀπ' ἐλπίδων. Omissum librariorum errore, ut videtur, pronomen restitui. B. Nihili est ἀπ'. Haerens etiam, ni fallor, librarius codicis Bar. 2. scripsit Οὐχ ὡςπερ, sed is quoque male.

1091. Codd. Ien. et Barocc. 2. ὠφελας, frustra.

1094. ὅπως ἔκεισο, *ut iaceres*. Vide quae notavimus ad Oed. T. 1362. B.

1098. φίλῃσι. Sic procul dubio scribi debuit, ut paullo infra ξένῃσι. In codd. φίλαισι August. tamen φίλεσι, quod ex forma a nobis reposita depravatum videri possit. Vide notam ad Comici Ranas 1211. B.

1105. v. ἐγὼ θάμ' ἀμφὶ σοὶ Πόνῳ κ. τ. λ., sed ἀμφὶ σοὶ vel potius ἀμφί σοι cum πόνῳ γλυκεῖ coniunctum, ut fieri debet, frigidiusculum est, siquidem sponte intelligitur. α et ι, ut et π et φ literae passim confunduntur. ἄμεμπτα, i. e. ἀμέμπτως.

1108. ἀδελφὴ σοὶ προςηνδώμην. Sic membr. et alii codd. veteres. Glossa, ὑπὸ σεῦ. Mendose Aldus edidit ἀδελφὴ σή. B. σοὶ etiam 3 Bodl. Ien. Laud. Bar. 1. Camerarius: Quod ipsa praecipuo studio et eximia cura educaret Orestem, ideo commune nomen sororis illius sibi proprie tributum fuisse sit.

1110. θανόντα σὺν σοί. Aldus et plerique codd. θανόντι. Alterum habet meus: et a prima manu D. praeter Triclinii recensionem, quod praefero. Euripides Herc. Fur. 69.

καὶ νῦν ἐκεῖνα μὲν θανόντ' ἀνέπτατο.

Idem Temenidis: κακοῖσι δὲ

ἅπαντα Φροῦδα συνθανόντ' ὑπὸ χθονός. B.

1118. v. Ὃς σ' ὧδέ μοι, minus eleganter.

1120. In digerendis tribus his versiculis Aldinam secutus sum, cui concinunt codd. veteres plerique. In D. aliter digesti sunt, ut videtur quidem, haud deterius,

οἵ μοι μοι· δέμας οἰκτρόν· φεῦ, φεῦ.

ὦ δεινοτάτας, οἵ μοι μοι.

Dimetri anapaestici sunt, quorum alter paroemiacus. B.

1125. ξὺν σοί. Sic Aldus et codd. omnes, etiam Triclinii recensio. Turnebus tamen edidit ξὺν τοὶ, quem errorem nullus subsequentium editorum correxit. Vide supra ad v. 563. B. Σοι etiam Barocc. 2.

1133. ἀμηχανῶν participium est. Perperam pro nomine acceptum fuit, accentu secus ac oportuerat notato. In C. recte scriptum ἀμηχανῶν. B. vid. sequ. annotat.

1134. γνώμης pro vulgato γλώσσης in quibusdam exemplaribus fuisse, monet Schol.; quod etiam Camerario iure placuit. Distinguendo post τοῖ et ἀμηχ. atque hoc quidem verbo male acuendo, locum corrupit B. Dolore commotus adolescens dubitat, annon sibi quaeque, etiam violentissima, in Aegisthum matremque tentanda sint, sororis causa.

1144. ᾗδη. Perperam vulgo ᾖδειν. B.

1145. ἐν abundat, ut supra 1101. et passim. B.

1148. τῶνδ' ἔτ' ἐχθίω. Sic liquido scriptum in meo codice, ut scribi debuisse monuit Canterus, quod nemo non videre poterat. Male vulgo τῶνδέ τ' ἐχθίω. B. Cum Brunckiano codice facit Ienensis.

1153. ἐξισοῖ neutrum significatione passiva, ut Oed. T. 420. B.

1156. οὐδ' ὑπαρήξων, vitio excusum fuit me nolente et imprudente: legendum οὐδ', ut est in omnibus libris: rectum est quod sequitur οὐδ' ὁ κωλύσων, quod in plerisque veteribus libris depravatum est, in quibus οὐδ' geminatur. B.

1157. Barocc. 1. 2. σποδῷ, ex interp.

1159. ἱκοικτείρας ποτέ. In D. ἐμέ. B. Cod. Barocc. ἐπ. μὲ σὺ, quod praestat.

1160. v. τοῖσι σοῖς. Egregie correxit Erfurdt.

1165. τοῦτό μ' ἐργάσῃ. gl. μὴ ποιήσῃς τοῦτο ἐμέ. Vide supra ad v. 370. B.

1166. πείθοῦ. Vulgo πείθου. Vide supra ad v. 974. B.

1180. ἦ ζῇ γὰρ ὠνήρ; Perperam vulgo ἀνήρ. In D. liquido scriptum ὠνὴρ. B.

1181. v. προσβλέψασ' ἐμοῦ. sed vim suam non obtinet ἐμοῦ. Edd. vett. προσβλέψασά μου.

1182. σφραγῖδα, sigillum. Sed hoc non certo ostendit, eum Agamemnonis filium esse. Unde alii cogitarunt de nota corporis omnibus Pelopidis propria. De talibus notis vid. Hygin. fab. 72, Iustin. 15, 4. de Seleucidis, Aristot. de arte poët. cap. 16, Plutarch. de sera numinis vind. vol. 2, p. 563, A. Cedrenus p. 135, A. ait, Iphigeniam Oresti non antea parere voluisse, ἕως τὸ Πελόπειον τοῦ γένους σημαντρον τὴν ἐλαίαν εἰδὼς ἔχοντα ἐν τῷ ὤμῳ δεξιῷ. M.

